











Hi sunt qui cum mulieribus

Volo omnes esse sicut meipsum

Ioannis DOMINICI CANDELÆ

È Societate Iesu

De Bono Status virginitatis & continentiæ LIBRI TRES.


Iuxta fidem gallicæ versionis cum italico collatæ latinè redditi à M. ENGELBERTO OLIVERIO Bastoniensi

Superiorum Permissu.

Hi sequuntur Agnum quocunque ierit.

De Virginibus præceptum Domini non habeo consilium autem do.

MOGVNTIÆ
Impensis Petri Henigi
Bibl: Colon: Año
1613.





Hi sunt qui cum mulieribus

Volo omnes esse sicut meipsum



Ioannis DOMINICI CANDELÆ

È Societate Iesu

De Bono Status virginitatis & continentiæ LIBRI TRES.

Iuxta fidem gallicæ versionis cum italico collatæ latinè redditi à MENGELBERTO OLIVERIO Bastoniensi

Superiorum Permissu.



Hi sequuntur Agnum quocunque ierit.

MOGVNTIÆ
Impensis Petri Henigi
Bibl: Colon: Año
1613.

De Virginibus præceptum Domini non habeo consilium autem do.



CLARISSIMO

CONSVLTISSIMOQVE VIRO AC DOMINO D. HERMANNO Ther Lain à Lennep, I. V. Licentiato, Cliuiæ Cancellario

PATRI

Et toti ab eo Lennepiorum

FAMILIAE.



LARISSIME *Domine Cancellarie*, cum de Patrono huic libello ciuitate iam latina donato in lucem egressuro cogitarem, neminem quem ei deligerem inueni aptiorem te tuaq; à te familia, id est, Filijs ac Filiabus tuis. Si enim ex parte mea, quod eo me moueret quærerem, subierunt memoriam tot tamq; præclara hactenus præstita



mihi beneficia, ſubijt mentem perantiqua tua in Socerum meum affectio:ſi quam ex ipſa libelli materia ſcrutarer cauſam, te ſolum tuamque domum ei ducem dare quaſi coactus fui. Libelli materia eſt BONVS STATVS VIRGINVM ET CONTINENTIVM, qui quantum ſidera præit aſtrum ſolis, tantùm ipſe omnem alium Eccleſiæ in terra militantis ſtatum antecellit. Huius ſtatus vſurpatio ſi qua in familia vnquam, ſanè in tua cum admiratione frequentata eſt. Habes in Sancta illa Societate Ieſu Filios quatuor, viros Ieſu Sponſo virginum ex virgine nato virgineæ caſtitatis & propoſito & obſeruantia deuotos.

Quintum iuniorem Conſtantinum olim tuum Adoleſcentem in religione magnæ ſpei, in eadem Societate, in eodem propoſito, ſponſus virginum in Virginalem illum cæleſtem thalamum nuper abduxit. Habes in pio illo Brigittanarum ordine Filias ambas (vt de externis & mundo gratis corporis animique dotibus ſileam) vix Filijs viris religioſis virtutibus ſecundas, & has ſponſo cæleſti virginali quaſi connubio iunctas, & inuiolabili caſtitatis voto ex Virgine nato Saluatori noſtro innexas, quas quaſi Dux & anteſignana quamquam in religione non antiquior, ſenio tamen maior Soror tua ea-

rum Amita ad optatum ſu-
o exemplo portum in eo-
dem Monaſterio deducit.
Vt non minor mihi huiuſ-
ce ſtatus obſeruatio & pra-
xis in tua ex te domo, quam
in Sancta illa Diui Bern-
hardi Familia appareat; qui
ſuo exemplo omnes penè
ſuos & fratres, & ſorores
piæ illi primum tunc efflo-
reſcenti Ciſtercienſium re-
gulæ, imò Omnipotēti Deo
lucrifecerat.

Accipe ergo libellum v-
ti offertur, eique in fronti-
ſpicio cum tota tua fami-
lia vt illuſtrius quoddam ſi-
dus præluce, munus leue &
exiguum eſt mole ſua, ſed
materiam te, tuaque domo
dignam offero; vt ex eo me-
um


um bene de te merendi propositum metiri liceat. Vale; Coloniæ Agrippinæ 4. Kalendas Februarij Anno 1613.

Clariss. consultiss.

Dominationis T.

Cliens

Petrus Henningus
Bibliopola




R. P. PETRVS RIBADENEIRA IN CATALOGO ILLVSTRIVM SCRIPTORVM SOCIETATIS IESV.



IOANNES DOMINICVS CANDELA, *natione Siculus, patria ex oppido Sancti Philadelphi, ingressus est Societatem, anno salutis* M. D. LXIII. *ætatis* XXII. *quipostquam per* XX. *annos concionatoris partes egit, ac trium* Collegiorum, *&* *Professæ* Domus *Panormitanæ curam habuit, &* Nouitijs *ad* Religionem *formandis operam impendit, Prouinciæ Siciliæ præfuit. Scripsit* Tractatum de virginitate, *in tres libros distinctũ; videlicet,* De Bono virginitatis, de statu virginitatis, de moribus virginum.

AP-



APPROBATIO.

PArthenicum hoc opuſculum diligenter à me, ex commiſſione *Admod. Reuerendi ac Eximij M. N. P. F. Coſmæ Morelles Apoſt. General. inquiſitoris Colon. &c.* diſcuſſum, nihil habere vel fidei vel bonis moribus contrarium, ſed complura monita admodum vtilia vitæ ſpirituali, atque inſtitutioni Exemploque populi CHRISTIANI, ac ſingillatim pro Eccleſiaſtico ac religioſo ſtatu, teſtor. Dat. Coloniæ ipſo Feſto Purificationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Anno 1613.

Guilielmus Salſmannus
Th. D. Paſtor S. Albani
manu mea.

INDEX CAPITVM ET ARGVMENTORVM HVIVS OPERIS.

Liber primus de Bono virginitatis.

ARGVMENTVM. I.

AR-

Ratio

ARGVMENTVM VII.

Apologia aduerſus quartam obiectionem quæ ſtruitur in virgines ex defectu prolis, 308

CAPVT I.

ARGVMEMTVM VIII.

CAPVT I.

ARGVMENTVM IX.

CAPVT I.



LIBER SECVNDVS DE Statu virginitatis.

ARGVMENTVM X.

CAPVT I.

3. Non-

ARGVMENTVM XI.

Perspicuis rationibus demonstratur, æternam gloriam reseruari virginibus, 496

CAPVT I.

De

Liber

LIBER TERTIVS DE moribus virginum.

ARGVMENTVM XIV. & vltimum.


Exhortatio virginibus & continentibus apprimè vtilis ad statum virginitatis & continentiæ suæ tuendum efficacissima, pagina 630.

CAPVT I

Loca

Loca scripturæ quæ hoc opuscu-
lo explicantur.

PRAE-



PRAEFATIO DEDICATORIA AVTHORIS ET VERSORIS.

IESV CHRISTO & VIRGINI MARIAE.

IN SCRIPTVRVS *librum hunc de bono statu Virginum & continentium, nominatim verò dicturus de excellentia & dignitate, qua virginitas omnem alium militantis* Ecclesiæ *statum antecellit, posteaquam Deo primitias Authori omnis lati principij & finis consecraui (vt etiamnum consecro) futuras operas & labores meos quantumuis tenues; auspiciũ huius operis, præambulum, tam aptum & conueniens nullum reperio. quam id, quod magnus ille* Pastor & Doctor Ecclesiæ, *S. Augustinus in simili quondam subiecto vsurpauit* Incœptis meis faue Iesu Christe *Saluator noster, fili Virginis, sponse Virginum, nate corporaliter ex vtero Virginis, & connubio Virginali animabus nostris spiritualiter coniuncte. Tibi principium, tibi pro-* *Aug. lib. de an. virg. c. 2.*

gressum finemq; committo, & quemadmodum hoc opus sub nominis tui inuocatione inchoatur, sic in eo continuationem & complementum sortiatur. Tu vicissim ô Maria Virgo gloriosa, mater Virginum, Virginumq; Virgo, cui primũ virginitatis corona obtigit & delata est, speciali gratia & fauore diuino, mihi nunc cum filio tuo opem præsta. Nomen tuum in huius operis frontispicio præfixum esse volui, opus tibi dedicatum, tua protectione munias, nomen tuum ipsi erit in securitatem & saluum conductum, aduersus calumniantium aut maleuolorum iniuriam; odia eorũ reprimet qui inuident valori huius thesauri inæstimabilis, & decori huius floris, cuius honorẽ adæquat nullus. In te mea fiducia, & spes in filio tuo inclinatur. Sis igitur mihi subsidio, tibi enim excubo, tibi dimico, laudes tuas à me promulgari gaudeo, ô Virgo sacrata, da mihi virtutem cõtra hostes tuos. Lucubrationes meas quas tibi offero, & hoc munusculum, suscipe tanquam voluntatis meæ primitias, & arrhas obsequij quod à me tibi præstari debet, manu liberali acceptare digneris, & intueri oculo tuo cum Angelis, tum hominibus grato & fauorabili. Hosce fructus & laborem exiguum agnosce vt tuum, & à te deriuatũ, siquidem in eo id maximè spectamus vt enarremus bonum & iucunditatem quã præ cæteris es fruita suauissimè, in statu be-

te vitæ tuæ virginalis, vitæ profectò cælestis quam elegisti & Sanctissimè obseruasti in terris iuxta desiderium quod habebas placendi, diligendi & famulandi Deo accuratissimè semper actiones tuas intendens ad eius honorem & maiorem gloriam. Impetres à Deo ijs qui subsidium tuum implorant, præclarum illud virginitatis & castitatis munus, munus vtique maiestate Filii tui dignissimum, & precum tuarum interuentu. O Sancta & immaculata virginitas quã sua Deus conceptione & natiuitate cohonestauit virginem purissimam in matrem eligens, quibus te laudibus efferam nescio, quia quem cæli capere non poterant tuo gremio contulisti. At spes mea in virgine flore virginum cuius statum hic tuendum & propugnandum suscipio, sub eius parmula & auspicijs. Nũc igitur certa spe fretus adfuturũ mihi diuinæ gratiæ auxilium patrocinante hac virgine Regina cæli, Domina mundi tantoperè dilecta, aggrediar explicare fœlicitatem & bonum, quod in hoc Sancto virginitatis & continentiæ statu reperitur.

PRÆFATIO DEDICATORIA
Ex Hvivs Libri Argvmento
desumpta.

AD


INTEGERRIMAM

VIRGINITATIS

&

CONTINENTIAE

PROGENIEM IN VTRO-
QVE SEXV.



Vanquam omnia, quæ vastissimus cœlorum ambitus complectitur, hoc ipso quòd sint, ducant participationem quandam è suprema illa & diuina bonitate, & fonte viuo, ex quo omne bonum promanat deriuaturque creaturæ tamen illæ quæ vitali alimonia vegetantur, vtpote superiori gradu eminentes, largiorem haustum fecisse cẽsentur, ijs quæ animæ prærogatiua destituuntur Quia verò brutis animalibus accedit sensuum facultas, quod munus est insignius, tunc fit, vt plantas omnes quantumuis celebres, naturæ priuilegio anteuertant; adeoque hominem multo potiori iure cunctis animantibus

nantibus præstare concludemus, siquidē dotatus est insuper sagacis intellectus excellentiâ, vnâ cum lumine rationis, in quâ vel maxime consistit perelegans hominis ad Deum similitudo. Id olim regio vati visum fuisse constat, dū diceret, *Signatum est super nos lumen vultus tui*, rationem & iudicium hominis, lumen diuini vultus appellat, quo illustratus homo, rerum intricatam veritatem indagat & perspicit. Ratione igitur præditi, & forma diuinæ mentis insigniti nascimur; Et quemadmodum pecunia signo sui Principis ordinario percussa emittitur, sic anima nostra insculptum illud lumen gerit, in quo diuinæ similitudinis species elucescit. Adhæc ditauit nos munificentissimus ille donator, Deus, insigni alio & præclaro munere, (vt nihil ad fœlicitatis nostræ cumulum desiderari posset) nēpe, suauiori cordis lætitia, qua homines beatè efferuntur, dum supremi sui boni, perfectā assequuti sunt cognitionē. Creaturarū omnium reliquæ, siue animatæ, siue inanimatę, ab hui⁹ qualitatis beneficio propter suā incapacitatē excludūtur, ea siquidē donū est singulare & homini propriū. Nā vt creaturas illas discursus iudiciūue deficit, & consequēter intellectuali potentia denudantur, sic etiā in ipsis, interiorē lætitiam reperire

Psal. 4.

ſponſus fidelis, & animarũ noſtrarũ medicus peritiſſimus dexterrimè ſubuenit mediãte ſacri baptiſmatis lauacro, in quo renaſcentes deperditũ viſum recuperamus, vt contigiſſe cõſtat cæco à natiuitate qui ad fontẽ ſiloë, figurã Baptiſmatis miſſus eſt vt ſe ablueret, nec tardus fuit in exequendo mandato ſibi per Chriſtum dato, ſiquidem ipſe in Euangelio fatetur, *Abij, laui, & vidi*, ſi eo modo, fide ſaluatoris noſtri interueniente nõ regeneramur, oculi nobis nuſquã explicabũtur ad indagãdã, & perluſtrandã aliquã rerũ ſupernaturaliũ veritatẽ; huius doctrinæ aſſertorẽ habemus idoneũ, S Paulũ, dum ſcribens ad Corinthios, de Iudæis incredulis ait; *obtuſi ſunt ſenſus eorum, vſq; in hodiernũ enim diẽ idipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum (quoniam in Christo euacuatur) cum autem conuerſus fuerit ad Dominum, auferetur velamen*. Alteri noſtræ calamitati Deus Opt. Max. obuiat Sancti vtriuſque teſtamenti beneficio, & lectione ſacrarum ſcripturarum per quas nobis innoteſcunt arcana illa & ſublimiora myſteria, ex quorum cognitione generatur in nobis lætitia quædam Spiritalis, quam ſolius rationis ope freti comparare non poſſemus; nam Spiritus Sãcti gratiâ imbui debemus, qui nobis ab- 2. Co.

fconditum fenfum è facris paginis eruat, tum in ijs tutiffima veritatis cognofcendæ via aperietur, vt ad myfteriorum notitiam facilè deueniamus. Cum itaque noftri Chriftianorum oculi difcuffis tenebris per Dei gratiā illuftrati & illuminati fint, & iam proximè difpofiti videamur ad reuelatam veritatem percipiendā iuxtà illud Ifaiæ. *Et erunt omnes docibiles Dei*, abundè nobis prouifum eft, de rebus omnibus ad falutem noftram fpectantibus, fiquidem inter alia confequendæ falutis media, quæ facræ paginæ fuppeditant, illud poftremū non eft, quòd quafi nos manu ducat vt perfectè ambulemus in via
Ifa. 14. mandatorum Dei: *Omnis fcriptura diuinitus infpirata* (inquit S. Paulus) *vtilis eft ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iuftitia, vt perfectus fit homo Dei, ad omne opus bonū inftructus.* Quia verò ijs qui facerdotali dignitate funt adornati, ftudium & intelligentia fcripturarum propriè cōuenit, vtpote Angelis, & miniftris Dei, ideò apprimè decet vt eos, in vero fenfu rerum fpiritualium eliciendo, Chriftiani cōfulant, quandoquidem De-
Mala. 2. us ore prophetico exprefsè dicat; *labia facerdotis cuftodient fcientiam & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum eft.* Sacerdotes igitur, Doctores Ecclefię agere debent, quibus difertis verbis

bis iniunctum est, prouidere quicquid salutem nostram & vitæ perfectionem concernit, cum in corpore Ecclesiæ decorum sit vt singula membra discretis fungantur officijs, prout idē in corpore humano fieri constat; hinc S. Paulus, *nunquid omnes Apostoli, nunquid omnes Prophetæ, nunquid omnes Doctores?* verum enimuero, inter res maximè sublimes & diuinas, virginitas & continētia potissimum numeratur, vt SS. Patres omnes vno ore profitentur. Virginitas præcellit in omni statu, quemadmodū inter sydera Phœbus emicat: quapropter, sicut arrecta oculorum acie solis radios intueri non possumus, sic quisquam naturaliter reperiri nequit, qui splendorē virginitatis fixo lumine contempletur, quæ tanto fulgore irradiat, vt eius aspectu visus noster penitus cæcutiat. Hinc omnes infideles, & hæreticæ ignorantiæ sectatores, quia peccatorum suorum velamine præpediuntur, & spreto lumine in cymmerias mendacij tenebras sese implicauerunt, rutilantem hanc gemmam cernere non possunt, eam vt rem vilioris pretij respuunt, aut vero (quæ ipsorum est stupiditas) viribus humanis comparari non posse mirabundi protestantur. Illius itaq; valorem duntaxat in Ecclesia Catholica requirendum esse liquet: cuius quidē Ecclesiæ filij omnes, admodum sunt dociles, 1. Cor 12.

vt eam pretiosæ gemmæ valorem agnoscant; sed quia non omnes pariter, ad illius qualitates percipiendas edocti sunt, tantâ instructiõe quantum necessum est, ideo his parui, illis nihili æstimatur; & in hoc sues aut gallos gallinaceos imitantur qui repertum in fimeto adamantem aut carbunculum tanti faciunt, quanti minimi. Simplicior aliquis rusticus inuentum forte fortuna smaragdum aut iaspidem, vilissimo pretio apud trapezitam distrahet, ratus esse silicem aliquem vitreum vel crystallineum. Idem, imprudentibus adolescentibus vsu venit, qui inæstimabilem vnionem pudicitiæ, & thesaurum virginitatis alienant, & pro buccella panis (vt aiunt) permutant.

Chrys. li de virg. cap. 18.

Quam iniquè ferret, & grauatè vir ille simplicior, qui se ita circumuentum deprehenderet per inæqualem illam gemmæ suæ alienationem, quam cum aliquâ pecuniolâ permutasset: vbi primum edoctus esset de pretio gemmæ hactenus minoris æstimatæ, optaret datum in venditione consensum retrectare, & contractum iuris vinculo confirmatum irritare, assem nouissimum emptori refundere, modo amissum rei suę dominium recuperaret; verum contra ipsum militat expressa iuris dispositio, contractus rescindere prohibẽs: nec in integrũ potest restitui, id duntaxat

tarat solatij reliquum manet, vt facti pœniteat, & cordis mœrore perpetuo desoletur. Eandem prorsus calamitatem subeut adolescentes malè edocti, & consilij fragiles iuuenes, qui tam temerè & incōsulto pretiosum hunc & incomparabilē thesaurum expendunt, & famam suam corā Deo hominibusúe denigrant, & diuinam Maiestatem offensam sibi reddunt; quo in numero censendi sunt ij qui repentè pactis dotalibus confectis, præmaturas ineunt nuptias, diuinæ vocationi non obtemperantes, & gratis oblatum continentiæ munus respuentes. Hoc igitur malo in dies accrescente, mecum frequens perpendi, quibus medicamentis ipsi mederer, quod post se nullam spem redintegrandæ salutis relinquit, tandemq; post multam deliberationem, comperio, non vllum dari præsentius remedium, quàm vt præuia instructione & sanâ doctrinâ traderem regulas & præcepta quædam quib. in tantæ virtutis cognitionem rudiores deducerentur; sic statui, adolescentes à me instructum iri tam solidis argumentis, & accuratis rationibus, vt nunquam suam in tanto thesauro possessionem interuerti nec præscribi sinát, aut vltro alienent magnificum virginitatis dominium, eo colore, quòd ipsius præstātiam minus exactè cognitam habuerint.

Hanc prouinciam quamuis ipſe in me ſuſcipere attentem, an idcirco videri velim eximius quiſpiam & profundus Theologiæ Doctor minimè gentium; ſed vt diuinarum lectionũ auditor facilè minimus (qualem me fateor) hanc doctrinam petere conſtitui ab excellentiſſimis grauiſſimorum Ecclesię Doctorum monimentis, puta, à SS. Auguſtino, Hieronymo, Ambroſio, Gregorio, Baſilio, Gregorio Nazianzeno, Gregorio Nyſſeno, Chryſoſtomo, Cypriano, & pleriſque alijs viris vitæ ſanctimonia conſpicuis, qui vera Sancti Spiritus extiterunt organa, & cœleſti reuelatione legem diuinam interpretantes apertè demõſtrarunt, & perdoctè ſcriptis teſtatam reliquerũt magnitudinem, pręſtantiam, & tantæ virtutis nobilitatem, ſolerter itaque rei veritatem ex ore patrũ noſtrorum accipiamus; toto vitæ curriculo in ſchola virtutũ tyrones agimus, quocirca conſultum eſt vt mores & ingenia noſtra prudentiorum inſtitutis accõmodemus. Hac de causâ, fauore, & intuitu virginum, nec non viduarum, quæ proximè ad illas accedunt; tractaturi ſumus, Deo annuente, de Bono quod flos ille virginitatis homini procreat, ita tamẽ vt nec latum vnguem à SS. Patrum veſtigijs deflectamus, ex ipſorum hortis cultiſſimis flores amœniſſimos ſeligentes. Quia vero

tenebræ

tenebræ lucem nunquam non abomināntur, & epicurei carnis assentatores rebus Spiritualibus bellum perpetuum denunciant, arma lucis fulgentia arripiemus, & occasione exigente ijs vtemur more SS. Patrum ad retundendam effrōtem & impudētem eorum calumniam, qui linguis maleuolis, & leoninis dentib. tanti muneris valorem & existimationem minuere adnituntur. Speramusque fore, vt eo iuuante qui lux est indeficiens, hostium nostrorum vires eludamus, eos cædamus, in fugam vertamus, & celebrem de ijs victoriam reportemus, ad diuinæ gloriæ & nostræ salutis incrementum. Vobis igitur, virgines, nominatim, & principaliter, deinde continentibus originalis & primarius Author suas lucubrationes hispanicè, primus autē versor ex Hispanico in Gallicum descriptas dedicat consecratq; : & recens ex gallico in latinum idem munus repræsentat versor secundus.

Proximus his, longo sed proximus interuallo.

Hoc itaque munus quantumuis exiguum boni consulite, non ipsum sed affectionem nostram pensantes, quam quidem de vobis spem fouemus contemplatione amoris illius quo castitatem & virtutem prosequimini per quā statui vestro virginali, honoris & gloriç plurimum accedit. Hoc opusculum ijs non dedicamus qui

coniugali vinculo adstricti viuunt, quia licet statum nacti sint sanctum & honorificum eius tamen sunt conditionis cuius illi, qui Tantaleâ quodammodo siti languentes, fontem lympidissimum prospiciunt, quem accedere nequeant ad sitim extinguendam nonnunquam tamen aliquid in eorum fauorem & instructionem adspersimus, eo præcipuè tractatu in quo differitur, de officio & excessu coniugum perfunctoriè scilicet & sobriè; qui quidē tractatus, adolescentibus vtriusque sexus non ita propriè accommodatur; sed omnibus & singulis librum hunc nostrum aptare oportebat; iuxta illud: *omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos.*

Ad hæc, pictores imitari voluimus, qui vt tabulam suam illustriorem, & splendiorem, effingant, obscuros atrosue colores interlinunt; denique quid vetat ex ipsius aduersarij pharetrâ telum desumere, vel ipsum proprio gladio iugulare. Non autem solis virginibus, verum etiam viduis & continentibus has vigilias addicimus, ijs scilicet qui ad secunda nuptiarum vota non transierunt. Nam licet hoc institutum nostrum Virgines propriè respiciat, siquidem priores in hac ordinatâ castrorum acie puritatis vexillum præferentes, nihilominus viduæ subsequuntur, & continentes qui ex huius doctrinæ

flori-

floribus succum elicient, & in statu suo sacro stabiliter sibi gratulantes, & Deo gratias agentes, quod secundum locum à virginitate obtineant. Suscipite igitur virgines & continentes librum hunc licet exiguum volumen, assidua lectione voluite & reuoluite: siquidem citra fraudulentam vllam calliditatem, in eo discetis quanta, & quam magna sit Thesauri vestri amplitudo, ad hoc vt accuratissimam habeatis eius conseruandi rationem Deum interim Opt. Max. qui purissimus est lucis æternæ candor, obnixè rogo, vt immortalis sui luminis puritate vos illustret. & fugatis tenebris tanto splendore vobis irradiet, quo floris huius elegantissimi & odoriferi formam excellentem cognoscatis, qui odorem suum coram ipso Deo latè diffundit, fructumque vobis vberrimum non sine ingenti recreatione producit: quatenus vestrum vitæ præsentis bonum maiora in dies accipiat incrementa, donec æternæ felicitatis lauream, in tutissimo perfectionis portu consequamini, & *gaudium vestrum plenum sit & gaudium vestrum impleatur.* Ioan. 16.

CAPVT I.

Bonum illud quod è statu virginitatis & & castitatis promanat, gemina fœlicitate censeri demonstratur.

DESIDERANTI cognoscere expetêdum hocce virginitatis bonum, generaliter trado, duplicem in eo fœlicitatem reperiri, vnam præsentem in hac vita, alteram in æterna gloria. Huiusmodi assertionem in ipso libri nostri frontispicio ponere non reformido, quia tunc accedit Sacræ Scripturæ authoritas, vrgent optimæ & solidæ rationes petitæ ex vtroque testamento, deprompta ex lympidis & copiosis SS. Patrum & Doctorum Ecclesiæ riuis, qui testes sunt idonei omniquè exceptione maiores. Horum agmen ducit S. Isidorus, qui differens de vtilitate & dignitate huius Angelicæ virtutis, hæc ait: *Virginitas, duplex bonum est, quia omnes præsentis æui curæ per eam leniantur & auferantur; tum in altero seculo corona æterna & gloriosum castitatis præmium nobis decernitur.* Hic effectus reuera, præclarus est & expetendus,

Isidor. li. 2 de sum. bon. c. 40

tendus, bonum singulare & inæstimabile; merces rara & incomparabilis, fructus suauis & admirabilis. Omnis effectus, bonum, merces, & fructus aliarum virtutum in particulari, quas pio fine in Ecclesia Dei exercemus, à nobis expectatur & percipitur ordinariè post hanc vitam in altero seculo; sed sacratæ virginitatis fructum, in hac etiã mortali vita colligere incipimus & prælibare, vt pleniorem & dulciorẽ messem in altera congregemus. Cum itaq; fructus floris pudicitię duplex bonũ sit & fœlicitas, vna præsens & tẽporalis, altera futura & immortalis, naturalem ordinem seqnentes prius de prima, tum de secunda tractabimus.

CAPVT II.

Primum bonum status virginitatis & continentiæ versari circa fœlicitatem vitæ præsentis ostenditur.

PRIMAM partem boni integritatis huius corporalis & mentalis, vitæ præsentis fœlicitatem quandam esse dicimus. At initio notandum, hãc non esse plenam, integram, & perfectam

ctam fœlicitatem, qualis erit illa qua in futuro seculo cumulabimur, vbi erunt ipsi gloriæ thesauri, & fons beatitudinis, nempe Deus; verùm est mãca quædam & inchoata fęlicitas, qualem esse licet per mundi huius laboriosi miserias. Hæc itidem fœlicitas non est absoluta, sed respectiua, comparatione facta ad coniuges, qui, vt astricti indissolubili matrimonij vinculo, & sibi reciprocè subiecti, ad eandem pertingere nequeunt.

Adhæc neutiquam existimandum est, fœlicitatem hanc, illam esse communem & generalem, qua piorum Christianorum quiuis fruitur, mediante viua fide & spe firma qua præmium æternæ beatitudinis concipit, quomodo intelligendus est vates Regius dum ait, *Beatus qui non abijt in consilio impiorum*; nam huiusmodi beatitudine ipsi etiam coniuges gaudent, inter medias huius mundi occupationes.

Psal. 1.

Fœlicitas igitur illa, quam putamus, est institutum quoddam viuendi placidum & quietum, & perfectio

vitæ

vitæ tranquillæ secundum DEVM & naturam, ab omni seruitio illiberali exempta; qua quidem fœlicitate solæ virgines perfruuntur, & ij qui proxime virginum vestigijs accedunt, vt vidui & viduæ, qui sequuntur virgines in gradu perfectionis; tum etiam omnes personæ religiosę quæ vocis expressis continentiam profitentur.

Ista porro fœlicitas cõsistit in certa quadam excellentia & sublimitate vitæ, siquidẽ virgines pudicitia, & castitate, quasi geminis alis, in altũ tolluntur (velut generosæ aquilę volucrum Reginæ) supra cæterorũ hominum conditionem; & licet in terris degere videantur, in cœlis tamen nidificant & carnea mole circũdati viuunt spiritualiter; humanã naturã cum Angelica permutãt: in hoc etiam exilio perigrinantes, in cælis nihilominus figũt domicilium, quatenus per humanæ naturæ fragilitatẽ licet. Hinc Sapiens in persona virginũ dicit, *exaltasti super terrã habitationem meam*, virgines enim adeptæ sunt sublimiorẽ vitæ conditionẽ, Eccl. 51.

cum

ctam fœlicitatem, qualis erit illa qua in futuro seculo cumulabimur, vbi erunt ipsi gloriæ thesauri, & fons beatitudinis, nempe Deus; verùm est mãca quædam & inchoata fęlicitas, qualem esse licet per mundi huius laboriosi miserias. Hæc itidem fœlicitas non est absoluta, sed respectiua, comparatione facta ad coniuges, qui, vt astricti indissolubili matrimonij vinculo, & sibi reciprocè subiecti, ad eandem pertingere nequeunt.

Adhæc neutiquam existimandum est, fœlicitatem hanc, illam esse communem & generalem, qua piorum Christianorum quiuis fruitur, mediante viua fide & spe firma qua præmium æternæ beatitudinis concipit, quomodo intelligendus est vates Regius dum ait, *Beatus qui non abijt in consilio impiorum*; nam huiusmodi beatitudine ipsi etiam coniuges gaudent, inter medias huius mundi occupationes.

Psal. 1.

Fœlicitas igitur illa, quam putamus, est institutum quoddam viuendi placidum & quietum, & perfectio

vit

vitæ tranquillæ secundum DEVM & naturam, ab omni seruitio illiberali exempta; qua quidem fœlicitate solæ virgines perfruuntur, & ij qui proxime virginum vestigijs accedunt, vt vidui & viduæ, qui sequuntur virgines in gradu perfectionis; tum etiam omnes personæ religiosę quæ vocis expressis continentiam profitentur.

Ista porro fœlicitas cõsistit in certa quadam excellentia & sublimitate vitæ, siquidẽ virgines pudicitia, & castitate, quasi geminis alis, in altũ tolluntur (velut generosæ aquilę volucrum Reginæ) supra cæterorũ hominum conditionem; & licet in terris degere videantur, in cœlis tamen nidificant & carnea mole circũdati viuunt spiritualiter; humanã naturã cum Angelica permutãt: in hoc etiam exilio perigrinantes, in cælis nihilominus figũt domicilium, quatenus per humanæ naturæ fragilitatẽ licet. Hinc Sapiens in persona virginũ dicit, *exaltasti super terrã habitationem meam*, virgines enim adeptæ sunt sublimiorẽ vitæ conditionẽ, Eccl. 51.

cum

cum emancipatæ sint ex ærumnosa huius mundi seruitute, & infinitis curis ereptæ quas coniuges nolint velint perferre debent, donec matrimonium morte dissoluatur. Hoc genus fœlicitatis S. Isidorus insinuat, dum ait virginitatis beneficio nos à secularibus curis eximi; quæ curæ (complectentes in se solicitudinem qua maritus pro vxore, & vxor pro marito, vterq; autem educatione liberorum & rei familiaris prouisione torquetur) hominem in hac vita summoperè affligunt, quod sibi commodè vacare nequeat, *id est, propriæ perfectioni, & œconomiæ spirituali.* Sanctus ille Doctor, distinctionem hanc desumpsit è Sancti Pauli verbis, qui quodam loco mentionē faciens eius qui matrimonij vinculo adstringitur, dicit eum mundana curaturum vt vxori suæ placeat, vnde fit vt cor habeat diuisum ac proinde Deo integrè nō addictū. Contrarius est omnino euētus in hoc sacrosancto virginitatis & castitatis statu, qui hominē multis cōmodis & solatijs afficit, vt potè liberū, & ab omni negotio expeditū, vt possit se Deo

vnier

vnire, ipsius vacare seruitio, & vitam suam regere quasi strictam diętam, puram & irreprehensibilem. *Qui sine vxore est*, (inquit Apostolus) *sollicitus est quæ Domini sunt.* En igitur bonū & fœlicitatem vitæ præsentis, fœlicitatem dico, votis omnibus expetendam, omni gaudio abundantem, virginibus & continentibus propriam. Huius quidē assertionis probatio nobis incumbit, quam Deo fauēte, luce meridiana clariòrem adferemus, & insuper cū præclaris exemplis, tum luculentis testimonijs confirmabimus. 1. Cor. 7.

CAPVT III.

Prima ratio spectans bonum temporale virginum & continentium, ex instanti necessitate ducta.

NEMINEM reperiri arbitror qui Apostolo fidem habere nolit, aut eius sententiam de bono virginum latam impugnare. Nam prętērquā quod talis in audaciæ & temeritatis nimiæ condemnationē incideret, incredulitate pariter & infidelitate notaretur. Apostolus itaq; disertis verbis vtens, sic ait: *existimo ergo hoc bonum esse propter* 1. Cor. 7.

pter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Si censet Apostolus virginitatem & castitatē in bonis numerandam esse, idque propter instantem necessitatem, si optandum asserit, vt toto vitæ curriculo, matrimonij nexu non adstringamur quis tā effrons & impudens inuenietur, qui contrarium tueatur? Cum igitur Virginitas & Castitas instantis necessitatis sarcina non grauetur, fœlix est, & vitam fœliciter peragit. At quia *instātis necessitatis* nomine significatur? D. Hieronymus mortis necessitatē intelligit quæ nunquā nō vitę & statui coniugatorum minas infert vt euaginatus gladius ipsorū ceruicibus imminēs; liberos, si ex matrimonio suscipiant mors dubio procul absq; exceptione eos corripiet, & è medio tollet magnos vel paruos, domi vel militię, terra mariq;, via naturali, vel violēta, vitā in medio plerūq; cursu abrumpēs vel sub ipso exordio. Viro sublato, & vxore in viuis relicta, vt ordinariè priùs vel posteriùs citamur ad summum illud tribunal, repentè gaudium luctus occupat. Ecce tibi lachrymarum im-

Hier. contra Elu. c. vlt.

brem continuum pro anteácta lętitia, ecce suspiria mœstitiam querimonias & gemitus quamdiu vidua superstes manet, donec etiam tumulo componatur; & vt antiquus quidam Poeta tradit.

Fletus continui, lachrymæ, suspiria, planctus
Ipsis perpetuo sunt Philomela domi.

Hac igitur inspecta necessitatem quæ humeris nostris incumbit, status virginitatis & continentiæ ter fœlix & optandus est, quia nec secum, nec post se planctus vel doloris messem relinquit, cum in carne sementem non fecerit, id est vitam non transegerit in delicijs & voluptatibus carnalibus. Sanctus Anselmus præfatæ necessitatis aliam interpretationem elicit, nempe curam & sollicitudinem rerum temporalium quam coniugati necessariò subire coguntur ad sui ordinis, domus & familiæ sustentationem. *Ansel. in Paul.*

Ipsorū plerisq; probè notū est quantū id molestiæ facessat, tū vel maximè dū

proles est numerosa, concurrente fortunarum penuria, nam hoc casu non solum deficiunt, & suam conditionem labefactari sinunt, verum etiam tædio & languore prorsus conficiuntur, nónunquam ad desperationem vsq; misserrimè torquentur, horam diemque execrantes qua de ineundo matrimonio differuerunt, miris è diuerso præconijs clarè eorum fortunam efferentes qui libertate potiuntur, nec humeris suis tam ponderosum & molestum onus imposuerunt. Habemus præterea aliam instantem & grauiorem necessitatem, de qua loqui Apostolum testatur idem Doctor: qua scilicet omnes compellimur semel personaliter cōparere coram tribunali Christi, ad audiendum sententiam definitiuam quā de moribus & vita nostra pronunciabit, quod insinuat Apostolus dicens: *statutum est omnibus hominibus semel mori & post mortem iudicari: Et omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi.* Non est modus elabendi, illa est personalis citatio, quæ omnibus peremptoriè assignatur, nec vlli exceptiones declinatorias licet intēdere,

Ansel. in Paul.

2.Cor. 7.

dere, hi præunt, illi subsequuntur, omnes vno loco sistuntur coram Deo eiusque iudicia. Huius necessitatis inuitu quæ omnibus ingruit, reuera pulchrum est in statu virginitatis & continentiæ vitam ducere, illa est omnibus votis & desiderijs appetenda, eò quòd coniugatis propter curas familiares exiguū tempus & otium supersit, quo sese accingāt ad summum illud & tremendum iudicium, vbi supremus Iudex accepti & expensi rationes à singulis exiget, vbi nihil annumerabitur, nisi quod in honorem Dei expositum est, securus erit nemo, nisi qui diuinæ Maiestati placuerit, mercedem nullus reportabit nisi qui Deum suum timuerit, dilexerit, eique ritè famulatus fuerit: vbi denique palam errores nostri promulgabuntur, prauæ conuersationes in dictis, factis, cogitationibusue secretioribus, & in caput nostrum dictabitur aduersa sententia, nisi in hoc seculo debitè nos disposuerimus ad noxam eluendam, & dignam pœnitētiam egerimus, quę non ita opportunè exercetur in thalamis & tectis coniugatorum. De hac necessitate nos com- 1. Cor. 7.

monefacit Apoſtolus inquiens: *tempus breue eſt: reliquum eſt, vt & qui habent vxores, tanquam non habentes ſint.*

Plures etiam curas & moleſtias inuehit ſecum coniugium, quę intertur-bant & obſtant ne ſeſe ſpiritus colligat & circumſpiciat, quæque tam graues & magnæ ſunt vt Chriſtus quondam de vltimis iſtis temporibus diſputans, inclamauerit. *Væ prægnantibus & lactantibus in illa hora*, cur ita? eo quod reperientur inuolutæ curis domeſticis, nec ijs in tali ſtatu vacabit, vt ritè præparentur ad vitæ rationem cum Deo ineundam. Præſuppoſito itaque neceſſitatem nobis imminere ſiſtendi, nos coram throno ſupremi & iuſti illius Iudicis, reddituros vitæ rationem iuxta normam iudiciorum Dei, vt expendamus, vel accipiamus mercedem ſecundum operum noſtrorum cōmercia, ſtatus coniugalis, nec beatus nec optandus videtur, ſed onerosus potiſſimum & infortunatus. Nam obſtaculum in primis inijcit, quo minùs opportunè nos ad illud iter auſpicandū præparemus; imo dexteritatem & robur eneruat benè percurrēdi vias māda-

dato-

latorum Domini. Ex aduerso sacrosanctus hic continentiæ status, omnẽ quoad se decenter viuendi ansam præbet, & accingendi nos ad diem illum nouissimum. Continentes tempore, otio, & commoditate abundant vt sese instruant & præparent ad rationes illas subducendas, tanti momenti & periculi, vt sola recordatione iusti contremiscant; nihilipsis est remorę, quin obuiá sponso præcedant in omni cordis puritate & conscientiæ integritate. In hoc igitur fœlici virginitatis & continentiæ statu commodum, tempus & otium nanciscimur (modo nimium non stertamus) ad apparandum lampadem castitatis, sumendum lumen intelligentiæ, implendum oleo bonorum operum, & charitatis flamma accendendum, quamobrem eleganter dixit Apostolus, *existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem.* 1. Cor. 7.

Nunc institutum nostrum continuando aliam rationem abducamus.

monefacit Apostolus inquiens: *tempus breue est: relquum est, vt & qui habent vxores, tanquam non habentes sint.*

Plures etiam curas & molestias inuehit secum coniugium, quę intertur-bant & obstant ne sese spiritus colligat & circumspiciat, quæque tam graues & magnæ sunt vt Christus quondam de vltimis istis temporibus disputans, inclamauerit. *Væ prægnantibus & lactantibus in illa hora*, cur ita? eo quod reperientur inuolutæ curis domesticis, nec ijs in tali statu vacabit, vt ritè præparentur ad vitæ rationem cum Deo ineundam. Præsupposito itaque necessitatem nobis imminere sistendi, nos coram throno supremi & iusti illius Iudicis, reddituros vitæ rationem iuxta normam iudiciorum Dei, vt expendamus, vel accipiamus mercedem secundum operum nostrorum cōmercia, status coniugalis, nec beatus nec optandus videtur, sed onerosus potissimum & infortunatus. Nam obstaculum in primis inijcit, quo minùs opportunè nos ad illud iter auspicandū præparemus; imo dexteritatem & robur eneruat benè percurrēdi vias māda-

dato-

latorum Domini. Ex aduerso sacro-
anctus hic continentiæ status, omnē
quoad se decenter viuendi ansam pręb-
et, & accingendi nos ad diem illum
nouissimum. Continentes tempore, o-
tio, & commoditate abundant vt sese
instruant & præparent ad rationes il-
las subducendas, tanti momenti & pe-
riculi, vt sola recordatione iusti con-
tremiscant; nihil ipsis est remorę, quin
obuiā sponso præcedant in omni cor-
dis puritate & conscientiæ integrita-
te. In hoc igitur fœlici virginitatis &
continentiæ statu commodum, tem-
pus & otium nanciscimur (modo ni-
mium non stertamus) ad apparan-
dum lampadem castitatis, sumendum
lumen intelligentiæ, implendum o-
leo bonorum operum, & charitatis
flamma accendendum, quamobrem e-
leganter dixit Apostolus, *existimo ergo
hoc bonum esse propter instantem necessitatem.*
Nunc institutum nostrum conti-
nuando aliam rationem
abducamus. 1. Cor. 7.

CAPVT IV.

Altera ratio versans circa hoc temporale bonum Virginitatis, sumpta ex seruitute cui coniuges mancipantur, & libertate virginum.

ALTERAM rationem, qua bonum virginitatis elicitur, sumimus ex libertate quam vt optimam partē virgines elegerūt, cum cōiugati, reciproca seruitute mancipentur. Atqui hoc loco notandum est, libertatē integritatis & candoris huius virginalis quā posteris commendare intendimus, nō esse carnalē, vt secularium libertinorum, qui immersi mundanæ adolescētiæ desiderijs, suæ cupiditatis illecebras consectantur, nam huiusmodi vita à Christianorum institutis discrepat plurimum, & cum epicurea & diabolica quadrat bellissimè; quæ quidē libertas syluestrium & ferorum animalium conditioni non est absimilis, quæ nec chamo, nec freno coercita, peragrant duntaxat & saliunt, quoquo brutalis instinctus & imaginatio prouocat, furoribus & affectionibus suis

Iob.11. obtemperātia, quod benè S. Iob; enarra

rat: *Vir vanus in superbiam erigitur, & tan quam pullum onagri se liberum natum putant.* Sophocles
Siue vt antiquus Poëta loquitur: *Instar equi effrenis spreta ratione feruntur.* Nec etiam libertatem hanc sanctam ijs cōpetere credamus qui spreto matrimonio vagas libidines appetunt, eo quod nōrint Sacramento matrimōnij polygamiam damnari, voluptatis licētiam frenando per continentiæ coniugalis regulam. Nam animas nostras ad imaginem magni istius Monachæ qui cuncta moderatur, creatas non decet sic abijci ad beluinos carnis appetitus, quæ propediem esca vermium fiet; hæc libertas inordinata damnatur etiam ab Apostolo, qui tradit libertatem hāc sanctam de qua tractamus debere toto cœlo abesse ab affectibus & desiderijs carnalibus: *Vos enim in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem* Gal. 5.
detis carnis. Quapropter hæc seruitutis remotio statui virginitatis & continentiæ propriç, est libertas quam intendimus, quæ hominē vindicat à seruitute & tyrannide carnis, vt insinuabat Philosophus quidam, qui interrogatus vtrum adhuc muliebri cōtuber-

nio delectaretur, bone vir, inquit, i
auertant superi: Dei est quod libertat
donatus, & manumissus ex potestate t
asperi & truculenti Dominij senectu
tis beneficio sic ille; nos vero virgini
tatis & castitatis munere, quæ nos eri
puit è Tyrannide & subiectione pec
cati, quod solitum est hominem dari
& arctissimis vinculis compingere, v
Psa'. 118. ait regius vates: *funes peccatorum circum
plexi sunt me.* cui malo & periculo no
allegati, liberè postea studere possu
mus pietati & iustitiæ, virtutem &
perfectionem Christianam æmulan
tes, quæ res Apostolum mouit vt a
Romanos scribens, diceret: *liberati au
tem à peccato, serui facti estis iustitiæ:* Item
*nunc vero liberati à peccato, serui autem fa
Rom. 6. Deo, habetis fructum vestrum in sanctificatio
nem.*

Liquido itaque constat ex quo erga
stulo & seruitute status virginalis no
vindicet, & quid consequatur casta g
neratio eorum qui hanc puritatē am
plectuntur, illi rupto, excussoque car
nis iugo, lōgò vsu pedetentim habit
(licet non animaduertant) induunt,
quo sic afficiuntur, vt nolint, nec pos
sint

ſint aliquo modo peccare; cura ipſis tacitè acceditur, mores ſuos pietatis & innocentiæ ſtudio excolendi, modo orationem iuxta deuotionem abeſſe non patiantur. Sic ſecurè anima ſtylo ſanctitatis & perfectionis accurant.

Præterea ſanctus ille continentiæ ſtatus, in quandam aliam libertatem nos aſſerit, aliam obligationem nobis remittit, cui coniugati adſtringuntur, de qua S. Paulū vas electionis audiamus: *Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir ſimiliter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.* 1. Cor. 7 Cōiugium igitur nihil aliud eſt quam volūtaria ſeruitus, qua homo ſibi ſe adimit, vt alteri committatur. Quicunq; in hoc ſtatu verſatur, ſeruitutis nexu dubio procul deuinctus eſt, alter alteri mancipatur, & vis ac poteſtas qua reſpectiuè in ſe mutuò vtuntur, eſt catena, nodus & vinculum, quo ſimul arctiſſimè conſtringuntur; dura profectò & moleſta conditio! hi ſunt duo boues Iob. 1. eidem iugo allegati, de quibus agitur Iob 1. *Boues arabant.*

Coniugati sunt par boum copulatorum, eandem molam rotantes, & temonibus aptati easdem vehunt sarcinas: cernite precor quo deuenerit vir qui præfectus est toti orbi, de quo dicitur, *constituisti eum super omnia opera manuum tuarum.* eò se deprimit, vt subijciat se imperfectæ creaturæ, mulieri scilicet, quam sibi Dominam & magistrā præficit identidem nomine & reapte: tām supina tenetur sui ignorantia, & amore cæco, quo obnubitur. At si viri hæc seruitus est dicenda, qui excepta obligatione connubiali totus suus est, quāto durius est vxoris ergastulum, quæ vt notat D. Ambrosius, & hoc & omni alio casu, permanet mancipium & ancilla mariti sui, quē Dominū suū agnoscit, cuiuscūq; sit ipse ingenij, prauo ū morū, aut complexionis diuersę: seruitus (inquit) communis est, sed mulierem grauius constringit. nonne igitur hic status, commiseratione potius quam inuidia prosequēdus; vnde Poëta quidam. *Heu sæuis hominem Dominis seruire malignum est.*

Psalm. 8.

Ambr. in exhort. ad virg.

Hinc sententiæ adstipulantur Iurisconsulti, asserentes miserabilem esse ser-

ſeruorum conditionem. Idem ſanctis Patribus & Doctoribus viſum eſt: S. Hieronymus in primis hæc allegat, ab Apoſtolo (in epiſtola ad Corinthios) de virginitate & coniugio differente, coniugatos vocari mancipia carnis, liberæ verò conditionis eos, qui cõnubij iugo non implicati, Deo ſuo & Domino in puritate & integritate famulantur: alibi verò vbi trutinat & perpendit grauem Apoſtoli ſententiam: *Vxor allegata eſt legi mariti quoad ipſe viuit*, aſſeuerat coniugatum, eſſe debitorem, & adhærere præputio carnis ſuæ, id eſt ſubiectum eſſe voluntati & poteſtati alterius, conſequenter vero eſſe ſeruũ, & quod miſerius eſt, compeditum, & duræ cataſtæ, inſtar mancipij alligatũ. *Vxorem duxi, ideo non poſſum venire* prætendit ille in Euangelio qui ad cœnã magnam erat inuitatus. O ſanctam caſtitatem, ô beatam virginitatem, tibi vacare & parere, libertatis tuę vindicem me & propugnatorem præſtare conabor. Tu illa es, quæ omnes tibi ſeruiẽtes, manumittis, eos eximis ab omni obligatione, ſubiectione & tyrannide carnis, quatenus herili poteſtate expedi-

Hier. ep. ad Gaudent. 1.

Idem contr. Iouin. c. 7.

Luc. 14.

pediti liberè valeant se diuinis obsequijs consecrare, pietati & virtuti operam dare, quæ sunt opes amplissimę quas filij Dei ab ipso in peculium accipiunt, & in hæreditatis æternæ repræsentationem. Quapropter Author libri qui de bono pudicitiæ inscribitur, meritò in hæc verba prorumpit, *O quā insignis es & perfecta libertas!* quod quidem testari compellitur, quia coniugium est ergastulum, quod secum compedes & vincula sua confert. Quisnam ex dictis bonum virginum & continentiū luce meridiana clarius non videat? Id animaduertebat Sanctus Ambrosius qui virgines exhortans & Apostoli verba explicans: *Volo enim omnes vos esse sicut meipsum*: Item; *bonum est illis si sic permaneant*, scribit in hunc modum. *Filiæ meæ, quis potest vobis melius consilium dare, quam ille* (Sanctus Paulus) *vas Dominicæ electionis? Quid igitur dicat percipite auribus; volo autem omnes homines esse sicut meipsum.* Et iterum dicit de non nuptis & viduis: *Bonum est illis si sic maneant sicut & ego. Volo vos imitatrices esse tanti Apostoli; vt vitam eius sequamini, qui coniugij vinculum refugit, vt*

Auth. lib. de bono pudic.

Ambr. in exhor. ad virg.

1. Cor. 7.

vir-

vinctus esset IESV CHRISTI. *Non potuisset ad tantum Apostolatus sui peruenire gradū si fuisset allegatus coniugij cōtubernio. Quod si ille qui & doctrina præstantissimus erat & tantum Christi donum habebat, indicauit tantum momenti esse, si abstineret ab vsu copulæ coniugalis, & ideo sic mansit, ne plurimum suo muneri decerperetur, quod neque orationi vacare semper liceret, neque semper diuinis intendere mandatis, quem coniugij cura reuocaret, vt placeret vxori esset necesse, quid vtique vos eligere oportet, quibus sola virginitas potest libertatem dare. Quoniam quæ nupsit ad seruitutem pecunia sua venditur.*

Hæc Ambrosius; Ingredere igitur ô virgo, & progredere iuxta consilium Apostoli in via sanctæ huius libertatis virginibus competentis quæ vitam ducunt in statu ex se libero, fœlici, & iucundo, cum in coniugio contrarium prorsus eueniat ob adnexam obligationem & subiectionem.

ACCEDIT, vinculum seruitutis coniugalis esse indissolubile in hoc seculo, quandoquidem coniugium in omnibus obtinet ad instar vini & aquæ mixtionis, quæ semel

confusa discerni amplius nequeunt. Mulierem nuptam docet Apostolus legi sui coniugis alligatam, quo viuente dissolui nequeat; eodem sensu Christus dicit; *quod Deus coniunxit homo ne separet*, ex quo apertè colligitur bonum, virginum, qui nulli omnino subiecti libertate semper potiuntur. Ea propter coniugum statu & conditione examinata, ingenuè oportet fateamur castos & virgines fœlicitate affluere, qua cóiuges orbati sunt. Id Apostoli quondã prudenter aduerterunt, vnde cum fastidio quodam intulerunt. *Si ita est causa*
Matt.19. *hominis cum vxore non expedit nubere*, ad cuius sententiæ veritatem confirman-
Hieron. dam, Christus asseruit non omnes hoc
Chrysost capere, sed eos duntaxat quos gratia
Theop. speciali Deus imbuerat: exhortatur vicissim quẽlibet coniugij vinculis necdum implicatum, vt reddat se status huius beatioris capacẽ, inquiẽs, *qui potest capere capiat*, idẽ, *qui potest intelligere intelligat*, vel vt Doctorũ aliqui explicãt, *qui potest consequi consequatur*. De bono igitur Virginum in hac vita non est quod dubitemus, quandoquidem Christus & eius Apostolus inspecta seruitute con-

coniugatorũ, ad virginalem & continentem vitam nos incitat. Verum hoc articulo ſat copiosè pertractato, ad rationis tertiæ conſiderationem veniamus.

CAPVT V.

RATIO TERTIA HOC BONVM temporale virginum adſtruens deprompta ex facultate vacandi diuinis obſequijs.

RAtionem ſuperius explanatam, alia ſubſequitur non inferioris authoritatis: nempe quod virginibus tempus & facultas detur diuinis incumbẽdi ſeruitijs, orationi, lectioni, contemplationi, Sacramentorum frequentationi, & cæteris denique exercitijs quæ mentem in ſuis viribus & vigore retinent, ad virtutem comparandam, cui omnes terra eruti & eruendi theſauri (vt ait Plato) æquiparare nequeunt; & huius vitæ fluctus infringendos abſq; exitiali naufragio, & appellendum tandem ad portum quietis, coniugibus non ita per tempus licet in iſta palæſtra exerceri, ſed pluribus occupationibus implicantur, tri-

cis & difficultatibus præpediuntur, quæ ex virginali semita sunt eliminatę. Id declarat Apostolus, dicens; *mulier innupta, & virgo, cogitat quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo; vt sit sancta corpore, & spiritu, quæ autem nupta est, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro, & diuisa est.*

1.Cor.7.

Quis igitur audeat dubitare de bonō virginum, si hanc sententiam rectè intelligat; Mulier innupta & virgo (inquit Sanctus Paulus) cogitat vtpote tempus & oleum habens, cogitat inquam, absque vlla interturbatione vt DEO vacet & seruiat, eum laudet & diligat, eius gloriam & voluntatem adimpleat, non causa mariti distracta vel subiectione, sed vocatione sua curis negotiorum secularium expedita. Verum quo pacto animum ad hæc sancta exercitia conuertet, ille vel illa, qui cogitationes suas vxori vel marito affixit, ad liberos, famulos, & mutuam seruitutem impendit? Hinc fit vt tales, corde sint (vt inquit Apostolus) bipartitò & diuiso: & quemadmodum fluuij in plures alueos dissecti fiunt vadosi & remissi, sic &

cor

cor noſtrum vt creatorem amet conditum, vbi curam & affectionem ſuam diuiſit, debilitatur & propemodum euaneſcit.

At quî fieri poteſt, vt is totus DEO vacet, qui curis & impedimentis temporalibus nunquam non ſeptus eſt? cuius ager ſpinis horret & carduis bonam ſegetem & ſementem ſuffocantibus vt CHRISTVS loquitur. Quo pacto alacriter ille orationem inſtituet qui mundanis negotijs irrititur, cum oratio ſit inuectio quædam & eleuatio mentis in res cœleſtes? quomodo Sacram Scripturam, libroſque ſpirituales peruoluet, qui ob negotiorum & litium molem, neceſſariò totus occupari debet in codicibus ſuis euoluendis, rationibus ſubducendis, indicibus, titulis & contractibus & hyphotecis ſuis ordinandis, ſemper communicans cùm NOTARIIS, INSTITVTORIBVS, Procuratoribus & Aduocatis? cor & lingua talis hominis eſt ne loquendo, cogitando vel ſpirando alia quam terrena, vel terræ adnexa? ſodes, qua ratione con-

contemplationi animum adijciet, & volatu columbino exſpatiabitur, qui appetitu carnali tentus, inſtar falconis hæret proprijs vnguibus intricatus, & oculis, velo proprio, obductis, abſque cordis affectu, & mentis lumine. Quomodo debitè & fructuosè Sacramenta confeſſionis & communionis frequentabit, (neceſſaria tantoperè ad conſeruationem & fomẽtũ gratiæ quę animam noſtram viuificat) illa mulier quæ nutum mariti ad omnia debet obſeruare, quam omnino diſtinet cura culinæ, & rerum domeſticarum ſollicitudo: quæ toto mane impeditur tam imperitãdo quam iuſſa exequendo, interdum ſtomachando, & iraſcendo: quæ corporaliter, plerumque ſerius, in templis præſens eſt, ſed mente aliquem domus angulum perluſtrat. Fœlicem igitur virum, fœlicẽ vxorem quæ his moleſtijs non ſubijcitur; & iſtis occupationibus extricatur! Illa placidè & ſuauiter, & verè eloqui poteſt, *mihi adhærere Deo bonum eſt*:
Pſal. 72. O beatam mulierem, quæ vt Deo ſeruiat, virilibus imperijs eſt exẽpta, cui licet liberè meditari & ruminare cœleſtia.

lesia, & tum corpore tum mente sanctitatem sectari! Hæc est dilecta, quam dormientem sponsus vetat excitari, donec illa voluerit, *adiuro vos filiæ Ierusalem, per capreas, ceruosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, quoadusq; ipsa velit.* Cant. 2. S. Hieronymus hanc rationem valdè grauem examinat, hunc Apostoli locum interpretans; *nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi:* & vbi conferens bonum côiugij cum bono virginitatis & continentiæ, sic eloquitur. Hier. in Paul. 1. Cor. 7. Age, quodnã est bonum coniugij, orationem impediẽtis, nec permittentis nos mensæ Domini accumbere quoties luberet: nam dum marito debitum reddo, actũ cõntinentis non exerceo: Apostolus tamẽ præcipit vt in oratione simus assidui: quod si præstandum est, coniugali debito nunquam locus erit, siquidem cõiunx orationi nequit intendere, dum corporis sui debitam potestatem facit. Hæc est mens S. Hieronymi, qua explanat impedimenta coniugij, non sinẽtis, vt commodè Spiritualibus exercitijs, & Sacramentorum frequentationi studeamus. O præclaram casti-

tatis conditionem, ô beatam virginitatem, quæ exempta tot importunis molestijs & occupationibus superfluis, annos coniugatorum atterentibus, beata quiete frueris, & liberè diuinitatis thesauros perscrutaris, vbi animæ tuæ desideria veritatis præsentia impinguas, quæ versaris & habitas inter amplexus æternæ sapientiæ, mediantibus oratione, meditatione, contemplatione, quæ sancta sunt exercitia & germani animæ nostræ fœtus. Verum vt paucis concludam, his Agnis puris, & candidis Iesu Christi columbis elegantem Dionysij Carthusiani super hac re conceptum exponam: Quandoquidem (inquit) homo ratione insignitus est, qua certam habet cum Deo & Angelis participationem & similitudinem, egregiè & beatè cum ipso agitur si ijs actibus occupetur qui diuinum quid & Angelicum sapiunt, puta contemplatione veritatis istius immutabilis, supremæ & non creatæ bonitatis, substātiæ illius spiritualis, beatorum spirituum, & cœlestium intelligentiarum, & omnium creaturarum ad Creatorem relatarum. Dulce

Dinoys. Carth. de laudabili sta. Virg. Art. 1.

itidem

itidem & iucundum est, non alia re quam seruitio diuino distineri, in eo supplicando, laudando, eius amorem & cognitionem assequendo immorari, quæ nostri cordis est spiraculum, & illustris fax oculorum. Præterea liquido & per multorum experientiam cóstat, vitam spiritualem, contemplatiuam & cœlestem coniugij curis & sollicitudinibus hebetari, & eum vel eam cui muliebre vel virile placet cómercium, mirificè à fructu & spiritali suo progressu retardari, eò quod sensualis voluptas hominem deprimit, & ab interiori puritate abducit, à spirituali libertate reuocat, & è constantiæ statu dimouet. Ex quo planum relinquitur esse quid in se præstantius, Deo gratius, & nobis fructuosius vitam virginalem in honorem Dei transigere, quam concedere in castra coniugum, & fœminæ vel marito stipendiari.

Quantò magis castè & integrè quis viuit, tantò propius DEVM accedere, & ipsi strictius adhærere, suauius & vberius amore diuino perfrui, & copiosius diuinæ sapientiæ thesauris

ſauris locupletari poteſt; ſic inſignis ille Doctor & Religioſus diſcurrit, nos aliò vela dirigamus.

CAPVT VI.

Quarta ratio virginum temporale bonum oſtendens, deprompta ex qualitate boni virginitatis & continentiæ.

ACCVRATE nobis inſpectãtibus quod bonum in coniugio, & in ſtatu continentiæ reperiatur, apparebit virgines in ſua virginitate longè fœliciores eſſe, coniugibus in matrimonio, quàm poſſet excogitari belliſſimè & ſuauiſſimè inter amãtes geminos inito. Matrimonium ſanè, ſanctum & laudabile, & quoad ſe bonum nullus diffiteor. Sed attentis moleſtijs & occupationibus, in ipſo nunc occurrentibus, ab Apoſtolo vno duntaxat nomine commẽdatur, nẽpe, quod, eo mediante, fœdæ libidinis peccatũ euitetur, ijs qui illi ſunt obnoxij, aut circa ipſum nimia fragilitate periclitantur. Virginitatem verò quod attinet, ad eam vtrumque ſexum inuitat vt ad bonum per ſe optatiſſimum. Apoſtoli tantiſper ſententiam examinemus

nemus. Corinthij missis ad eum litteris, quæsiuerant, quomodo se gerere deberent ij qui recens ad fidem côuersi iam ante vxores duxerant infideles, quæ adhuc in ignorantia veri Dei persistebant; deberentne ijs libellum repudij mittere ad côtinentiam amplectendam, an verò eas vt prius retinere? ad hoc rescripsit Apostolus: *de quibus autem scripsistis mihi respondeo vobis: bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem, vnusquisque suam vxorê habeat, & vnaquæque suum virum habeat.* 1.Cor.7.

Ex hoc rescripto Apostolico, facilè innotescit, quod insit virginitati bonum, quod matrimonio. De illa dum loquitur, audacter, absolutè & sine limitatione rem bonam esse asserit; super hoc verò consulens, stylum mutat atque bonum videri, popter fornicationem fugiendam. Quocirca matrimonium bonum est respectiuè ad aliud, per se verò, nihil optabile, vt idê Apostolus paulò post confirmat, inquiens; *dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permaneant* puta virgines 1 Cor. 7. & continentes, *sicut & ego quod si non se côtinent, nubant; melius est enim nubere, quã vri.*

Vritur

Vritur autem homo, dum non valens, aut non volens continentiam seruare, ab igne carnali superatur, & in aliquod graue peccatum impingit. Hic sensus ex ipso textu & communi Doctorum calculo approbatur: vnde infero euidenter, ad matrimonium eos allici non debere, qui per Dei gratiam possunt in virginitate & continentia persistere; sed eos duntaxat, qui sunt in lubricitatem nimis procliues. Sic concludit Sanctus Hieronymus, & S. Augustinus in libro de bono matrimonij, multis præmissis ait, hoc igitur tempore, illis duntaxat nuptias contrahere expedit, qui à peccato sibi tẽperare nequeunt, iuxta mentem Apostoli, *melius est nubere quam vri.* Hinc insuper concludamus coniugium respectiuè bonum dici, habito respectu ad malum fornicationis euitandæ, & peccatis abstinendum, nõ verò per se & absolutè sic nominari. Qua de causa Sanctus Hieronymus contra Iouinianum scribens ait, tolle malum fornicationis, tum non dicet Apostolus vt quisque vxorem suam habeat, vt si quis (exempli gratia) diceret, pura sim-

Aug. in lib. de bono Matr.

Hier. cõt. Iouin.

ſimilagine veſci bonum eſt, at ne fame pereamus, pane ſecundario vel aceroſo, vti ſuaſerim & permiſerim. Similagini virginitas, fornicatio fami, coniugium pani ſecundario comparatur. Addit idem Doctor; tanto melius eſt nubere, quanto peius fornicari, tolle ardorem ſenſualitatis, tum quod præſtet nubere non aſſerueris. Nam cum dicit Apoſtolus, melius eſſe, electiuè ad peius loquitur; ſic ex duobus incommodis minus eligimus, nec alia eſt ratio; vt ſi quis diceret, oculo præſtat altero quam vtroque priuari; melius eſt vnum pedem habere cui inſiſtamus, baculo latus alterum fulcientes, quam vtroque pede amputato inſtar quadrupedis procedere. En quo collocetur ordine virginitas, quo matrimonium.

Illa eſt bonum abſolutum, non reſpectiuum, per ſe optabile non alterius intuitu, in ſe bonum eſt non mali vitandi reſpectu; eſt vt ſimilago, vt oculi duo, & pedes gemini, vnde patet virginitatem eſſe quid perfectum, abſolutum, & partem optimam. Sed ad honorem matrimonij Lecto-

rem beneuolũ obſeruare velim quod hic ſubijciemus; nempe S. Hieronymum loco præallegato, (dum Apoſtoli ſententiam examinat *melius eſt nubere quam vri*) affirmare quod hæc vox (*melius*) proferatur comparatione facta ad peius, quo genere loquendi videtur durius & aſperius loqui de matrimonio, inſinuans illud eſſe malum: at non eò tendit eius intentio, cuius rationẽ & ſenſum explanabo, ne quid ſiniſtrè ſuſpicemur. Notandum igitur à S. Doctore hanc vocem non proferri, vt à docente aut ſcribente ad Chriſtianos & Catholicos, ſed à ſcribẽte & diſputante contra Iouinianum antiquum Hæreticum, vt eius hæreſim manifeſtaret qua virginitati matrimonium anteferebat, ideoque iſto loco non ita fuſus eſt in ſui ipſius explicatione, ſed alibi declarat quo ſenſu locutus ſit, & diſertis verbis aſſerit, matrimonium, bonum quoddam eſſe, ſed virginitati plurimum cedere, & non inter illa bona numerari, quæ ſub ſe aliquod aliud includunt vt virginitas, coniugij bonum infra ſe habet, cuius reſpectu optabilior eſt, vt quid melius & perfectiùs

Hiero. Apoleg. ad Pamm. l. c. 4. & 7.

us. Hæc fuit mens S. Hieronymi, non iniquè de matrimonio sententis; imo post alia multa dicit hanc vocem (*melius*) non proferri cum respectu ad bonum, prout dicitur melius est virginē esse quam coniugatum; sed alio modo accipitur, prout scilicet bonum cū malo confertur: sic dicimus bonum esse nubere, scortari malum. Hæc mēs & interpretatio à S. Augustino confirmatur, qui hoc Apostoli dictum (*melius est nubere quam vri*) nō explicat, quasi S. Paulus comparationem instituere inter duo bona, quia *vri* quod est carnalibus tentationibus succumbere, non est bonum, sed malum: non accipit etiam pro comparatione duorum malorum, quia nubere nō est malum: sed hoc sensu, vt vnum bonum sit, puta nubere; alterum malū, nempe fornicari. Quocirca dicit, virginitatem matrimonio, & matrimonium fornicationi diuersimodè comparari; siquidem coniugium & fornicatio, vt incolumitas & ægritudo conferuntur, vel vt sapientia & vanitas, in quibus comparationibus vnum boni, alterū mali speciem obtinet; sed virginitas

matrimonio cōparatur, vt incolumitas immortalitati, aut vt ſcientia charitati, in quibus comparationibus vnū bonum, alterū melius reperitur. Rationem hanc ſat prolixè tractauimus, aliam & poſtremam excutiamus.

CAPVT VII.

Ratio quinta, bonum temporale virginum reſpiciens, producta ex tribulatione carnis, cui coniuges ſubijciuntur.

QVintam & poſtremā rationē depromimus ex tribulatione carnis quā coniuges patiūtur, & cui virgines, non ſunt obnoxiæ. Apoſtolus hoc mo-
1. Cor. 7. do loquitur: *Si autem acceperis vxorem: non peccaſti. & ſi nupſerit virgo, non peccauit; tribulationem tamen carnis habebunt eiuſmodi.*

Tribulationem carnis vno verbo vocat omnes moleſtias, rancorē, querelas, & alias miſerias quæ affatim ex matrimonio ſuſcitantur, vt coniugatis nimis notum eſt. Coniugium quoad ſua comoda non eſt diſſimile amigdalo, cuius nucleo qui frui deſiderat, non id impetrat priuſquam nucem perfringat, quo dentes interdum ſibi excutit,

cutit. Consensus & pax coniugalis, multis simultatibus & cōtradictionibus implicatur; non omni caret suauitate, sed eam acerbitas comitatur; bonum præ se fert aliquod, sed multis malis interfertum: inest aliqua consolatio, sed non expers desolationis; & vt vulgò dicitur vnam voluptatem sexcenti dolores subsequũtur. Si quoties pertæsum est thalami tædæque iugalis, aut quoties in coniugio nauseant, vnicus tantum ex coma capillus decideret, aut ex barba pilus, totos sese glabros & detōsos iam dudũ cōspicerēt. Regionē aliquā reperire est, vt Cādiā, quæ venenatis animalibus careat sed cōiugiũ à tribulatione & melestia ad hodiernā diem an inuenire potuimus vel in futurum poterimus? quia etsi nihil aliud esset, ipsæ deliciæ, voluptates & oblectamenta matrimonij, coniuges in angustias, fastidia & molestias conijciunt. S. Gregorius Nyssenus miratur (& reuera stupore & admiratione dignum est,) hominem sic natura affectum, quod pręuidēs tot ęrumnas tantasq; incō-

Greg. Nys. de incorrupt. virg.

Gregor. Naz. c. 3.

moditates è coniugio velut ex fonte promanantes, non tamen moueatur, vt ad saniorem mentem redeat, & pensi ducit idipsum cognoscere aut intelligere, circumuentus imo fascinatus alicuius oblectamenti vanitate, quo, in coniugio fruiturũ se opinatur. Talibus equidẽ apprimè cõuenit, quod in psalmo dicitur, *oculos habent & non videbunt*, item, *vt videntes non videant*. Sanctus iste Doctor, omne infortuniũ & miserias cõiugij, in vnũ quasi cumulũ coaceruat, & in certa capita distribuit. In primis asserit cõiugij gaudia doloribus irrigari, siquidẽ coniuges alienis odijs viuunt expositi ex quo fit vt vitam trahant in mœstitia; addit postea delicias & delectationes matrimonij quantascũq;, etiã immunes à quouis inuidiæ susurro, immixtas nihilominus & perfusas plurimis molestijs & angustijs, ob metũ mortis alternum quæ omni momẽto formidatur, & vbi appulerit, omnẽ pacẽ & quietẽ interturbat, omne gaudiũ extinguit, & vt vẽtus truculentus, omnẽ florẽ deliciarũ & oblectamentorũ demetit nihil post se re-

se relinquens nisi ariditatem, plãctus continuos & perennem mœstitiam. Hoc præmisso, refert quibus aculeis & desiderijs maritus infestetur ob suæ vxoris pulchritudinem, quæ si deformis est, supercilium nauseabundus cõtrahit & frontem corrugat; Si opulẽta; si stemmate illustriori oriunda, nõ ignorat, non vxoris fieri se dominum, sed eius propter bona mancipium. Si egenam, & obscuriori loco profectã nactus est, multis oneribus aggrauatur; tandem, licet forma, pudicitia pariter decoretur, & statui suo sit, cõueniens, aliquam tamen ferè in ipsius moribus anomaliã inuenit quæ prorsus non arrideat: aspectu nonnihil recreatur, sed experientia vicissim, sæpè contristatur. Præterea difficultates & sollicitudines, enucleat, quas nascituræ sobolis dubia expectatio conciliat, ignorantibus coniugibus fœlicitatemne aut infœlicitatem, gemitusne aut solatium sit allatura, puerne futurus sit, an puella quorum alterum forte non cuperent. Adhæc recenset mala, pericula doloresque in ferendo vterum in pariendo, lactando, nutri-

cando pueros & educando: narrat lachrymas & gemitus quibus liberos e viuis ereptos prosequi solent; solitudinem & sollicitudinem meticulosam absentis dilecti vel dilectæ, si quando opus est vt alio se conferat, luctum funebrem viduitatis nuptiarum secundarum ærumnas duplicatas. Insuper adducit humani fauoris & amicitiæ & huiusmodi calamitosam varietatem, quę vt vepres prȩacuti homines pungunt præpostera diuersorum successuum & infortuniorum metamorphosi, quæ subitò improuisos ferit. Nam quam frequenter in coniugijs accidit, vt dum exoptatæ fœlicitatis aspirat zephyrus, & secundo quasi sedatoque flumine in maximis voluptatibus vela pandunt, eodem momento vehementior tempestas puppim proramque fluctibus allidat. Pergit deinde ad distorsiones & afflictiones spiritus quæ profluunt ex suspicionibus, zelotypia, rãcoribus, odijs intestinis, perpetuis quodammodo & ineuitabilibus quæ inter coniugatos admodum sunt frequentia, etiam inter præclariores, quod quidem vulgus hominum non animad-

animaduertit, quia purpura, bysso, & fastu plausibili teguntur obleuanturq́ue. Indicat postremo quædam grauia & enormia peccata inter coniuges non raro committi solita, quæ & humanis, & diuinis, naturalibusue legibus improbantur. Quæ omnia & singula si prouidus & circumspectus quisque in vnum coaceruaret, ea mature & prudenter examinaret; fallor, nisi alta voce proclamaret, & summis laudibus attolleret bonum & fœlicitatem virginum, qui soli tot incommodis eripiuntur. Vita virginum ijs assimulatur qui oram fluminis legunt, coniugum verò vita ijs qui medium Maris alueum tenent expositi vẽtis, fluctibus & tempestatibus. Cõiugalẽ etiã statũ, ait Doctor ille Sanctus, gladio cõparari, qui capulo tenus inauratus & insignis est, sed sub vagina mucronẽ occultat aciei præacutæ qui punctim & cæsim vulnerat & occidit. Eodẽ modo primitiæ nuptiarũ initio & introitu ex animi sentẽtia succedũt, omnia sũt aurea, byssina, arridẽt omnia & progressum beatiorem pollicentur, verum vt mucro lætifer habent adnexũ acerbitatis

aculeum, quem emittunt tandem dum ad facti experientiam ventum est & ad voluptatis fruitionem. Sic semper extrema gaudij luctus occupat. O præclarum statum castitatis, statum vitæ incolumis & miseriarum expertis. O fœlicem virginitatem, ô virginalem fœlicitatem, quæ à tam densa malorũ sylua longè discedis, quam tot miseriarum & calamitatum agmen nõ subsequitur. Quis te non perquirat, quis non laudet, quis tua præconia plenis faucibus non deprædicet, & fœlicem afferat? candidas sponsi columbas huc aduoco, aurem præbeant non sine sui consolatione, sententiæ quam D. Basilius proponit toti mundo, in omni festiuitate nuptiali, *canitur inquit, in vicem Epithalamij hoc irreuocabile decretum in fœminam prolatum, multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Verba sanè digna quæ à puellis perpẽdantur & memoriæ mãdentur, ne circumueniãtur in sui status optione facienda, & postmodum sera pœnitudine ducantur. Hæc ipsis faba cuditur, hic ad viuũ tanguntur modo id aduertant. Sola virgo prudens re & nomine talis, exempta est & libera* *ab om-*

Basil. de vera. virg.

Gen. 3.

ab omnibus angustijs & subiectione: illa est quæ cor suum Deo funditus consecrans, pœnam tam rigidæ sententiæ effugit nec experitur in vlnis suis asperum illum, amarum & intentum dolorem quam parturiens perpeti debet: dissoluit itidem & perfringit nodos plurimarum anxietatum & irritamenta peccatorum, extricant sese ex laqueis & tendiculis mundi & carnis, ab omni malorum occasione remota, & corporalis corruptionis expers, membra conseruans integerrima Sponso & Regi suo cælesti, quod honori certè eximio & incomparabili gloriæ adscribitur. Animam quoque castam & pudicam gerens, vtramque sui partem sanctam puramque conseruat: semper in terris viuit contẽta, nunquam contristata, penitus hilaris, semper beata, corde integro & syncero, nihil curans nisi vt placeat Deo, orationi, meditationi, lectioni, colo dedita, & id genus exercitijs humilitatis, pietatis & deuotionis quæ illustrant, euehunt, exornant intellectum, & mentem accẽdunt ad amorem Dei eiusque obsequia. Hoc ritu vitam instituens fontem lachrymarum & planctuum ab ipsa origine obstruit, quæ tãdem ex ipsius corde ebullirent, & ex oculis promanarent. Et sic consequenter exempta manet ab omni censu & vectigali pœnæ & miseriæ temporalis, quæ regulariter exiguntur à qualibet muliere coniuga-

14. Hæc S. Basilius: O beatissimas igitur virgines, nõ ter quaterue, sed millies, quibus tanta calamitas non obuenit, quibus nõ impendẽt cruciatus qui in partu perferendi sunt, quas clamores & obiurgationes viri stomachãtis non feriunt: fœlices estis eo quod vitã stabilem nanciscamini, liberam, tranquillam, & quietis abundãtem, superflua occupatione non distrahamini, sed propriè & verè vobis viuatis: Fœlices itidem estis quod Deo sitis consecratę, & immolatæ super arã gloriæ per hostiam viuam integritatis corporalis, & mentalis puritatis. Fœlices vos denũcio, quod viuendi methodũ elegeritis nobiliorẽ, laudabiliorem & humanæ naturæ conuenientiorem, viam commodiorem iniuistis (Pithagoræorum doctrinam secutæ) quam vsus & amor diuinus facilem, gratam, & amœnam vobis reddit. Fœlices quæ tam honorificè receptui cecinistis, & fugam laudabilem arripuistis, nõ vnius, sed mille tribulationum & angustiarum quæ carnis illecebras subsequuntur, nam cum carnis delectatio in vobis non præcesserit, à vobis dolorum vsuras non

non poterit exigere. Fusius hanc rem persequi nolo, nec illa prolixiori eget periodo: id duntaxat addam. Apostolum (lata hac sententia seu poenali sanctione tribulationis carnis quæ cõiuges inuoluit) statim adiunxisse, *Ego autem vobis parco, hoc itaque dico ad vtilitatem vestram.* 1. C

Circa hæc Sanctus Augustinus dicit, quod Apostolus præcise & sigillatim noluerit recensere omnes miserias & calamitates coniugum, quæ sub hac voce *tribulatione carnis* continentur, quia si omnia & singula exactius prodidisset, verendum fuisset, vt incontinentes in desperationem incidissent, quocirca dicit se ijs ignoscere, reliqua omittens, & ea solum explicans quæ proposito sufficere videbantur; id spectabat Apostolus in hac epistola vt virgines ad laudem virginitatis incitaret, & incontinentes in aliquam diffidentiam non conijceret. Mihi quoque in hoc tractatu non est propositum diuersas coniugum ærumnas promulgare, sed summo digito

aliquas insinuare, vt SS. Patres fecisse didicimus in fauorem virginitatis & continentiæ; quatenus virgines & cõtinentes, coniugalem vitam afflictionibus refertam, cum sua plena dulcedinis & suauitatis componentes, sui status angelici fœlicitatem agnoscãt & ex hac collatione partim de suo bono & quiete certiores fiant, partim etiam inuitent pro virili eos qui aliquo potestatis vel voluntatis indicio ad virginitatem amplectendam ferũtur. Dum viatores aliqui in plano & aperto campo, iucundè & in tuto comitatu iter faciunt, si alios fortè deprehendant, eminus rectam viam non tenentes, per montana & inuia nec non iniqua & periculosa locorum aberrãtes, alta voce eos inclamãt, & manu signũ dant quatenus absistant, & iter inceptum relegant. Sic etiam vos facere decet, ô sanctæ & insignes animæ quæ speciali honoris & fœlicitatis prærogatiua, Agnum quocunque eat sequimini; vos illæ estis quæ securè & alacriter præclaram & regiam viam virginitatis tenetis, quæ florum, liliorum & rosarum aspergine consita vos ad

cœle-

cœlestem Hierusalem perducit, ah, amabo, eos cause reducite qui suo consilio insignem hanc & rectam viam deserunt, longis flexibus à recta semita deuiantes, & qui hac illac oberrat, per ambages & diuerticula coniugij, ignari quo se vertant; eos commonefacite si per locum & tempus id liceat, eos edita voce, inclamate, & oraculi vestri delphici consilio, reuocate ab arduo & flexuoso calle quem sunt ingressuri, monstrate eis rectam virginitatis & castitatis semitam, vt vestro adiuti subsidio, vobiscum tandem peruenire valeant secure & expedite ad ciuitatem sanctam. Quandoquidem verò æquum est, vt ad carpendum hunc flosculum inuitetis eos qui adhuc in libertate sunt; non minus decet vos condolere ijs qui connubij iugo premuntur. Huc vos charitatis præceptũ vocat, & ait, gaudẽdum esse cum gaudentibus, & plorandum cum plorantibus. Magna tempestate exorta, si nauem aliquam in medio Oceano conspicimus, ventis & fluctibus agitatam, saxis & cautibus mox illidendam veremur, eorum qui simili periculo ex-

empti portum aut fidam ſtationem occupant, aliqui oculis piè in cœlum proiectis. Deum inſtanter orant, vt nauem illam quam multi homines cõſcenderunt ſeruet inconcuſſam; alij Deum ex toto corde laudant & benedicunt, quod tali eos periculo liberauerint, ſuo ductu breuia ſyrtes & naufragium auerterit, & ad tutum portũ adpellere permiſerit. Hoc itidem modo vobis faciendum eſt ô ſanctæ IESV Chriſti ſponſæ, animæ ab ipſo dilectæ, electæ, & benedictæ, ſiquidem DEVS vos à fluctibus & tempeſtatibus huius mundi ereptas portui ſedato & tranquillo applicauit, vt eminus aliorum pericula cerneretis; cum igitur eos quos in ſeculo reliquiſtis videritis malè exceptos, & acerbè vndis coniugij fluctuantes, negociantes in procelloſo huius mundi Pelago, geminam compaſſionem induite, vnam commiſerationis erga proximum, alteram charitatis ergo vos ipſas: eius miſerijs condolete, viſo quod procella eum circumagit & tranſuerberat, pro ipſo intercedite, ipſi conſilijs veſtris ſalubribus ſubuenite. Vos verè quod attinet,
ſpi-

spirituali gaudio & lætitia diffluite, quam perpetua gratiarum actione conuictis, ob lumen & donum singulare quod vobis manus omnipotentis impertiuit qui vos a simili periculo & infortunio vindicauit, ducens vos fœliciter & applicans ad portum tranquillitatis, in quem anchoram vestram immitti permisit.

APOLOGIA.

Ad mundanos & carnales, qui ad minuendum virginum & continentium bonum, coniugium virginitati & continentiæ anteponunt.

AT prodit hic mihi homo carnalis, amans huius mundi, & filius tenebrarum, cuius cor & lingua in iis libenter versatur quæ carnis sunt aut carni affinia: hic inquam, prodit in aciem, historijs beneuolentiam sibi conciliaturus, iactabundus & propriæ laudis auidus, id moliens pro virili vt fides, argumentis nostris supra adductis non habeatur: astruens insuper accurate pro defendens falsum esse, quod virginitas hominem in hac vita felicem reddat, sed coniugio id adscribendum docet.

Ille turgido elatoque Spiritu collum erigit, nihili faciens rationes nostras supra allegatas, contradicens vt gallus cristatus qui oïc nit alijs canentibus, & super his obganniens bellum in nos meditatur, vt concutiat & diruat (si posit) validissimum virginalis fœlicitatis propugnaculū. Quocirca necesse est aciem nostram instruamus, vt irretortis oculis eius ex ipsi adhærentium impressionem sustineamus, ad virginitatis arcem propugnandam. Sponsæ Iesu Christi hoc litigium & querelam moueri non mirabuntur, eo quod carnalis homo qui nihil aliud est quam caro & terra, sic natura comparatus est, vt conspicere nequeat statum & dispositionem animæ candidæ & innocentis, nec pertingere ad notitiam, multò minus ad exercitium, virtutis & veritatis. Animalis homo inquit Apostolus *non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi, & non potest intelligere. Sic se res habet profectò, quia Spiritus eius carne quodammodo confictus, & in carne subnersus est, quo in statu nihil boni indagare, aut intelligere potest. Id genus homines similes sunt Scarabeis & insectis huiusmodi animalculis, quæ in fimo generantur & viuunt, vnde ad afflatum boni alicuius odoris illico offenduntur & conturbantur. Sic mundanus noster & effœminatus, more horum animalium immundorum suauem castitatis odorem abhor-*

abhorret, [illegible] & corruptione carnis. vnde fit, vt, cum [illegible] se reddere nequeat bonis & felicitatis quæ in continentia & puritate sita sunt, [illegible] & omni [illegible] perdere & demoliri partem aduersam. Vt primo igitur assultu hoc tam certum telum [illegible] [illegible], nempe matrimonium esse melius & magis meritorium quam sit virginitas, cui consequens est, non esse bonum in hac vita sequi partes castitatis, sed coniugium potius amplectendum. O supinam huius Philosophastri ignorantiam! nam vt ex dictis & dicendis patet, falso asseritur coniugium melius esse virginitate, & ipsi præferendum, quamobrem id vt certum & indubitatum præsupponi non debet; non igitur verum est quod ex tam falso principio adstruitur; hinc non videtur expedire vt Aduersario occurramus, ad eum debellandum, & sagittam hanc in auras eiaculatam reprimendum, sed quia instituti nostri est declarare, iis qui Dei seruitio totos sese addicere volunt, bonum status virginitatis, & nostri itidem muneris est omnes euellere difficultates quæ in contrarium afferuntur; deinde quia hi quibus hæc obijciuntur vt plurimum sunt ætate iuniores quam vt alicuius garruli [illegible] euitare possint, & circumdari se patiantur [illegible] loquacem non habentes vnde contradicant, sed facile assensum præbent blanditiis [illegible]

alicuius

alicuius diserti , & contremiscunt ad aliqua verba quæ terroris causa effutiuntur : eos inquam vt instruamus, corroboremus, hæc terriculamenta & prauas affectiones adimamus, in hoc tractatu ordine disponemus omnes veras assertiones, quæ in particulari hoc argumentum concernunt, quatenus benè muniti & instructi, non leuiter à bono & sancto suo proposito abducantur, per huiusmodi illecebras & assultus. Quamuis vero ea quæ hic dicenda assumpsi, viris doctis, vulgaria & triuialia videantur, vt reuera sunt, tamen quia iuuenibus admodum sunt necessaria, consultum puto, vt non contemptim prætercam, sed in scripta conijciam. Teneriorem igitur & delicatiorem Christi gregem pabulo suæ naturæ congruenti pascere decreui, per valles & campestria eum ducens, donec robustior & neruosior effectus, repere possit ad colles & montes eminentiores notitiæ & intelligentiæ operum & mysteriorum

DEI.



CAPVT

CAPVT I.

Quod Matrimonium bonum sanctumque sit.

PRIMVM igitur ante omnia coram vniuerso mundo testamur, matrimonium esse bonum, sanctumque & honorabile, nec id denūciare decreuimus: & is verè in fidem impingeret, qui contrarium asseueraret, siquidem Sacræ Scripturæ id est consonum, & asseritur à Concilijs, & communi consensu Patrum & Doctorum Ecclesiæ. Nec huius instituti est hanc assertionem probare cum res nobis sit non cum hæreticis, sed cum fidelibus Christianis & Catholicis qui veritati credunt simpliciter, & cōstanter sequunter vsus & traditiones Ecclesiæ. Quantum vero ad bonitatem & sanctitatem Matrimonij (vt vno verbo quasi in transitu expediamus) sufficere debet, quod scribit Apostolus ad Hebræos, matrimonium in omnibus est honorabile, & thorus immaculatus. Ex quo textu colligimus matrimonium cum omnibus ad ipsum spectantibus esse honorabile, omni cōtemptu & vituperio exemptū.

Heb.3.

Huic

Huic diuinæ veritati, verbo Dei promulgatæ S. Augſtini authoritatem adijciamus qui bonitatem Matrimonij oſtendit declarando tria bona quæ in ſe continet, puta bonum fidei quæ ſeruatur inter virum & vxorem: bonum prolis quæ ſuſcipitur, & bonum Sacramenti; nam coniugium carnale inter virum & fœminam, eſt imago connubij ſpiritualis quod eſt inter Chriſtum & Eccleſiam. Super quo Doctor Angelicus eleganter notat hominem Chriſtianum poſſe tribus modis conſiderari, vt animal, vt hominem, & vt fidelem. Hæc tria matrimonij bona reſpectiuè correſpondẽt tribus pręfatis cõſiderationibus. Proles quæ primũ bonum eſt, homini conuenit in quantum animali, cum naturaliter teſte Philoſopho, omne animal ſui ſimile diligat; fides quæ alterum bonum eſt, ei conuenit in quantum ratione prædito & ſociali, cum hominem in primis deceat vt fidem alteri datam ſeruet. Sacramentum verò ei conuenit in quantum Chriſtiano & Catholico, vt ipſi ſit ſignum Matrimonij ſpiritualis quod eſt inter Chriſtum & animam fidelem ſpon-

Aug. de bon. coniug. c. 3. 4 & 24. D. Tho. ſuper 1. Cor. 7.

sponsam ipsius. Matrimonium igitur bonum est & laudabile, ob hæc tria bona quæ in se complectitur.

CAPVT II.

Quod status virginitatis & castitatis, coniugio sit præferendus.

SVbijciamus nunc quod iure diuino, virginitas tanquam melior & præstantior præferatur matrimonio, & status castitatis nuptiali, vt idem Doctor attestatur. Hinc, erroneũ est & hæreticũ defendere, quod matrimoniũ virginitati sit anteponendum: hæreticũ esse dico, quia Ecclesia in Concil. Tridẽtino cõtrariũ statuit & promulgauit sub pœna excõmunicationis, in hęc verba expressa: *Si quis dixerit statum coniugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cœlibatus, & non esse melius ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu quã iungi matrimonio, anathema sit.* Aug. lib. de stat. virg. Concil. Trid. sess. 24. can. 10.

Hoc præludio ô virgines bene adnotate, nec decipi aut dimoueri vos patiamini à statu & bono proposito vestro. Iouinianus antiqu' hæreticus in contrarium obstrepebat, contra quem S. Hieronymus libros suos doctissimos

ctissimos conscripsit, vbi refutatis eleganter contrarijs argumentis & virginitatis causa propugnata fortissime, multifariam demonstrat eã esse rem meliorem & coniugio præferendam. Primam suam rationem fundat in authoritate Apostoli superius allegati & explicati: secũdam in loco quodam Prouerbiorũ: tertiam in quodam textu Ecclesiastæ, quartam in Canticis; postremo vtitur testimonio Prophetæ Isaiæ, quos omnes textus allegabimus postea & explanabimus. Tali igitur errore vltra quam sat est refutato per tãtum Doctorem & Magistrum, lector copiosiorem refutationem desiderans ad eius opera remittitur, vt in hoc tractatu alium nõ citemus. Est igitur veritas certa, absoluta & Catholica, quã vt fundamentalem in principio posuimus: vnde S. Ioannes Chrysostimus eleganter concludit inquiens: virginitas semper coniugio collata primas partes tenuit, & omnem dignitatem

Chrys. quod regulares fœmina viris non cohabitẽt.

(..)

CAPVT

CAPVT III.

Quod virginitas coniugio præferatur, non vt malo, sed, vt minori bono.

EX omnibus quæ huc vsque tradita sunt, tertium axioma deducitur, nempe, quòd quando virginitas præfertur coniugio, non ipsi præfertur vt rei malæ, quia vt diximus, coniugium bonum est & honorabile, vt res bona, bono minori. Hoc dicimus quia Sanctus Augustinus refert, olim quosdam fuisse, qui existimarent hanc virginalem puritatem matrimonio præferri, vt rei malæ & illicitæ, ea namque hominum est dementia, vt nullus error fuerit qui basim in alicuius fatui cerebro non posuerit. Verum summatim præmittendas esse puto SS. Patrum opiniones super hac re. In primis Sanctus Hieronymus dicit: existimationem coniugij non minui, asserendo virginitatem maioris esse perfectionis; quò non fiat comparatio rei malæ & bonæ, sed bonæ & melioris. Idem tradit Sanctus Augustinus non solum loco citato, sed etiam alibi; audiamus verò huius præcellentiæ rationem. *Aug. de S virg. c. 2* *Hier. ad Eustoch. ep. 22.* &

Matri-

Aug. l. S. virg. c. 2. & in lib. de bono coniug. c. 10.

[illegible] trimonium [illegible] & san[illegible]
e[illegible] tamen quia pro[illegible]r,
multas [illegible] [illegible]aru
intuitu cœlibatus. [illegible] lon-
gè desideratior e[illegible] & opt[illegible]
coniugium non solum virginitati e[illegible]
postponendum, sed ab eo, huius insti-
tu sanctè & laudabiliter abstinere li-
cet; nam Apostolus consulit vt melio-
ra semper eligamus, *Oro*, inquit, *vt pro-*
betis potiora; & *æmulamini charismata melio-*
ra Quin etiam SS. Patres rationes ex-
posuerunt, ob quas status virginitatis
coniugali sit optatior. Richardus in
primis ait, virginitas amplectenda est
præ coniugio, quia est habitus, id est,
status perfectior, ex quo Christiana
perfectio comparatur. SS. Hierony-
mus & Ambrosius vnanimiter asserũt
coniugium minus esse laudandum &
exoptandum, quod licet culpa vacet,
certò nihilominus necessitatis pon-
dere aggrauatur. Tertullianus proba-
tissimus & antiquissimus author idem
vxori suæ rescribit: *Prohiberi nuptias*, in-
quit, *nusquam omnino legimus, vt bonum scili-*
cet. Quid tamen bono isto melius sit, accipimus
ab Apostolo, promittente quidem nubere sed ab-
stinentiam

ad Phil. 1. 1. Cor. 12.

Rich. in 4. d. 33.

Hier. in apol. ad Pamma. c. 5. Amb. lib. de vidua.

Tertul. ad vxor. suam.

scientiam præferente, illud propter insidias tentationum, hoc propter angustias temporũ. Huic sententiæ S. Ambrosius planè adstipulatur; Virginitas, inquit, præferenda est coniugio, vt res perfectior imperfectiori. Qui coniugalem damnat copulam, prolem ipso facto damnat, & humani generis societatem quæ per prolis successionem conseruatur. Dũ itaque fructus virginitatis deprędico, matrimonium non condemno; siquidem virginitas pro paucis est hominibus, matrimonium pro pluribus. Idem Doctor in quadam exhortatione facta ad virgines, coniugium laudat, ob remedium quod malo adfert, & virginitatem extollit, ob bonum quod procreat, hoc modo ratiocinans; qui vxorem ducit, ad carnis lapsus & laqueos euitandos, benè facit; qui verò ab vxore abstinet vt castitatis commodo perfruatur, melius facit. Ille bene facit quod vtatur remedio, hic melius facit ad brauium consequendũ, qua de causa Apostolus dicit, meo iudicio melius est vt sic permaneat. Hinc vobis author sum vt cõsilium Apostoli sequamini, & donum Spiritus sancti. Idem

Ambr. in exhort. ad virg.

1 Cor. 7.

Amb lib. 1. de virg.

empti portum aut fidam stationem occupant, aliqui oculis piè in cœlum proiectis. Deum instanter orant, vt nauem illam quam multi homines cōscenderunt seruet inconcussam; alij Deum ex toto corde laudant & benedicunt, quod tali eos periculo liberauerint, suo ductu breuia syrtes & naufragium auerterit, & ad tutum portū adpellere permiserit. Hoc itidem modo vobis faciendum est ô sanctæ Iesv Christi sponsæ, animæ ab ipso dilectæ, electæ, & benedictæ, siquidem Devs vos à fluctibus & tempestatibus huius mundi ereptas portui sedato & tranquillo applicauit, vt eminus aliorum pericula cerneretis; cum igitur eos quos in seculo reliquistis videritis malè exceptos, & acerbè vndis coniugij fluctuantes, negociantes in procelloso huius mundi Pelago, geminam compassionem induite, vnam commiserationis erga proximum, alteram charitatis ergo vos ipsas: eius miserijs condolete, viso quod procella eum circumagit & transuerberat, pro ipso intercedite, ipsi consilijs vestris salubribus subuenite. Vos verè quod attinet,

spi-

spirituali gaudio & lætitia diffluite, quum perpetua gratiarum actio comitetur, ob fauorem & donum singulare quod vobis munus omnipotentis impertiuit qui vos à simili periculo & infortunio vindicauit, ducens vos fœliciter & applicans ad portum tranquillitatis, in quem anchoram vestram immitti permisit.

APOLOGIA.

Ad mundanos & carnales, qui ad minuendum virginum & continentium bonum, coniugium virginitati & continentiæ anteponunt.

AT prodit hic mihi homo carnalis, amans huius mundi, & filius tenebrarum, cuius cor & lingua in ijs lubens versatur quæ carnis sunt aut carni affinia; hic inquam, prodit in aciem, historijs beneuolentiam sibi concilians, iactabundus & propriæ laudis cupidus, id moliens pro virili vt fides, argumentis nostris supra adductis non habeatur: arctè insuper accurateque defendens falsum esse, quod virginitas hominem in hac vita fœlicem reddat, sed coniugio id adscribendum docet.

Ille turgido elatoq́ue Spiritu collum erigit, nihili faciens rationes nostras supra allegatas, contradicens vt gallus cristatus qui occinit alijs canentibus, & super his obganniens bellum in nos meditatur, vt concutiat & diruat (si posit) validissimum virginalis fœlicitatis propugnaculũ. Quocirca necesse est aciem nostram instruamus, vt irretortis oculis eius ex ipsi adhærentium impressionem sustineamus, ad virginitatis arcem propugnandam. Sponsæ Iesu Christi hoc litigium & querelam moueri non mirabuntur, eò quod carnalis homo qui nihil aliud est quam caro & terra, sic natura comparatus est, vt conspicere nequeat statum & dispositionem animæ candidæ & innocentis, nec pertingere ad notitiam, multò minus ad exercitium, virtutis & veritatis. Animalis homo inquit Apostolus *non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi, & non potest intelligere. Sic se res habet profectò, quia Spiritus eius carne quodammodo confictus, & in carne subuersus est, quo in statu nihil boni indagare, aut intelligere potest.* Id genus *homines similes sunt Scarabeis & insectis huiusmodi animalculis, quæ in fimo generantur & viuunt, vnde ad afflatum boni alicuius odoris illico offenduntur & conturbantur. Sic mundanus noster & effœminatus, more horum animalium immundorum suauem castitatis odorem abhor-*

abhorret, dissuadens cum fœtore & corruptione carnis: vnde fit, vt, cum capacem se reddere nequeat boni & fœlicitatis quæ in continentia & puritate sita sunt, sæuiat & omni violentia molitatur perdere & demoliri partem aduersam. Pro primo igitur assultu hoc iunceum telum audacter obtrudit, nempe matrimoniũ esse melius & magis meritorum quam sit virginitas, cui consequẽs est, non esse bonum in hac vita sequi partes castitatis, sed coniugium potius amplectendum. O supinam huius Philosophastri ignorantiã! nam vt ex dictis & dicendis patet, falsò asseritur coniugium melius esse virginitate, & ipsi præferendum, quamobrem id vt certum & indubitatum præsupponi non debet; non igitur verum est quod ex tam falso principio adstruitur; hinc non videtur expedire vt Aduersario occurramus, ad eum debellandum, & sagittam hanc in auras eiaculatam reprimendum. Sed quia instituti nostri est declarare, iis qui Dei seruitio totos sese addicere volunt, bonum status virginitatis, & nostri itidem muneris est omnes euellere difficultates quæ in contrarium inferuntur; deinde quia hi quibus hæc obijciuntur vt plurimum sunt ætate iuniores quam vt aliquius garruli captiones euitare possint, & circumduci se patiuntur per loquacem non habentes vnde contradicant, sed facile assensum præbent blandiloquio mundani

alicuius

alicuius diserti, & contremiscunt ad aliqua verba quæ terroris causa effutiuntur: eos inquam vt instruamus, corroboremus, hæc terriculamenta & prauas affectiones adimamus, in hoc tractatu ordine disponemus omnes veras assertiones, quæ in particulari hoc argumentum concernunt, quatenus benè muniti & instructi, non leuiter à bono & sancto suo proposito abducantur, per huiusmodi illecebras & assultus. Quamuis vero ea quæ hic dicenda assumpsi, viris doctis, vulgaria & triuialia videantur, vt reuera sunt, tamen quia iuuenibus admodum sunt necessaria, consultum puto, vt non contemptim prætercam, sed in scripta coniiciam. Teneriorem igitur & delicatiorem Christi gregem pabulo suæ naturæ congruenti pascere decreui, per valles & campestria eum ducens, donec robustior & neruosior effectus, repere possit ad colles & montes eminentiores notitiæ & intelligentiæ operum & mysteriorum DEI.



CAPVT

CAPVT I.

Quod Matrimonium bonum sanctumq; sit.

PRIMVM igitur ante omnia coram vniuerso mundo testabimur, matrimonium esse bonum, sanctum & honorabile, nec id insiciari decreuimus; & is verè in fidem impingeret, qui cõtrariũ asseueraret, siquidẽ Sacræ Scripturæ id est consonum, & asseritur à Conciliis, & communi consensu Patrum & Doctorum Ecclesiæ. Nec huius instituti est hanc assertionem probare cum res nobis sit non cum hæreticis, sed cum fidelibus Christianis & Catholicis qui veritati credunt simpliciter, & cõstanter sequuntur vsus & traditiones Ecclesiæ. Quantum verò ad bonitatem & sanctitatem Matrimonij (vt vno verbo quasi in transitu expediamus) sufficere debet, quod scribit Apostolus ad Hebræos, matrimonium in omnibus est honorabile, & thorus immaculatus. Ex quo textu colligimus matrimonium cum omnibus ad ipsum spectantibus esse honorabile, omni cõtemptu & vituperio exemptũ. *Heb. 3.*

Huic

Huic diuinæ veritati, verbo Dei promulgatæ S. Augſtini authoritatem adijciamus qui bonitatem Matrimonij oſtendit declarando tria bona quæ in ſe continet, puta bonum fidei quæ ſeruatur inter virum & vxorem: bonum prolis quæ ſuſcipitur, & bonum Sacramenti; nam coniugium carnale inter virum & fœminam, eſt imago connubij ſpiritualis quod eſt inter Chriſtum & Eccleſiam. Super quo Doctor Angelicus eleganter notat hominem Chriſtianum poſſe tribus modis conſiderari, vt animal, vt hominem, & vt fidelem. Hæc tria matrimonij bona reſpectiuè correſpondēt tribus pręfatis cōſiderationibus. Proles quæ primū bonum eſt, homini conuenit in quantum animali, cum naturaliter teſte Philoſopho, omne animal ſui ſimile diligat; fides quæ alterum bonum eſt, ei conuenit in quantum ratione prædito & ſociali, cum hominem in primis deceat vt fidem alteri datam ſeruet. Sacramentum verò ei conuenit in quantum Chriſtiano & Catholico, vt ipſi ſit ſignum Matrimonij ſpiritualis quod eſt inter Chriſtum & animam fidelem ſpon-

Aug. de bon. coniug. c. 3. 4 & 24.
D. Tho. ſuper 1. Cor. 7

sponsam ipsius Matrimonium igitur bonum est & laudabile, ob hæc tria bona quæ in se complectitur.

CAPVT II.

Quod status virginitatis & castitatis, coniugio sit præferendus.

SVbiiciamus nunc quod iure diuino, virginitas tanquam melior & præstatior præferatur matrimonio, & status castitatis nuptiali, vt idem Doctor attestatur. Hinc erroneũ est & hæreticũ defendere, quod matrimoniũ virginitati sit anteponẽdum, hæreticũ esse dico, quia Ecclesia in Concil. Tridẽtino cõtrariũ statuit & promulgauit sub pœna excõmunicationis, in hęc verba expressa: *Si quis dixerit statum coniugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cœlibatus, & non esse melius ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu quã iungi matrimonio, anathema sit.*

Aug lib. de stat. virg.
Concil. Trid. sess. 24. c. 10.

Hoc præludiũ ô virgines bene adnotate, nec decipi aut dimoueri vos patiamini à statu & bono proposito vestro Iouinianus antiqu⁹ hæreticus in contrarium obstrepebat, contra quem S. Hieronymus libros duos do-

ctissimos conscripsit, vbi refutatis eleganter contrarijs argumentis & virginitatis causa propugnata fortissime, multifariam demonstrat eã esse rem meliorem & coniugio præferendam. Primam suam rationem fundat in authoritate Apostoli superius allegati & explicati: secũdam in loco quodam Prouerbiorũ, tertiam in quodam textu Ecclesiastæ, quartam in Canticis; postremo vtitur testimonio Prophetæ Isaiæ, quos omnes textus allegabimus postea & explanabimus. Tali igitur errore vltra quam sat est refutato per tãtum Doctorem & Magistrum, lector copiosiorem refutationem desiderans ad eius opera remittitur, vt in hoc tractatu alium nõ citemus. Est igitur veritas certa, absoluta & Catholica, quã vt fundamentalem in principio posuimus: vnde S. Ioannes Chrysostimus eleganter concludit inquiens: virginitas semper coniugio collata primas partes tenuit, & omnem dignitatem

Chrysost. quod regulares fœmina viris non vocabitur.

CAPVT III.

Quod virginitas coniugio præferatur, non vt malo, sed, vt minori bono.

EX omnibus quæ huc vsque tradita sunt, tertium axioma deducitur, nempe, quòd quando virginitas præfertur coniugio, non ipsi præfertur vt rei malæ, quia vt diximus, coniugium bonum est & honorabile, vt res bona, bono minori. Hoc dicimus quia Sanctus Augustinus refert, olim quosdam fuisse, qui existimarent hanc virginalem puritatem matrimonio præferri, vt rei malæ & illicitæ, ea namque hominum est dementia, vt nullus error fuerit qui basim in alicuius fatui cerebro non posuerit. Verum summatim præmittendas esse puto SS. Patrum opiniones super hac re. In primis Sanctus Hieronymus dicit: existimationem coniugij non minui, asserendo virginitatem maioris esse perfectionis, quo non fiat comparatio rei malæ & bonæ, sed bonæ & melioris. Idem tradit Sanctus Augustinus non solum loco citato, sed etiam alibi; audiamus vero huius præcellentiæ rationem.

Aug. de S virg. c. 20

Hier. ad Eustoch. ep. 22. c. 8.

Matri-

sciuentiam præferente, aut propter insidias tẽtationum, aut propter angustias temporũ. Huic sententiæ S. Ambrosius planè adstipulatur; Virginitas, inquit, præferenda est coniugio, vt res perfectior imperfectiori. Qui coniugalem damnat copulam, prolem ipso facto damnat, & humani generis societatem quæ per prolis successionem conseruatur. Dũ itaque fructus virginitatis deprædico, matrimonium non condemno; siquidem virginitas pro paucis est hominibus, matrimonium pro pluribus. Idem Doctor in quadam exhortatione facta ad virgines, coniugium laudat, ob remedium quod malo adfert, & virginitatem extollit, ob bonum quod procreat, hoc modo ratiocinans; qui vxorem ducit, ad carnis lapsus & laqueos euitandos, bene facit; qui verò ab vxore abstinet vt castitatis commodo perfruatur, melius facit. Ille benè facit quod vtatur remedio, hic melius facit ad brauium consequendũ. qua de causa Apostolus dicit, meo iudicio melius est vt sic permaneat. Hinc vobis author sum vt cõsilium Apostoli sequamini, & donum Spiritus sancti. Idem

Ambr. in exhort. ad virg.

1. *Cor.* 7.

Amb lib. 1. *de virg.*

D alibi

CAPVT IV.

Quonam in pretio hoc tempore habeatur virginitas respectu coniugij, quod olim tanti æstimabatur.

VIRGINITAS Deo consecrata, status est longè beatior & perfectior, quam matrimonium, ideoque vt melior & magis expetenda censeri debet. In cuius rei fidem aures tantisper arrigant, ij qui à Deo inspirati ad hanc coronam aspirant. Virginitas primum locum obtinet ante matrimonium, iam dum à mundi nascentis exordio, siquidem ipsa prior in mundo viguit, & post eam matrimonium: ipsa floruit & regnauit in Paradiso terrestri, matrimonium extra Paradisum consummatum est; illa in statu innocentiæ seruabatur, hoc admisso peccato subsequebatur, cuius occasione nati sunt in homine motus inordinati carnalis concupiscentiæ: quod quidem patet ex Genesi, vbi legimus post peccatum primos parentes matrimoniũ consummasse, quod S. Ioãnes

Chrysostomus eleganter obseruauit, explicans in hoc loco sacræ Scripturæ, vnde antiqua huius virtutis nobilitas petenda sit. Idem fecit S. Hieronymus in quadam epistola, vbi inquit; Eua in Paradiso virgo fuit, post pelliceas tunicas initium sumpsit nuptiarũ, hoc est, post peccatum. *Vestra regio, ò virgines paradisus est, seruate quod natæ estis,* & dicite, *reuertere anima mea in requiem tuam.* Sciendum est etiam virginitatem è natura proficisci matrimonium verò quo ad sui consummationem, post peccatum. Id manifestè intelligimus ex eo, quod liberi ex matrimonio suscepti, virgines nascatur, vnde coniugium in fructu suo restituit, quod in sua radice ademit; hæc S. Hieronymus. Virginitate igitur per peccatum è loco suo priori derecta, caro regnare, vel vt melius dicam, tyrannidem suam exercere incepit. Verũ Deus Opt. Max. qui omni re benè vti solet vt bonus artifex quouis instrumento, bonum elicuit ex huius carnis insolentia, ad finẽ & intentionem duplicem, primus est vt terram hominibus impleat, secundus, vt populum suum electum multipli-

Chrys. in Genes. in c. 4.

Hier. ad Eust. epist. 22. c. 8.

plicet. Verbum æternum Patris, (iuxta decretum diuinum, quod ex ipsius omnipotentia & immensa bonitate emanauerat) carnem humanam assumere debebat, & originem suam ducere ex gente Iudæorum, iccirco decebat (vt inquit S. Augustinus) illum populum celebrem esse, & per consequens, numerosum & multiplicatum, eo ampliori numero, quod huius nationis multiplicatio designabat eam quæ futura erat in populo Christiano. Ideoq; non alienigenæ solum & nationes exteræ studebant vt terra impleretur; verum etiam hic populus Dei electus in nuptijs contrahendis operam dabat, in spem posteritatis. Hinc maledictos eos existimabat qui ob coniugij sterilitatem liberos non suscipiebant. Verum enim verò Filius æterni Patris postea in hunc mundum veniens, vt peccatum tolleret, virginitatem pristino nitori restituere, & in Sceptris reponere voluit, vt eam toti mundo constitueret Reginam super omnes status: at quia erat Regina inauditæ pulchritudinis, veritus ne fulgor radiorũ eius visum nostrum offuscaret, consul-

Aug. de nup. & conc. c. 13.

tam putauit, ne totam vno impetu e-
micare sineret, sed, vt dicit Sanctus
Chrysostomus, permisit eam lóge an-
Chrys. in tea tempore expeti, vel (vt docet San-
Psal. 44. ctus Gregorius Nazianzenus) vt in
more est insigni pictori, qui magnificã
aliquam & praclaram tabulam depi-
cturus, eam primò ruditer delineat, tũ
primos colores adhibet, deinde ma-
gis viuos inducit; extremum denique
adumbrationis & lineamẽtorum pœ-
nicillum applicat, qui imaginem arti-
ficiosam prorsus & natiuam efficit, &
omnibus numeris absolutam reddit:
eodem modo fecit Deus; nam cum nu-
ptijs p[illegible] [illegible], eodem
tempore, insignes aliquot scintillas in
terram emisit, & quasi quædam grana
& semina virginitatis, illustres eius fi-
guras palam exhibens: deinde eam to-
taliter mundo promisit per Prophe-
tas; an non eximiæ huius & diuinę vir-
tutis præclarum specimẽ habemus, in
Maria sorore Moysis, nobili Domina,
& virgine? quæ tympanum pulsans,
vnaque modulans, ducebat choream
totius chori virginum sociarum? Hæc
in figura repræsentabat, teste D. Am-
brosio,

broſio, Eccleſiam ſanctam & virginem, quæ pulſans in hac vita & macerans corpus ieiunijs, cilicijs & diſciplinis, vnaque faciens, perſonare aerem diuinis encomijs adducit ad Ieſum Chriſtum ſponſum ſuũ totius mũdi nationes. Semina etiam virginitatis fuerunt quamuis exiguo numero (inquit idem Doctor) illæ olim virgines quæ cuſtodiebantur & educabantur in templo Hieroſolymitano: erant viuæ imagines, licet paucæ, eius quod futurũ erat. Idem iudiciũ eſſe debet de Elia Iſaia, Ieremia, Daniele, Eliſeo, & liberis Prophetarum qui omnes virgines extiterunt vt S. Auguſtinus & S. Hieronymus aſſeuerant. Quantum ad virginitatem, quæ tandem in mundo erat regnatura, inſigne fuit illius Iſaiæ vaticinium, dum dixit; *pro ſaliuncula aſcendet abies, & pro vrtica myrtus*, quod infra explanabimus. Poſt elapſa vero tot temporum ſpatia, filius Dei è cœlis in terram deſcendens, attulit, vt inquit S. Ambroſius, formoſum hoc puritatis lilium, ex vtero virginis carnem aſſumens: ipſum deinde multiplicauit, & dilatauit per vniuerſum orbem, vt

Aug. li. de mirab. Sc. Scrip. ... *de virg.*

nouam gentem & generationem produceret, quæ tota diuino seruitio incumberet, ipsique Soli placeret. Postremo sic cócludit; *Habemus ergo authoritatem vetustatis à seculo, plenitudinem professionis à Christo.* Fauore & contemplatione huius veritatis, SS. Patres, & antiqui Doctores omnes mira de virginitate scribunt, tempus præteritum & futurum, tempus legis & gratiæ conferentes.

CAPVT V.

Encomium virginitatis respectu priscorum temporum quibus coniugium permagni æstimabatur.

SAnctus Gregorius Nazianzenus testatur, florem hunc pudicitiæ egerminare, & his vltimis temporibus gratum odorem diffundere; vt queádmodum olim coniugium institutum fuit ad terræ decorationem, sic amodò virginitas ad cæli gloriam subsequatur. Hoc sensu S. Basilius appellat virginitatem, *semen vitæ incorruptibilis.* Nam vt
Basil. li. de ver. virg. Adam priscis temporibus semen corruptionis per voluptatem carnis protulit; sic Iesus Christus hac nostra tempesta-

peſtate, ſemen incorruptionis & puritatis produxit, cuius beneficio in paradiſum curru triũphali honorifice trãſuehimur. S. Cyprianus aſſerit ſtatum caſtitatis eſſe imaginem hominis cœleſtis, de quo loquitur Apoſtolus inquiens, ſicut portauimus imaginẽ hominis terreni, feramus itidem imaginem hominis cœleſtis. Caſſianus laudans mirifice puritatem virtutis huius angelicæ & euangelicæ præ coniugio, declarat eam ad viuum reſecare omnẽ corruptionẽ, quam matrimonium in lege antiqua amputare non poterat; quocirca in quadam ſua collatione ſic profatur. Inſtituti iam in puritate caſtitatis, non vltra dominabitur peccatum in nobis, quia legi antiquæ non ſubijcimur, quæ interea quod iura & priuilegia matrimonium commendabat, fouebat interim & alebat in oſſibus & medullis noſtris ignem concupiſcẽtiæ, quo peccatum fornicationis committitur; legi verò gratiæ paremus, quæ dum nos ad corporis integritatem inuitat, ſufficit itidem vires ne ſentiamus, vel ſimplicem aliquem motum rebellionis in carne noſtra;

Cypr. de Habit. virg.

1. Cor. 15.

Caſ. col. 21. c. 6.

Huic diuinæ veritati, verbo Dei promulgatæ S. Augſtini authoritatem adijciamus qui bonitatem Matrimonij oſtendit declarando tria bona quæ in ſe continet, puta bonum fidei quæ ſeruatur inter virum & vxorem: bonum prolis quæ ſuſcipitur, & bonum Sacramenti; nam coniugium carnale inter virum & fœminam, eſt imago connubij ſpiritualis quod eſt inter Chriſtum & Eccleſiam. Super quo Doctor Angelicus eleganter notat hominem Chriſtianum poſſe tribus modis conſiderari, vt animal, vt hominem, & vt fidelem. Hæc tria matrimonij bona reſpectiuè correſpondẽt tribus pręfatis cõſiderationibus. Proles quæ primũ bonum eſt, homini conuenit in quantum animali, cum naturaliter teſte Philoſopho, omne animal ſui ſimile diligat; fides quæ alterum bonum eſt, ei conuenit in quantum ratione prædito & ſociali, cum hominem in primis deceat vt fidem alteri datam ſeruet. Sacramentum verò ei conuenit in quantum Chriſtiano & Catholico, vt ipſi ſit ſignum Matrimonij ſpiritualis quod eſt inter Chriſtum & animam fidelem ſpon-

Aug. de bon. coniug. c. 3. 4 & 24.
D. Tho. ſuper 1. Cor. 7.

ſponſam ipſius Matrimonium igitur bonum eſt & laudabile, ob hæc tria bona quæ in ſe complectitur.

CAPVT II.

Quod ſtatus virginitatis & caſtitatis, coniugio ſit præferendus.

SVbijciamus nunc quod iure diuino, virginitas tanquam melior & præſtātior præferatur matrimonio, & ſtatus caſtitatis nuptiali, vt idem Doctor atteſtatur. Hinc, erroneū eſt & hæreticū defendere, quod matrimoniū virginitati ſit anteponēdum, hæreticū eſſe dico, quia Eccleſia in Concil. Tridētino cōtrariū ſtatuit & promulgauit ſub pœna excōmunicationis, in hęc verba expreſſa: *Si quis dixerit ſtatum coniugalem anteponendum eſſe ſtatui virginitatis, vel cœlibatus, & non eſſe melius ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu quā iungi matrimonio, anathema ſit.*

Aug lib. de ſtat. virg. Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 10.

Hoc præludiū ô virgines bene adnotate, nec decipi aut dimoueri vos patiamini à ſtatu & bono propoſito veſtro Iouinianus antiquꝰ hæreticus in contrarium obſtrepebat, contra quem S. Hieronymus libros duos doctiſſimos

alimentum præferente. Illud propter insidias tentationum, hoc propter angustias temporū. Huic sententiæ S. Ambrosius planè adstipulatur: Virginitas, inquit, præferenda est coniugio, vt res perfectior imperfectiori. Qui coniugalem damnat copulam, prolem ipso facto damnat, & humani generis societatem quæ per prolis successionem conseruatur. Dū itaque fructus virginitatis deprędico, matrimonium non condemno; siquidem virginitas pro paucis est hominibus, matrimonium pro pluribus. Idem Doctor in quadam exhortatione facta ad virgines, coniugium laudat, ob remedium quod malo adfert, & virginitatem extollit, ob bonum quod procreat, hoc modo ratiocinans; qui vxorem ducit, ad carnis lapsus & laqueos euitandos, bene facit; qui verò ab vxore abstinet vt castitatis commodo perfruatur, melius facit. Ille bene facit quod vtatur remedio, hic melius facit ad brauium consequendū. qua de causa Apostolus dicit, meo iudicio melius est vt sic permaneat. Hinc vobis author sum vt cōsilium Apostoli sequamini, & donum Spiritus sancti. Idem

Ambr. in exhort. ad virg.

1 Cor. 7.

Amb lib. 1. de virg.

D alibi

alibi asseuerat, *mulier, ait, non peccat si nubat sed quæ nuptijs abstinet æterna est, ibi infirmitatis remedium*, quæritur, *in hoc castitatis gloria*, reperitur, de illa nō cōtemnitur, hæc laudatur. S. Anselmus docet coniugium ob curas terrenas minus expetēdum, & virginitatem plurimum exoptandam, in eum modum discurrens, quod coniugium bonum sit, sed multis malis obnoxium ob curam rerum tēporalium; quocirca dum Apostolus homines ad præmium virginitatis inuitat, coniugium non vituperat, sed ardua memorat rei domesticæ negotia & perplexas occupationes, & huiusmodi impedimenta quæ matrimoniū secum adfert. Hi omnes SS. Doctores vnanimi consensu asserunt, præcellētiam virginitatis venerabiliorem & digniorem esse eò quod sit status beatior & perfectior. Paucis igitur declaratum est cur virginitas coniugio præferenda sit; progrediamur nunc, & declaremus quo in pretio hoc tempore virginitas habeatur respectu matrimonij, quæ olim in lege antiqua tanti æstimabatur.

Ansel. in Paul. 1. Cor. 7.

(∵)

CAPVT IV.

Quonam in pretio hoc tempore habeatur virginitas respectu coniugij, quod olim tanti æstimabatur.

VIRGINITAS Deo consecrata, status est longè beatior & perfectior, quam matrimonium, ideoque vt melior & magis expetenda censeri debet. In cuius rei fidem aures tantisper arrigant, ij qui à Deo inspirati ad hanc coronam aspirant. Virginitas primum locum obtinet ante matrimonium, iam dum à mundi nascentis exordio; siquidem ipsa prior in mundo viguit, & post eam matrimonium: ipsa floruit & regnauit in Paradiso terrestri, matrimonium extra Paradisum consummatum est; illa in statu innocentiæ seruabatur, hoc admisso peccato subsequebatur, cuius occasione nati sunt in homine motus inordinati carnalis concupiscentiæ: quod quidem patet ex Genesi, vbi legimus post peccatum primos parentes matrimoniũ consummasse, quod S. Ioanes

Chrysostomus eleganter obseruauit, explicans in hoc loco sacræ Scripturæ, vnde antiqua huius virtutis nobilitas petenda sit. Idem fecit S. Hieronymus in quadam epistola, vbi inquit, Eua in Paradiso virgo fuit, post pelliceas tunicas initium sumpsit nuptiarũ, hoc est, post peccatum. *Vestra regio, o virgines paradisus est, seruate quod natæ estis,* & dicite, *reuertere anima mea in requiem tuam.* Sciendum est etiam virginitatem è natura proficisci matrimonium verò quo ad sui consummationem, post peccatum. Id manifestè intelligimus ex eo, quod liberi ex matrimonio suscepti, virgines nascãtur, vnde coniugium in fructu suo restituit, quod in sua radice ademit; hæc S. Hieronymus. Virginitate igitur per peccatum è loco suo priori derecta, caro regnare, vel vt melius dicam, tyrannidem suam exercere incepit. Verũ Deus Opt. Max. qui omni re benè vti solet vt bonus artifex quouis instrumento, bonum elicuit ex huius carnis insolentia, ad finẽ & intentionem duplicem, primus est vt terram hominibus impleat, secundus, vt populum suum electum multipli-

Chrys. in Genes. cap. 4.

Hier. ad Eust. epist. 22. c. 8.

plicet. Verbum æternum Patris, (iuxta decretum diuinum, quod ex ipsius omnipotentia & immensa bonitate emanauerat) carnem humanam assumere debebat, & originem suam ducere ex gente Iudæorum, iccirco decebat (vt inquit S. Augustinus) illum populum celebrem esse, & per consequens, numerosum & multiplicatum, eo ampliori numero, quod huius nationis multiplicatio designabat eam quæ futura erat in populo Christiano. Ideoq; non alienigenæ solum & nationes exteræ studebant vt terra impleretur, verum etiam hic populus Dei electus in nuptijs contrahendis operam dabat, in spem posteritatis. Hinc maledictos eos existimabat qui ob coniugij sterilitatem liberos non suscipiebant. Verum enim verò Filius æterni Patris postea in hunc mundum veniens, vt peccatum tolleret, virginitatem pristino nitori restituere, & in Sceptris reponere voluit, vt eam toti mundo constitueret Reginam super omnes status: at quia erat Regina inauditæ pulchritudinis, veritus ne fulgor radiorũ eius visum nostrum offuscaret, consul-

Aug. de nupt. & conc. c. 13.

tum putauit, ne totam vno impetu emicare sineret, sed, vt dicit Sanctus Chrysostomus, permisit eam lõge antea tempore experiri, vel (vt docet Sanctus Gregorius Nazianzenus) vt in more est insigni pictori, qui magnificã aliquam & praeclaram tabulam depicturus, eam primò ruditer delineat, tũ primos colores adhibet, deinde magis viuos inducit; extremum denique adumbrationis & lineamẽtorum pœnicillum applicat, qui imaginem artificiosam prorsus & natiuam efficit, & omnibus numeris absolutam reddit: eodem modo fecit Deus; nam cum nuptijs plurimum tribueretur, eodem tempore, insignes aliquot sciatillas in terram emisit, & quasi quædam grana & semina virginitatis, illustres eius figuras palam exhibens: deinde eam totaliter mundo promisit per Prophetas; an non eximiæ huius & diuinę virtutis præclarum specimẽ habemus, in Maria sorore Moysis, nobili Domina, & virgine? quæ tympanum pulsans, vnaque modulans, ducebat choream totius chori virginum sociarum? Hæc in figura repræsentabat, teste D. Ambrosio,

Chrys. in Psal. 44.

brosio, Ecclesiam sanctam & virginem, quæ psallens in hac vita & macerans corpus ieiunijs, cilicijs & disciplinis, vnaque faciens, personare aerem diuinis encomijs adducit ad Iesum Christum sponsum suũ totius mũdi nationes. Semina etiam virginitatis fuerunt quamuis exiguo numero (inquit idem Doctor) illæ olim virgines quæ custodiebantur & educabantur in templo Hierosolymitano: erant viuæ imagines, licet paucæ, eius quod futurũ erat. Idem iudiciũ esse debet de Elia Isaia, Ieremia, Daniele, Eliseo, & liberis Prophetarum qui omnes virgines extiterunt vt S. Augustinus & S. Hieronymus asseuerant. Quantum ad virginitatem, quæ tandem in mundo erat regnatura, insigne fuit illius Isaiæ vaticinium, dum dixit; *pro saliuncula ascendet abies, & pro vrtica myrtus*, quod infra explanabimus. Post elapsa verò tot temporum spatia, filius Dei è cœlis in terram descendens, attulit, vt inquit S. Ambrosius, formosum hoc puritatis lilium, ex vtero virginis carnem assumens: ipsum deinde multiplicauit, & dilatauit per vniuersum orbem, vt

Aug. li. de mirab. lib. Scrip. & in eod. ... Hieron. 22. Is. Ambr. ... de virg.

Huic diuinæ veritati, verbo Dei promulgatæ S. Augſtini authoritatem adijciamus qui bonitatem Matrimonij oſtendit declarando tria bona quæ in ſe continet, puta bonum fidei quæ ſeruatur inter virum & vxorem: bonum prolis quæ ſuſcipitur, & bonum Sacramenti, nam coniugium carnale inter virum & fœminam, eſt imago connubij ſpiritualis quod eſt inter Chriſtum & Eccleſiam. Super quo Doctor Angelicus eleganter notat hominem Chriſtianum poſſe tribus modis conſiderari, vt animal, vt hominem, & vt fidelem Hæc tria matrimonij bona reſpectiuè correſpondēt tribus prefatis cōſiderationibus. Proles quæ primū bonum eſt, homini conuenit in quantum animali, cum naturaliter teſte Philoſopho, omne animal ſui ſimile diligat; fides quæ alterum bonum eſt, ei conuenit in quantum ratione prædito & ſociali, cum hominem in primis deceat vt fidem alteri datam ſeruet. Sacramentum verò ei conuenit in quantum Chriſtiano & Catholico, vt ipſi ſit ſignum Matrimonij ſpiritualis quod eſt inter Chriſtum & animam fidelem ſpon-

Aug. de bon. coniug. c. 3. 4 & 24
D. Tho. ſuper 1. Cor. 7

sponsam ipsius. Matrimonium igitur bonum est & laudabile, ob hæc tria bona quæ in se complectitur.

CAPVT II.

Quod status virginitatis & castitatis, coniugio sit præferendus.

SVbijciamus nunc quod iure diuino, virginitas tanquam melior & præstâtior præferatur matrimonio, & status castitatis nuptiali, vt idem Doctor attestatur. Hinc erroneũ est & hæreticũ defendere, quod matrimoniũ virginitati sit anteponẽdum; hæreticũ esse dico, quia Ecclesia in Concil. Tridẽtino cõtrariũ statuit & promulgauit sub pœna excõmunicationis, in hęc verba expressa: *Si quis dixerit statum coniugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cœlibatus, & non esse melius ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu quã iungi matrimonio, anathema sit.*

Aug. lib. de stat. virg. Concil. Trid. sess. 24. c. 10.

Hoc præludiũ ô virgines bene adnotate, nec decipi aut dimoueri vos patiamini à statu & bono proposito vestro Iouinianus antiqu[9] hæreticus in contrarium obstrepebat, contra quem S. Hieronymus libros duos doctissimos

ctissimos conscripsit, vbi refutatis eleganter contrarijs argumentis & virginitatis causa propugnata fortissime, multifariam demonstrat eã esse rem meliorem & coniugio præferendam. Primam suam rationem fundat in authoritate Apostoli superius allegati & explicati: secũdam in loco quodam Prouerbiorũ: tertiam in quodam textu Ecclesiastæ, quartam in Canticis; postremo vtitur testimonio Prophetæ Isaiæ, quos omnes textus allegabimus postea & explanabimus. Tali igitur errore vltra quam sat est refutato per tantum Doctorem & Magistrum, lector copiosiorem refutationem desiderans ad eius opera remittitur, vt in hoc tractatu alium nõ citemus. Est igitur veritas certa, absoluta & Catholica, quã vt fundamentalem in principio posuimus: vnde S. Ioannes Chrysostimus eleganter concludit inquiens: virginitas semper coniugio collata primas partes tenuit, & omnem dignitatem

Chrysost. quod regulares fœmina viris non cohabitẽt.

(. .)

CAPVT

CAPVT III.

Quod virginitas coniugio præferatur, non vt malo, sed, vt minori bono.

EX omnibus quæ huc vſque tradita ſunt, tertium axioma deducitur, nempe, quòd quando virginitas præfertur coniugio, non ipſi præfertur vt rei malæ, quia vt diximus, coniugium bonum eſt & honorabile, vt res bona, bono minori. Hoc dicimus quia Sanctus Auguſtinus refert, olim quoſdam fuiſſe, qui exiſtimarent hanc virginalem puritatem matrimonio præferri, vt rei malæ & illicitæ, ea namque hominum eſt dementia, vt nullus error fuerit qui baſim in alicuius fatui cerebro non poſuerit. Verum ſummatim præmittendas eſſe puto SS. Patrum opiniones ſuper hac re. In primis Sanctus Hieronymus dicit: exiſtimatio nem coniugij non minui, aſſerendo virginitatem maioris eſſe perfectionis: quo non fiat comparatio rei malæ & bonæ, ſed bonæ & melioris. Idem tradit Sanctus Auguſtinus non ſolum loco citato, ſed etiam alibi; audiamus vero huius præcellentiæ rationem.

Aug. de S. virg. c. 2.

Hier. ad Euſtoch. ep. 22. c. 8.

Matri-

ſtimulum præferente, illud propter inſidias tentationum, hoc propter anguſtias temporũ. Huic ſententiæ S. Ambroſius planè aſtipulatur; Virginitas, inquit, præferenda eſt coniugio, vt res perfectior imperfectiori. Qui coniugalem damnat copulam, prolem ipſo facto damnat, & humani generis ſocietatem quæ per prolis ſucceſſionem conſeruatur. Dũ itaque fructus virginitatis deprędico, matrimonium non condemno; ſiquidem virginitas pro paucis eſt hominibus, matrimonium pro pluribus. Idem Doctor in quadam exhortatione facta ad virgines, coniugium laudat, ob remedium quod malo adfert, & virginitatem extollit, ob bonum quod procreat, hoc modo ratiocinans; qui vxorem ducit, ad carnis lapſus & laqueos euitandos, benè facit; qui verò ab vxore abſtinet vt caſtitatis commodo perfruatur, melius facit. Ille bene facit quod vtatur remedio, hic melius facit ad brauium conſequendũ. qua de cauſa Apoſtolus dicit, meo iudicio melius eſt vt ſic permaneat. Hinc vobis author ſum vt cõſilium Apoſtoli ſequamini, & donum Spiritus ſancti. Idem

Ambr. in exhort. ad virg.

1. Cor. 7.

Amb lib. 1. de virg.

D alibi

alibi asseuerat, *mulier*, ait, *non peccat si nubat sed quæ nuptijs abstinet æterna est, ibi infirmitatis remedium*, quæritur, *in hoc castitatis gloria*, reperitur, de illa nō cōtemnitur, hæc laudatur. S. Anselmus docet coniugium ob curas terrenas minus expetēdum, & virginitatem plurimum exoptandam, in eum modum discurrens, quod coniugium bonum sit, sed multis malis obnoxium ob curam rerum tēporalium; quocirca dum Apostolus homines ad præmium virginitatis inuitat, coniugium non vituperat, sed ardua memorat rei domesticæ negotia & perplexas occupationes, & huiusmodi impedimenta quæ matrimoniū secum adfert. Hi omnes S S. Doctores vnanimi consensu asserunt, præcellētiam virginitatis venerabiliorem & digniorem esse eò quod sit status beatior & perfectior. Paucis igitur declaratum est cur virginitas coniugio pręferenda sit; progrediamur nunc, & declaremus quo in pretio hoc tempore virginitas habeatur respectu matrimonij, quæ olim in lege antiqua tanti æstimabatur.

Ans. in 1. Cor. 7.

(∴)

CAPVT IV.

Quonam in pretio hoc tempore habeatur virginitas respectu coniugij, quod olim tanti æstimabatur.

VIRGINITAS Deo consecrata, status est longè beatior & perfectior, quam matrimonium, ideóque vt melior & magis expetenda censeri debet. In cuius rei fidem aures tantisper arrigant, ij qui à Deo inspirati ad hanc coronam aspirant. Virginitas primum locum obtinet ante matrimonium, iam dum a mundi nascentis exordio; siquidem ipsa prior in mundo viguit, & post eam matrimonium: ipsa floruit & regnauit in Paradiso terrestri, matrimonium extra Paradisum consummatum est; illa in statu innocentiæ seruabatur, hoc admisso peccato subsequebatur, cuius occasione nati sunt in homine motus inordinati carnalis concupiscentiæ: quod quidem patet ex Genesi, vbi legimus post peccatum primos parentes matrimoniũ consummasse, quod S. Ioãnes

Chrys. in Genes. in [illegible]

Chryſoſtomus eleganter obſeruauit, explicans in hoc loco ſacræ Scripturæ, vnde antiqua huius virtutis nobilitas petenda ſit. Idem fecit S. Hieronymus in quadam epiſtola, vbi inquit; Eua in Paradiſo virgo fuit, poſt pelliceas tunicas initium ſumpſit nuptiarũ, hoc eſt, poſt peccatum. *Veſtra regio, ò virgines paradiſus eſt, ſeruate quod natæ eſtis,* & dicite, *reuertere anima mea in requiem tuam.* Sciendum eſt etiam virginitatem è natura proficiſci matrimonium verò quo ad ſui conſummationem, poſt peccatum. Id manifeſtè intelligimus ex eo, quod liberi ex matrimonio ſuſcepti, virgines naſcũtur, vnde coniugium in fructu ſuo reſtituit, quod in ſua radice ademit; hæc S. Hieronymus. Virginitate igitur per peccatum è loco ſuo priori dereďta, caro regnare, vel vt melius dicam, tyrannidem ſuam exercere incepit. Verũ Deus Opt. Max. qui omni re benè vti ſolet vt bonus artifex quouis inſtrumento, bonum elicuit ex huius carnis inſolentia, ad finẽ & intentionem duplicem, primus eſt vt terram hominibus impleat, ſecundus, vt populum ſuum electum multipli-

Hier. ad Euſt. epiſt. 22 c. 8.

pliret. Verbum æternum Patris, (iuxta decretum diuinum, quod ex ipsius omnipotentia & immensa bonitate emanauerat) carnem humanam assumere debebat, & originem suam ducere ex gente Iudæorum, iccirco decebat (vt inquit S. Augustinus) illum populum celebrem esse, & per consequens, numerosum & multiplicatum, eo ampliori numero, quod huius nationis multiplicatio designabat eam quæ futura erat in populo Christiano. Ideoq; non alienigenæ solum & nationes exteræ studebant vt terra impleretur; verum etiam hic populus Dei electus in nuptijs contrahendis operam dabat, in spem posteritatis. Hinc maledictos eos existimabat qui ob coniugij sterilitatem liberos non suscipiebant. Verum enim verò Filius æterni Patris postea in hunc mundum veniens, vt peccatum tolleret, virginitatem pristino nitori restituere, & in Sceptris reponere voluit, vt eam toti mundo constitueret Reginam super omnes status: at quia erat Regina inauditæ pulchritudinis, veritus ne fulgor radiorũ eius visum nostrum offuscaret, consul-

Act. de nat. Virg. c. 13.

lum putauit, ne totam vno impetu emicare sineret, sed, vt dicit Sanctus Chrysostomus, permisit eam lóge antea tempore expeti, vel (vt docet Sanctus Gregorius Nazianzenus) vt in more est insigni pictori, qui magnificã aliquam & praclaram tabulam depicturus, eam primò ruditer delineat, tũ primos colores adhibet, deinde magis viuos inducit; extremum denique adumbrationis & lineamẽtorum pœnicillum applicat, qui imaginem artificiosam prorsus & natiuam efficit, & omnibus numeris absolutam reddit: eundem modo fecit Deus; nam cum nuptijs plurimum tribueret, [illegible] eodem tempore, insignes aliquot scintillas in terram emisit, & quasi quædam grana & semina virginitatis, illustres eius figuras palam exhibens: deinde eam totaliter mundo promisit per Prophetas; an non eximiæ huius & diuinę virtutis præclarum specimẽ habemus, in Maria sorore Moysis, nobili Domina, & virgine? quæ tympanum pulsans, vnaque modulans, ducebat choream totius chori virginum sociarum? Hæc in figura repræsentabat, teste D. Ambrosio,

Chrys. in Psal. 44.

broſio, Eccleſiam ſanctam & virginem, quæ pulſans in hac vita & macerans corpus ieiunijs, cilicijs & diſciplinis, vnaque faciens, perſonare aerem diuinis encomijs adducit ad Ieſum Chriſtum ſponſum ſuũ totius mũdi nationes. Semina etiam virginitatis fuerunt quamuis exiguo numero (inquit idem Doctor) illæ olim virgines quæ cuſtodiebantur & educabantur in templo Hieroſolymitano: erant viuæ imagines, licet paucæ, eius quod futurũ erat. Idem iudiciũ eſſe debet de Elia Iſaia, Ieremia, Daniele, Eliſeo, & liberis Prophetarum qui omnes virgines extiterunt vt S. Auguſtinus & S. Hieronymus aſſeuerant. Quantum ad virginitatem, quæ tandem in mundo erat regnatura, inſigne fuit illius Iſaiæ vaticinium, dum dixit; *pro ſaliuncula aſcendet abies, & pro vrtica myrtus*, quod infra explanabimus. Poſt elapſa vero tot temporum ſpatia, filius Dei è cœlis in terram deſcendens, attulit, vt inquit S. Ambroſius, formoſum hoc puritatis lilium, ex vtero virginis carnem aſſumens: ipſum deinde multiplicauit, & dilatauit per vniuerſum orbem, vt

Aug. li. de mirab. [illegible] *Script.* [illegible] Ambr. [illegible] *de virg.*

nouam gentem & generationem produceret, quæ tota diuino seruitio incumberet, ipsique Soli placeret. Postremo sic cõcludit; *Habemus ergo authoritatem vetustatis à seculo, plenitudinem professionis à Christo.* Fauore & contemplatione huius veritatis, SS. Patres, & antiqui Doctores omnes mira de virginitate scribunt, tempus præteritum & futurum, tempus legis & gratiæ conferentes.

CAPVT V.

Encomium virginitatis respectu priscorum temporum quibus coniugium permagni æstimabatur.

SAnctus Gregorius Nazianzenus testatur, florem hunc pudicitiæ egerminare, & his vltimis temporibus gratum odorem diffundere; vt quẽadmodum olim coniugium institutum fuit ad terræ decorationem, sic amodò virginitas ad cæli gloriam subsequatur. Hoc sensu S. Basilius appellat virginitatem, *semen vitæ incorruptibilis.* Nam vt Adam priscis temporibus semen corruptionis per voluptatem carnis protulit; sic Iesus Christus hac nostra tempesta-

Basil. li. de ver. virg.

pestate, semen incorruptionis & puritatis produxit, cuius beneficio in paradisum curru triũphali honorifice trãsuehimur. S. Cyprianus asserit statum castitatis esse imaginem hominis cœlestis, de quo loquitur Apostolus inquiens, sicut portauimus imaginẽ hominis terreni, feramus itidem imaginem hominis cœlestis. Cassianus laudans mirifice puritatem virtutis huius angelicæ & euangelicæ præ coniugio, declarat eam ad viuum resecare omnẽ corruptionẽ, quam matrimonium in lege antiqua amputare non poterat; quocirca in quadam sua collatione sic profatur. Instituti iam in puritate castitatis, non vltra dominabitur peccatum in nobis, quia legi antiquæ non subijcimur, quæ interea quod iura & priuilegia matrimonium commendabat, fouebat interim & alebat in ossibus & medullis nostris ignem concupiscẽtiæ, quo peccatum fornicationis committitur; legi verò gratiæ paremus, quæ dum nos ad corporis integritatem inuitat, sufficit itidem vires ne sentiamus, vel simplicem aliquem motum rebellionis in carne nostra;

Cypr. de Habit. virg.

1. Cor. 15

Cas. col. 21. c. 6.

D 5 immò

imò tantùm poteſt, vt extinguat & ſopiat ignem concupiſcentiæ, qui eſt inter coniuges; adeoque exſiccatis omnibus impuritatis & ſpurcitatis humoribus, & dato nomine noſtro militiæ ſtrenuorum illorum & nobilium Eunuchorũ, quos Iſaias Propheta cõmendat, præmium coronæ glorioſæ conſequemur, quæ ipſis eſt promiſſa. Circa hoc ſubiectum S Auguſtinus dicit, quod matrimonium in ſtatu legis tanto honore cumulatum, figura erat eius quod futuris ſeculis euenire debebat; Ea propter docet, cum virginitatis ſit mentio, matrimonium nõ eſſe vituperandum, quod tam honorabile fuit in populo Dei quia deſignabat res futuras, quæ noſtra ætate contigerunt; & ideo ab illo tempore quo Chriſtus dixit, *qui poteſt capere capiat*, aliter ſe res habet. Hinc Chriſtiani illa nunc obligatione ſoluti ſunt, qua primitus Deus homines adſtrinxit in initio mundi, dũ dixit *creſcite & multiplicamini & replete terram*: quia huic præcepto hodie locus nõ eſt. At ſuper hoc in mediũ proferamus, quid SS. Patres ſenſerint. Scribit S. Hieronymus, quod iuxta diuerſum

ſtatum

Iſa. 56. A . . de S. virg. c. 1.

Matt. 19.

Gen. 1.

ftatum, & variam temporum conditionem, genus humanum diuersis legibus fuit subiectum, quod prima uis temporibus homines reuerà huic sententię subdebantur *crescite & multiplicamini*, vt & isti, *maledicta sterilis quæ non parit*, qua de causa, illa tempestate plerique omnes nuptias contrahebant: at nunc in tempore gratiæ, sub alia lege vitam ducimus, aliam regulam & disciplinam sequimur, nempe Apostolicam quam tradit Apostolus in hunc modum: *tempus breue est, restat, vt hi qui vxores habent, sint quasi non habeant, & qui mundo vtuntur, sint quasi non vtantur, nam figura huius mundi præterit.* Quare, ij qui hoc consilium Apostoli benè percipiunt, in spiritu Christo coniungi debent. S. Cyprianus affirmat, priori sententia præcipi generationem & multiplicationem generis humani: secunda, excitari nos ad virginitatem & continẽtiã. *Cum adhuc rudis mundus & inanis est*, inquit, *copia fœcunditatis generante propagamur & adscimus ad humani generis augmentũ. Cũ iã refertus est orbis & mũdus plenus, qui capere continentiam possunt, spadonum more viuentes, castrantur ad regnum.*

Hier. cõt. Heluid c. 10.

1. Cor. 7.

Cypr. de hab. virg.

hæc S. Cyprianus ad præceptum illud Geneseos *Crescite & multiplicamini.* Idem sentit S. Hieronymus, nam virgini cuidam scribens, ait:

Crescat & multiplicetur ille, qui impleturus est terram, Tuum agmen in cœlis est. Crescite & multiplicamini, hoc expletur edictum post paradisum & nuditatem, & ficus folia, auspicantia pruriginem nuptiarum. Nubat & nubatur ille qui in sudore faciei comedit panem suum, Cuius terra tribulos & spinas generat. Meum semen, centenaria fruge fœcundum est. Non omnes capiunt verbũ hoc, sed quibus datũ est: hæc S. Hieronymus, quem alio loco plura allegantẽ referre lubet, sic ait: Necessarium fuerat primo syluam plantare, eamque crescere, vt postea succideretur; bene itidem obseruandus modus loquendi in Deo, dum inquit *replete terram,* nam matrimonium terrã replet, virginitas cœlum. Verum quas laudes vir ille sanctus non exaggerat, ad hãc animæ & corporis integritatem? A sapiente inquit testimonium petamus in fauorem virginitatis, *omnia* (dicit sapiens) *tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub cœlo, tempus nascendi, & tempus*

Eccles. 3.

pus moriendi, tempus plantandi & tempus euellendi, quod plantatum est. Commorimur Christo in Euangelio; plantamus per coniugium, euellimus per virginitatem. Sanctus Ambrosius explicans hæc verba Canticorum: *Surge propera amica mea,* &c. Scribit in hunc modum. *Antequam verbum Dei reciperet (Sancta Ecclesia) hyems erat inhonora, sine fructu, vbi verbum Dei recepit, & mundus ei est crucifixus, æstas est facta. Denique feruore S. Spiritus vaporata, flos esse cœpit, & spirare odorem fidei, fragrantia castitatis, suauitatem gratiæ.* Hic Ambrosij sermo fundatur in verbis sequētibus desumptis ex eodem loco Canticorum; *Flores apparuerunt in terra nostra, vox turturis audita est in terra nostra, tempus putationis aduenit.*

Ambr.

Cant. 2.

Cant. 2.

Minimè ambigendum est, quin hæc terra florens, sit Deipara virgo Maria, mater virginitatis, & regina castitatis, virgo omni florum genere exornata cum puritatis, tum sanctitatis vitæ; hinc sponsus dicit, *venter tuus vallatus lilijs.* Illa prior floruit, prior virginitatem suam Deo consecrauit, ideoq; normam perfectæ pudicitiæ virgini-

bus oſtendit. Deinde Turtur ille, cuius modulantis vox audita eſt (ſiquidem Turtur extincto coniuge nunquam alios concubitus appetens, hieroglyphicum eſt viduitatis) Sanctam Annã Prophetiſſam proculdubio denotat, matronam caſtam à tot annis viduitatis ſuæ, quæ vt ſcriptum eſt, cantico ſuo magnificauit aduentum Saluatoris in templum in quo ſeruiebat, & quia iſtis temporibus prima fuit quæ ſtatum caſtitatis ſeruaret, ideo ſanctarum viduarum exemplar extitit. Deinde tempore putationis adueniente, quo vinea putaretur & ſarmenta reſecarentur, tempus gratię ſignificatur, nam antiqui id maximè ſpectauerũt vt amplam ſementem poſteritatis relinquerent, & terram implerent hominibus, inſerendo quaſi palmites & ſurculos in vineam: ſed hodie non eſt opus vt vineæ palmites inſerantur, amputanda potius eſt ferro cõtinẽtiæ & perpetuæ caſtitatis. Accedat his, quod S. Auguſt. aſſerit liberorum ſcilicet procreationẽ antiquis patribus receptã fuiſſe pro generando & conſeruãdo populo Dei, ad hodie non vrgere hãc neceſſitatẽ. Ad rẽ facere videtur, quod inquit

S. Auguſt.

Sapiens loco citato, *tempus amplexandi, & tempus longe recedendi ab amplexib.* quod intelligēdū est, de tēpore preterito & præsenti, vt illud fuerit tēpus amplexandi, & hoc, tēpus longe recedēdi ab amplexibus. Cū igitur nobis dies illuxerit quo ab amplexib. temperadū est, & ad hunc actum nulla nos necessitas, nulla impellat obligatio, quicunq; ad tantū virginitatis & cōtinentiæ bonū aspirat, omnē ad id consequendū lapidē moueat. Idē Doctor in quodā insigni sermone huic sensui optimè accommodato, dicit duo esse rerū expetendarū genera, quasdā ex se, alias non itē ex se, sed respectu aliarū per se optabiliū. Primæ classis est sapientia, salus, amicitia & huiusmodi: secundæ classis ea sunt, quæ respiciunt se inuicē, exempli causa; doctrina, quæ propter sapientiā est expetenda, cibus & potus propter sanitatem. Ne ponatur, inquit, cōiugiū in primo ordine rerū expetendarū, sed in secundo, earum quæ propter aliud expetuntur, quia coniugium institutū est ad conseruationē amicitiæ & societatis humanę, quæ in hoc mūdo bonū est per se expetendū: quisquis igitur rem

Eccles. 3.

Aug. de bon. coniug. c. 5.

Chrysostomus eleganter obseruauit, explicans in hoc loco sacræ Scripturæ, vnde antiqua huius virtutis nobilitas petenda sit. Idem fecit S. Hieronymus in quadam epistola, vbi inquit; Eua in Paradiso virgo fuit, post pelliceas tunicas initium sumpsit nuptiarũ, hoc est, post peccatum. *Vestra regio, ò virgines paradisus est, seruate quod natæ estis,* & dicite, *reuertere anima mea in requiem tuam.* Sciendum est etiam virginitatem è natura proficisci matrimonium verò quo ad sui consummationem, post peccatum. Id manifestè intelligimus ex eo, quod liberi ex matrimonio suscepti, virgines nascatur, vnde coniugium in fructu suo restituit, quod in sua radice ademit; hæc S. Hieronymus. Virginitate igitur per peccatum è loco suo priori derecta, caro regnare, vel vt melius dicam, tyrannidem suam exercere incepit. Verũ Deus Opt. Max. qui omni re benè vti solet vt bonus artifex quouis instrumento, bonum elicuit ex huius carnis insolentia, ad finẽ & intentionem duplicem, primus est vt terram hominibus impleat, secundus, vt populum suum electum multipli-

Chrys. in Genes. in c. 4.

Hier. ad Eust. epist. 22. c. 8.

plicet. Verbum æternum Patris, (iuxta decretum diuinum, quod ex ipsius omnipotentia & immensa bonitate emanauerat) carnem humanam assumere debebat, & originem suam ducere ex gente Iudæorum, iccirco decebat (vt inquit S. Augustinus) illum populum celebrem esse, & per consequens, numerosum & multiplicatum, eo ampliori numero, quod huius nationis multiplicatio designabat eam quæ futura erat in populo Christiano. Ideoq; non alienigenæ solum & nationes exteræ studebant vt terra impleretur, verum etiam hic populus Dei electus in nuptijs contrahendis operam dabat, in spem posteritatis. Hinc maledictos eos existimabat qui ob coniugij sterilitatem liberos non suscipiebant. Verum enim verò Filius æterni Patris postea in hunc mundum veniens, vt peccatum tolleret, virginitatem pristino nitori restituere, & in Sceptris reponere voluit, vt eam toti mundo constitueret Reginam super omnes status: at quia erat Regina inauditæ pulchritudinis, veritus ne fulgor radiorũ eius visum nostrum offuscaret, consul-

tum putauit, ne totam vno impetu emicare sineret, sed, vt dicit Sanctus Chrysostomus, permisit eam lōgè antea tempore expeti, vel (vt docet Chrysost. in Psal. 44. Sanctus Gregorius Nazianzenus) vt in more est insigni pictori, qui magnificā aliquam & praclaram tabulam depicturus, eam primò ruditer delineat, tū primos colores adhibet, deinde magis viuos inducit; extremum denique adumbrationis & lineamētorum pœnicillum applicat, qui imaginem artificiosam prorsus & natiuam efficit, & omnibus numeris absolutam reddit: eodem modo fecit Deus; nam cum nuptijs plurimum tribueretur, [illegible] tempore, insignes aliquot scintillas in terram emisit, & quasi quædam grana & semina virginitatis, illustres eius figuras palam exhibens: deinde eam totaliter mundo promisit per Prophetas; an non eximiæ huius & diuinę virtutis præclarum specimē habemus, in Maria sorore Moysis, nobili Domina, & virgine? quæ tympanum pulsans, vnaque modulans, ducebat choream totius chori virginum sociarum? Hæc in figura repræsentabat, teste D. Ambrosio,

brosio, Ecclesiam sanctam & virginem, quæ pulsans in hac vita & macerans corpus ieiunijs, cilicijs & disciplinis, vnaque faciens, personare aërem diuinis encomijs adducit ad Iesum Christum sponsum suũ totius mũdi nationes. Semina etiam virginitatis fuerunt quamuis exiguo numero (inquit idem Doctor) illæ olim virgines quæ custodiebantur & educabantur in templo Hierosolymitano: erant viuæ imagines, licet paucæ, eius quod futurũ erat. Idem iudiciũ esse debet de Elia Isaia, Ieremia, Daniele, Eliseo, & liberis Prophetarum qui omnes virgines extiterunt vt S. Augustinus & S. Hieronymus asseuerant. Quantum ad virginitatem, quæ tandem in mundo erat regnatura, insigne fuit illius Isaiæ vaticinium, dum dixit; *pro saliuncula ascendet abies, & pro vrtica myrtus*, quod infra explanabimus. Post elapsa vero tot temporum spatia, filius Dei e cœlis in terram descendens, attulit, vt inquit S. Ambrosius, formosum hoc puritatis lilium, ex vtero virginis carnem assumens: ipsum deinde multiplicauit, & dilatauit per vniuersum orbem, vt

Aug. li. de mirab. S. Scrip. li. er. 4. Isai. c. 55. 11 Amb. l. de virg.

pestate, semen incorruptionis & puritatis produxit, cuius beneficio in paradisum curru triũphali honorificè trãsuehimur. S. Cyprianus asserit statum castitatis esse imaginem hominis cœlestis, de quo loquitur Apostolus inquiens, sicut portauimus imaginẽ hominis terreni, feramus itidem imaginem hominis cœlestis. Cassianus laudans mirificè puritatem virtutis huius angelicæ & euangelicæ præ coniugio, declarat eam ad viuum resecare omnẽ corruptionẽ, quam matrimonium in lege antiqua amputare non poterat; quocirca in quadam sua collatione sic profatur. Instituti iam in puritate castitatis, non vltra dominabitur peccatum in nobis, quia legi antiquæ non subijcimur, quæ interea quod iura & priuilegia matrimonium commendabat, fouebat interim & alebat in ossibus & medullis nostris ignem concupiscẽtiæ, quo peccatum fornicationis committitur; legi verò gratiæ paremus, quæ dum nos ad corporis integritatem inuitat, sufficit itidem vires ne sentiamus, vel simplicem aliquem motum rebellionis in carne nostra;

Cypr. de Habit. virg.

1. Cor. 15.

Cas. col. 21. c. 6.

imo tantum potest, vt extinguat & sopiat ignem concupiscentiæ, qui est in-
Isa. 56. ter coniuges; adeoque exsiccatis om-
. nibus impuritatis & spurcitatis hu-
de S. virg. moribus, & dato nomine nostro mili-
c. 1. tiæ strenuorum illorum & nobilium Eunuchorũ, quos Isaias Propheta cõmendat, præmium coronæ gloriosæ consequemur, quæ ipsis est promissa. Circa hoc subiectum S Augustinus dicit, quod matrimonium in statu legis tanto honore cumulatum, figura erat eius quod futuris seculis euenire debebat; Ea propter docet, cum virginitatis fit mentio, matrimonium nõ esse vituperandum, quod tam honorabile fuit in populo Dei quia designabat res futuras, quæ nostra ætate contigerunt; & ideo ab illo tempore quo Christus
Matt. 19. dixit, *qui potest capere capiat*, aliter se res habet. Hinc Christiani illa nunc obligatione soluti sunt, qua primitus Deus homines adstrinxit in initio mundi, dũ
Gene. 1. dixit *crescite & multiplicamini & replete terram*: quia huic præcepto hodie locus nõ est. At super hoc in mediũ proferamus, quid SS. Patres senserint. Scribit S. Hieronymus, quod iuxta diuersum

statum

flatum, & variam temporum conditionem, genus humanum diuersis legibus fuit subiectum; quod primæuis temporibus homines reuerà huic sententię subdebantur *crescite & multiplicamini*, vt & isti, *maledicta sterilis quæ non parit*, qua de causa, illa tempestate plerique omnes nuptias contrahebant: at nunc in tempore gratiæ, sub alia lege vitam ducimus, aliam regulam & disciplinam sequimur, nempe Apostolicam quam tradit Apostolus in hunc modum: *tempus breue est, restat, vt hi qui vxores habent, sint quasi non habeant, & qui mundo vtuntur, sint quasi non vtantur, nam figura huius mundi præterit*. Quare, ij qui hoc consilium Apostoli benè percipiunt, in spiritu Christo coniungi debent. S. Cyprianus affirmat, priori sententia præcipi generationem & multiplicationem generis humani: secunda, excitari nos ad virginitatem & continentiã. *Cum adhuc rudis mundus & inanis est*, inquit, *copia fœcunditatis generante propagamur & adscimus ad humani generis augmentũ. Cũ iã refertus est orbis & mũdus plenus, qui capere continentiam possunt, spadonum more viuentes, castrantur ad regnum.*

Hier. cõt. Heluid. c. 10.

1. Cor. 7.

Cypr. de hab. virg.

hæc S. Cyprianus ad præceptum illud Geneseos *Crescite & multiplicamini.* Idem sentit S. Hieronymus, nam virgini cuidam scribens, ait:

Crescat & multiplicetur ille, qui impleturus est terram, Tuum agmen in cœlis est. Crescite & multiplicamini, hoc expletur edictum post paradis. m & nuditatem, & ficus folia, auspicantia pruriginem nuptiarum. Nubat & nubatur ille qui in sudore faciei comedit panem suum, Cuius terra tribulos & spinas generat. Meum semen, centenaria fruge fœcundum est. Non omnes capiunt verbũ hoc, sed quibus datũ est: hæc S. Hieronymus, quem alio loco plura allegantẽ referre lubet, sic ait: Necessarium fuerat primo syluam plantare, eamque crescere, vt postea succideretur; bene itidem obseruandus modus loquendi in Deo, dum inquit *replete terram,* nam matrimonium terrã replet, virginitas cœlum. Verum quas laudes vir ille sanctus non exaggerat, ad hãc animæ & corporis integritatem? A sapiente inquit testimonium petamus in fauorem virginitatis, *omnia* (dicit sapiens) *tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub cælo, tempus nascendi, & tẽ-*

Eccles. 3.

pullulandi, tempus plantandi & tempus euellendi, quod plantatum est. Commorimur Christo in Euangelio; plantamus per coniugium, euellimus per virginitatem. Sanctus Ambrosius explicans hæc verba Canticorum: *Surge propera amica mea*, &c. Scribit in hunc modum. *Antequam verbum Dei reciperet (Sancta Ecclesia) hyems erat inhonora, sine fructu, vbi verbum Dei recepit, & mundus ei est crucifixus, æstas est facta. Denique feruore S. Spiritus vaporata, flos esse cœpit, & spirare odorem fidei, fragrantia castitatis, suauitatem gratiæ.* Hic Ambrosij sermo fundatur in verbis sequẽtibus desumptis ex eodem loco Canticorum; *Flores apparuerunt in terra nostra, vox turturis audita est in terra nostra, tempus putationis aduenit.* Ambr. Cant. 2. Cant. 2.

Minimè ambigendum est, quin hæc terra florens, sit Deipara virgo Maria, mater virginitatis, & regina castitatis, virgo omni florum genere exornata cum puritatis, tum sanctitatis vitæ; hinc sponsus dicit, *venter tuus vallatus lilijs.* Illa prior floruit, prior virginitatem suam Deo consecrauit, ideoq; normam perfectæ pudicitiæ virgini-

bus oſtendit. Deinde Turtur ille, cuius modulantis vox audita eſt (ſiquidem Turtur extincto coniuge nunquam alios concubitus appetens, hieroglyphicum eſt viduitatis) Sanctam Annã Propheti ſſam proculdubio denotat, matronam caſtam a tot annis viduitatis ſuæ, quæ vt ſcriptum eſt, cantico ſuo magnificauit aduentum Saluatoris in templum in quo ſeruiebat, & quia iſtis temporibus prima fuit quæ ſtatum caſtitatis ſeruaret, ideo ſanctarum viduarum exemplar extitit. Deinde tempore putationis adueniente, quo vinea putaretur & ſarmenta reſecarentur, tempus gratię ſignificatur, nam antiqui id maximè ſpectauerũt vt amplam ſementem poſteritatis relinquerent, & terram implerent hominibus, inſerendo quaſi palmites & ſurculos in vineam: ſed hodie non eſt opus vt vineæ palmites inſerantur, amputanda potius eſt ferro cõtinẽtiæ & perpetuæ caſtitatis. Accedat his, quod S. Auguſt. aſſerit liberorum ſcilicet procreationẽ antiquis patribus receptã fuiſſe pro generando & conſeruãdo populo Dei, ad hodie non vrgere hãc neceſſitatẽ. Ad rẽ facere videtur, quod inquit

S. Auguſt.

Sapiens loco citato, *tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus*. quod intelligendũ est, de tẽpore præterito & præsenti, vt illud fuerit tẽpus amplexandi, & hoc, tẽpus longe recedẽdi ab amplexibus. Cũ igitur nobis dies illuxerit quo ab amplexib. temperãdũ est, & ad hunc actum nulla nos necessitas, nulla impellat obligatio, quicunq; ad tantũ virginitatis & cõtinentiæ bonũ aspirat, omnẽ ad id consequendũ lapidẽ moueat. Idẽ Doctor in quodã insigni sermone huic sensui optime accommodato, dicit duo esse rerũ expetendarũ genera, quasdã ex se, alias non itẽ ex se, sed respectu aliarũ per se optabiliũ. Primæ classis est sapientia, salus, amicitia & huiusmodi: secundæ classis ea sunt, quæ respiciunt se inuicẽ, exempli causa; doctrina, quæ propter sapientiã est expetenda, cibus & potus propter sanitatem. Ne ponatur, inquit, coniugiũ in primo ordine rerũ expetendarũ, sed in secundo, earum quæ propter aliud expetuntur, quia coniugium institutũ est ad conseruationẽ amicitiæ & societatis humanę, quæ in hoc mũdo bonũ est per se expetendũ: quisquis igitur

Eccles. 3.

Aug. de bon. coniug. c. 5.

rem

rem per se expetendam quærens, id facit, quod ad eam tendit, benè facit, & si secus faceret, malè id fieret; Exempli gratia, si valitudinarius medicinã sumat, benè facit, si verò incolumis esset, melius faceret, medicinam non contrectando. Quamobrem cum matrimonium à Deo institutum sit ad fouendam humani generis amicitiam & societatem, illi qui olim tempore legis, eam contractis nuptijs conseruabant, non abs re faciebant, siquidem conseruatione & augmento egebat; iam vero hac ratione non militante, satius est matrimonium non adeò curare si temperare possimus, attento quod nemini particulariter imponatur onus suscipiendæ sobolis & implendæ terræ ad prædictam societatẽ conseruandam, cum sat amplus eorum sit numerus qui & licitè & illicitè hanc rem procurent.

Obijcienti alicui, si nemo nuptias contraheret, & omnes votum castitatis nuncuparent, mundus breui finiretur, respondeo, id haud quaquam esse metuendũ, nec verendum vt mundus tanto feruore spirituali deflagret, quo omnes

omnes homines continentiam & virginitatem profiteantur, quod quamuis eueniret, inquit S. Augustinus, voto Apostoli fieret satis, qui dicit, dū scribit ad Corinthios: *Volo omnes homines esse sicut meipsum*, puta virgines & continentes. Ecquid nunc obganniunt, (mundani & carnales, carnis affecle, mendaciorum fabricatores) de præsumpta cōiugij præcellentia, quod virginitati anteponunt? nonne ad eorum instantiam & importunitatem copiosè veritatem nostræ intentionis demonstrauimus, & heroicē causam innocentiæ propugnauimus? At cum iam finem huic articulo simus impositur i, commodè in sequenti subijciemus, quanto interuallo virginitas matrimonium præcurrat, quatenus boni isti congerrones Dominam hanc magnificam suo suo dignitatis loco relinquant, virginibus verò & continentibus innotescat quam sublimen statum elegerint propter honorem DEI.

CA-

CAPVT VI.

Quantis interuallis virginitas matrimonium antecertat.

QVANTA & quam magna sit excellentia & nobilitas virginitatis, hoc tempore nouissimo introductæ per aduentum & curriculum vitæ filij Dei, si ea conferatur cum matrimonio sat olim celebri & nominato inter antiquos; facilè videre est ex prophetia Isaię quam supra allegatam huc reiecimus explicandam; ascendet, Isa. 55 inquit, pro saliuncula abies, & pro vrtica myrtus. Saliuncula, teste D. Hieronymo, est [illegible] & spinosum ad instar rubi: vrtica est herba satis nota, quæ scatet paruis aculeis vrentibus: hæc duo saliuncula & vrtica, sunt hieroglyphicum coniugij; est namque arbutum sat humile; quin si labores assiduos qui in hoc statu perferuntur inspiciamus., si ærumnas & difficultates quos experimur; apparebit esse arbutum nodis & spinis obsitum; præterea coniugium bonum est, sed fluxum

fluxum & caducum, spiculis etiam vrentibus munitum instar vrticæ, tum ob feruentes ordinarias carnis tribulationes, tum ob ardorem concupiscentiæ, qui semper flagrans magis magisque accenditur, propter intemperantiam quæ intercedit; perbelle igitur cum vrtica componitur.

DEVS itaque iam tum priscis seculis, huic ætati nostræ cœleste virginitatis & castitatis donum pollicitus, dicit, loco saliunculæ humilis arbuti, daturum se abietem, arborem erectam & proceram, & loco vrticæ vulgaris herbæ, ascensuram myrtum arborem, rarum & odoriferam.

O [illegible] myrtus! Ter sancta virginitas & status castitatis, et excellens abies illa quem DEVS promisit, quæ ex venis internis liquorem bene olentem emittit, arbor stupendæ magnitudinis & rectitudinis.

CVINAM est incognitus odor promanans ex hoc flore pudicitiæ & perpetuæ castitatis, quæ vt totos dies diuino seruitio impendat, vtitur his verbis Prophetæ Regij, *Fiat oratio*

Psal. 140. *mea sicut incensum in conspectu tuo.* quis non videt virtutem hanc adeò porrectam & sublimem esse, vt cœlum pertingat, vitam in terris ducens angelicam? idcirco ipsi cum Apostolo, & quouis alio Dei dilecto dicere licet, conuersatio nostra in cælis est. Virginitas insuper, est myrtus odorifera. Nam quis in tantum à sensu odoris bonæ vitæ remotus est, vt non percipiat balsamum aromatizans pudicitiæ, & myrrham castitatis quę longè latéque odorem suauitatis dispergit? Adhæc virtus illa heroica magis myrtho similis est in hoc, quod myrthus habeat qualitates proprias ad consolidandos & roborādos artus corporis eluxatos; eodem modo castitas & continentia sua temperantia frenat inordinatos concupiscentiæ appetitus qui vult in membris nostris dominari.

Ad extremum, qualis est saliuncula respectu abiectis, & qualis vrtica respectu myrthi, tale est cōiugium facta comparatione ad virginitatem, tales nuptiæ ad castitatem. Sed rem penitius introspiciamus, & videamus comparationes quas SS. Patres instituerunt.

Hier. in Apol. ad Pam. c. 5

Sau-

Sanctus Hieronymus tradit coniugium argento, virginitatem auro assimilari, alibi idem Doctor matrimonium comparat, pani hordeaceo & auenaceo, qui pabulum est bestiarum & animalium rationis expertium; virginitatem verò puræ similagini, qui naturalis est cibus hominis: hac de causa legimus in Euangelio maiorem populi multitudinē cibatā fuisse pane hordeaceo quā pura similagine, quia numerus carnaliū, qui ad nuptias aspirāt longè copiosior est numero spiritualium qui in perpetuum vitæ castitatem elegerunt: verum quidem, quod sicuti hordeum & frumētum sunt fructus à Deo concessi, sic matrimonium donum DEI est æquè ac virginitas & cōtinentia; quapropter in vtroq; adimplebitur quod ait vates regius, *Homines & iumenta saluabis Domine.* Idem Sāctus Doctor in epistola quam scribit ad Eustochium virginem religiosam (vt occurreret obiectioni quam cōiuges obtrudunt virginibus, eas ex matrimonio nasci perhibentes) fateor, inquit virgines ex matrimonio nasci, & eatenus coniugium esse laudabile, & glo-

Idē contr. Iouin. c. 4

Psal. 35

Hier. ad Eust. ep. 22. c. 8

& gloria maiori dignum, eò, quod ex se, producit quippiam se excellentius. Quocirca matrimonium spineto cõparatur, rosæ virginitas, simile itidem est matrimonium terræ, & virginitas auro similis quod terra venis suis occultat; insuper, ipse confert donum hoc cœleste, gemmæ quæ in profundo maris pura & nitida generatur & conseruatur. Lubetne plures easque insignes S. Augustini comparationes accipere? dicit in primis matrimonium & virginitatem esse inuicem conferenda vt sanitatem, & immortalitatem, quarum illa insigne donum est, sed hæc præstantius: Secundo, vt scientiam & charitatem, quarum vna in fine deficit, altera est perpetuæ durationis, tertio similia esse Marthæ & Mariæ, quarum illa domesticis negotijs intenta distrahitur; hæc suauiter Dei consortio fruitur orationi pie dedita. Quis autem ita cæcus est vt non videat, quod sit discrimen inter sanitatem & immortalitatem? hoc ipsum tantum est inter coniugium & Virginitatem. Scientia bona est quæ huic vitæ ornamentum adfert: sed charitas præ-

prævalet, quæ hominem in vita æterna locupletat, idem receptum est in matrimonio & continentia, quia illud huic vitæ duntaxat coætaneum est, hæc in omne æuum persistit. Martha bene commendari, debet vt quæ curis sæcularis addicta; Mariam vero magis laudamus vtpote secularibus curis expeditam, & diuino seruitio penitus mancipatam: qualia sunt Marthæ exercitia, tales videmus esse coniugum occupationes: qualis est pax & requies Mariæ, tale est oblectamentum virginum & continentium, vnius occupatio bona est, sed melior alterius cessatio; hæc S. Augustinus. Non omittam elegantem aliam comparationem quam proponit S. Ambrosius, & obseruatione dignam censet S. Hieronymus, qua comparatur coniugium pani hordeaceo, & virginitas purissimæ similæ quæ est in sacrosancta Eucharistia, quam Iesus Christus perfectioribus præparauit; videamus ipso quod discrimen inter vtrumque constituat. Quando CHRISTVS, inquit, tot millia hominum pane hordeaceo, pauit, id fecit, teste

Amb. lib. 1 de virgin.

Hier. contr. Iouin.

teste Euangelista, *ne deficerent in via*, et hoc discimus, atque idem, quod Christus succurrat necessitati populi imperfectioris, congruenti remedio, puta, mediante pane hordeaceo matrimonij, sine quo mortales defecissent in via, nec longiùs progredi potuissent, ad fœliciter huius vitæ curriculum finiendum, siquidem periculum erat ne laberentur in vitium carnis. Pro perfectiorum verò alimonia, (vt Sanctus Ioannes tradit) Filius DEI sanctissimum hoc & augustissimum sui corporis sacramentum instituit, quò eos ad regnum Patris sui proueheret. pretium inæstimabile æternæ gloriæ ipsis proponens. En quantis parasangis sanctus hic status, coniugalem vitam anteuertat. Sed his finem imponere volo, & calumniantibus non modo os obstruere, verum etiam illos eò adducere vt profunda cùm reuerentia virginitatis maiestatem agnoscant, bonum eius expetentes vt virtutis præstantissimæ quam comitantur voluptas & iucunditas immortalis. Nec vllus hac in re difficilem se præbebit, vbi didicerit sanctum hūc statum, tan-
tum

tantum præstare coniugio, quantum animam corpori, cœlum terræ, æternitatem tempori, imo vel Deum homini. Nihil hic ex officina mea obtrudo, sed omnia producuntur ex diuite gaza & thesauro doctrinæ, magni illius Theologi & Theologorum Magistri Gregorij Nazianzeni, qui vnus fuit ex illustrioribus Ecclesiæ orientalis Doctoribus; is in quibusdam versibus suis ex græco in gallicum & ex gallico in latinum conuersis, hoc modo virginitatem deprædicat.

Coniugio sic virginitas præcellit, inani
Spiritus vt carni, quanto polus interuallo
Excedit terras; quantum mortalia cedunt
Tempora perpetuis; & homo, res fluxa, Tonanti.

Quilibet igitur flexo in terram poplite, venerandus Dominam hanc & virtutum Reginam salutet, & Sororem Angelorum, & profunda humilitate, cum eodem Doctore dicat.

Salue Virginitas, genitrix veneranda pudicæ
Integritatis & e cælo demissa superno,
Grande Dei munus, nobis quæ tot bona confers;
Pars melior Christi, merito Regina beata.

APOLOGIA.

Contra secundam obiectionem mundanorum & Carnalium, affirmantium, præsentis vitæ donum voluptatibus corporalibus esse metiendum.

HOmines Carnales & voluptatibus deditì qui vt Suber aquis impositum, vaduntt quoquo sensualitas ipsos dirigit, aliam admonent machinam vt euertant Donum Virginum & continentium, asseruntque iuxta communem hominum opinionem, huius vitæ bonum positum esse in quodam modo viuendi secundum sensum & appetitum carnis, non item in austeritate vitæ solitariæ, qualem agunt ij qui statum castitatis profitentur. Et hæc quidem est esca voluptatis & viscus fallax, quo mundi aucupes iuuentutem nostram implicant. Hic ictus in auras emissus, concutiet forte & inclinabit quempiam huius mundi illecebris semisopitum, & nonnihil ambigere faciet: Verum Deo annuente demonstrabimus hoc iaculum esse stramineum, & illos rationis expertes qui tam humili loco mundanæ suæ fœlicitatis domicilium collocant.

CA

CAPVT I.

Quod se sualis & carnalis vita hominem dedeceat.

COmmunis hominum mundanorum opinio, longe à scopo veritatis aberrat; siquidem fœlicitatis mundanæ sedem ponunt in paruo afflatu vẽti lenioris, qui subito præterlabitur & euanescit. Illi profecto rationes suas malè subducunt; nam opinionẽ tenent, veritati tanquam è diametro oppositum. Nec vero huic nostræ assertioni multum reluctabitur, is qui considerabit, duarum partium quibus homo constat, animam esse præcipuam, ducem naturalem, & ordinariam carnis, appetituumque & affectionum ipsius moderatricem, corpus autem esse partem inferiorem fragilem & caducam; Verum vt hanc sensualem voluptatem in particulari tangamus, quã homines pusillanimes & egentes helleboro in corde sibi vt album quoddã præfigunt, vt eius itidem naturam cognitam perspectamque faciamus; notandum est eam ex humana carne originem suam trahere, per peccatum

primi Parentis; quod quia eundem primum Parentem iustitia originali spoliauit, nodum vicissim quo iustitia concupiscentiam arctè constringebat sic dissoluit, vt homini no solum confusionem, & inclinationem ad desideria voluptatesque corporis aduexerit, sed etiam, pro pœna quam per primum parentem, & per nos eius, filios lumbis paternis iam tum inclusos meritò incurreramus, vniuersum genus humanum mancipauerit, & ijsdē desiderijs voluptatibusque subiectos reddiderit.

Huius pœnæ indicium fuit in primis Parentibus, qui hactenus in membris suis necdum erant experti inordinatos illos appetitus, & infestos aculeos, quos post exutam iustitiam persenserunt; ea propter rubore & pudore suffusi, carnem suam sensualem iam effectam, folijs ficulneis obuelarunt. Sic in Genesi legimus vbi peccato cōmisso dicitur, cognouerunt se nudos esse, & folia ficuum simul consuerunt vt tegerent nuditatem suam. Huius etiam pœnæ indicium est, metus ille & apprehensio, qua homines

Genes. 3.

quan-

quantumuis honestè, licitè & sanctè coniuncti, subterfugiunt tamen & tergiuersantur; dumque debitum exigitur, secedunt, occultant & amouent sese à conspectu liberorum & famulorum domesticorum. Hæc enim voluptas est sicut vlcus in aposthema, quod videri nullatenus, nedum contrectari vult. Pudor ille quo suffundatur, non è matrimonio quod bonum & sanctum est, emergit, sed proficiscitur ex prima origine peccati, cum quo enascimur.

Ad hanc rem censuræ S. Augustini subijciamus. Vbi primū inquit. *Posteaquā præceptu facta trāsgressio est, cōfestim gratia deserente diuina de corporum suorum nuditate confusi sunt, vnde etiam folijs ficulneis quæ forte à perturbatis prima comperta sunt, pudenda texerunt, quæ prius [illegible] membra erant, sed pudenda non erant. Senserunt enim (nouum motum inobediētis carnis suæ) tanquam reciprocam pœnam inobedientiæ suæ.* *Aug. de ciui. [illegible] li. 13. [illegible] 13.*

Ad id faciendum eos compulit pudor & confusio, quam ex inopinato motu & rebellione carnis persentiebant, quæ pœna ijs inflicta fuit pro collybo quasi & punitione arrogantis

illius inobedientiæ, qua temere se Deos futuros arbitrabantur: *Eritis sicut Dij scientes bonum & malum* persuaserat callidus ille serpēs. Sic quia mens eorū in malitia delectabatur, & libero arbitrio præpostere vtebatur, & diuinæ obedientiæ seruitijque iugum excutere nitebatur, meritò proprium corpus peruicax & inobediens inuenit, & quia sponte præceptis Dei, & Domini sui supremi contrauenerat, ideo etiam corpus Spiritui alias subiectum, ab ipsius obedientia desciuit. Homo itaque iam carni suæ ita non imperitat, ac imperasset si præcepti diuini præuaricator nō extitisset. Tūc igitur prius incepit caro recalcitrare motu concupiscentiæ suæ, & Spiritus Carni contradicere; hanc luctam pugnamue inimus iam tum ab ortu nostro, miserrimè in membris nostris circumferentes mortis imaginem; natura nostra corrupta & vitiata, semper illud intestinum bellum nobiscum trahimus; hæc magnus ille Doctor. An verò iam exactè percepistis, quomodo luce meridiana clarius demonstrauerit, voluptatem hanc nobis deriuatam

ex culpa primorum Parentum? Quid igitur fœlicitatis reperiat homo in hac operatione sensuali, cum in ea necessariò pœnæ peccati subiaceat, & soluere cogatur tributum verecundiæ, mulctam confusionis, & vectigal pudoris? aureum sane seculum & præclaram vitam, quam deliciarum suarum principem & nutricem constituunt Aulici huius mundi, & cupiditatum suarum procuratores:

Egregiam vero laudem, & spolia ampla refertis. *Virg. 4. Aeneid.*

Tuque puerque tuus.

Amabo, æquis animis tantisper audite breue aliquod documentum, quod pro vestra instructione adferam: Siquidem aptus omnino sum & expeditus vt contra rancidam hanc & rancidam opinionem, & fatuam persuasionem nonnihil discurram. Prima fronte, ad hoc subiectum quod attinet allegabo, & explanabo Apostoli sententiam dicentis; *datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ vt me colaphizet, propter quod ter Dominum rogaui vt discederet a me.* Apostolus hic loquitur de fomite peccati & concupiscentiæ, qui est ori- *2. Cor. 12*

go ex qua promanat delectatio carnis, & hominem propellit ad vitā otiosam ignauamque, quam mundani tantopere appetunt. Hanc in primis concupiscentiam, angelū vocat, hoc est, nunciā & ancillam Satanæ, siquidem illa nos mouet & infestat instigāte Satana, qui hac vtitur, vt nos irritet & ad malum alliciat. Subiungit Apostolus ex hac concupiscentia generari sibi confusionem, qualem fortè perferret is cui atrociter colaphi infligerētur, quia impugnationes motuum concupiscentię, qui rationem præueniunt, hominem in dedecus quoddam & confusionem præcipitant. Addit postremo, se Deum obnixè precatum fuisse, vt ab illa molestatio se liberaretur. At si Apostolum audimus tam graui oratione deplorantem, & infœlicitati adscribentem, inclinationes duntaxat & motus ad voluptatem; quanto infœlicius cum iis agetur, qui mancipia fiunt voluptatis despectæ & sordidæ Dominæ vitiorum omnium & nequitiarum? Alteram quoque eiusdem Apostoli lamentationem, adolescentibus inculcatam esse velim; *sentio aliam legem in membris meis, re-*

pugnan-

pugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati: infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hoc loco Apostolus infœlicem se protestatur, quod sentiat solummodo motum sensualitatis quæ eum ad peccatum prouocabat: Si tantus Apostolus id in ærumnis numerat, & corpus hoc nostrum fluxum & mortale cui concupiscentia est adnexa, corpus mortis nominat, ideoque infœlicem se proclamat, & inter clamandum opem implorat, (*quis*, inquit, *me liberabit de corpore mortis huius*) qua ergo ratione carnalis homo dicere queat, miserum esse corporalibus delectationibus non indulgere, & à voluptatis illecebris absistere, quibus à Deo castitas vt frenum datū est, & sacrosancta Virginitas vt habena & capistrum? hinc facile patet hominem animalem non sapere ea quę Dei sunt, & quod eum deficiat acies oculorum suorum, quæ est Dei, & sui ipsius cognitio. O fœlicem animam, quæ carnalis voluptatis notitiam nullam habuit! fœlices illi qui toto vitę curriculo virginitatem illibatam seruauerunt, & à muliebri consortio longè Rom. 7.

discesserunt, fœlices illas quæ virum non cognouere: beatus est ille quem
Psal. 64. elegisti Domine vt inhabitet tabernacula tua. Sed audi tantisper, homo mundane & sensualis, qui corpori tuo ita applaudis & abblandiris & ipsum omni tuæ carnis oblectamento pascis, audi quæso, & meis dictis aurem arrige. Si brutorum animantium naturam accepisses, quæ pro fine suo sensualem delectationem respiciunt, infœlix esses dubio procul, si corporali delectatione priuareris, vtpote fine tuo frustratus; at vero, nonne humanam naturam induisti? nonne ratione præditus es quæ vitæ tuæ regulam dictat? nonne animam habes & Spiritum, qui ex officio tenetur Dei cognitionem & voluntatem indagare? nonne intellectu ornaris, qui ex natura sua Sagax & supra cœlos euectus, æterna scrutari debet? nonne vides quo dignitatis, nobilitatis, & maiestatis loco constitutus es? qui vis igitur illam abijcere & prosternere in cœnú voluptatis sensualis? cur sensibus rationem vis subijcere, carni Spiritum subdere, & animam sordidis corporis tui exercitijs man-

mancipare? qua fronte animal rationale, Spirituale & intellectuale, prout es, in brutale, carnale, & sensuale degeneras, ad morticinia tantum inhians vt coruus; & in fimo te volutās, vt amico luto Sus? Concupiscentia homini Christiano obtēperare, quotiescunque id ratio suadet, & corpus membra sua rationis iudicio & imperio subiugare debet. Hoc commune est omnium SS. Patrum axioma, nominatim verò S. Basilij, S. Ioannis Chrysostomi, S. Gregorij Nysseni & Nazianzeni; eadem ante ipsos fuit doctrina diuini illius Platonis, nempe Spiritū hominis similem esse aurigæ, & sensus equis: quodnam mihi præstare dices, aurigamne ducant equi quo brutalis instinctus eos impellit; an vt auriga equos regat habenis & scutica, artificiosè prouidè & moderatè; Spiritus officium est, sensus humo erigere, non autem sensuum est Spiritum terris affigere. Illud Spiritui adeò est innatum vt Cicero romanæ facundię Princeps, lumine duntaxat rationis naturalis ductus, eleganter dixerit, eum qui hominis dignitatem benè consi-

natur; quoduis peccatum ab homine commissum, extra corpus est, hoc est, *in omni appetitu peccati anima est extra naturam corporis, quia in suo sensu remanet, intelligēs mala esse quæ agit. Sed qui fornicat in corpus suum peccat, quoniam in appetitu & operatione fornicationis sic peccat anima, vt redigatur in naturam sui corporis quia nihil hinc cogitat, nihil sapit, nihil tendit, nisi quæ carnis sunt. Sic enim totus absorbetur homo, ab ipso & in ipso corpore, vt iam non possit die ipse animus suus esse, sed simul totus homo die possit caro esse & spiritus vadens & non rediens.* id est valde procliuis ad lapsum peccati, sed ex se surgere non valens, & peccato suo semper inhærens, nisi diuina gratia ipsi manum porrigat; Hæc S. Anselmus; ex quibus colligere licet voluptatem illam sensualem quam carnales tanti faciunt, nihil aliud esse quam venenum, quod corpus & animam simul inficit. Præallegata Apostoli verba, hoc itidem sensu declarari possunt nempe, sensualem illam voluptatem nihil aliud esse, quam febrium quandam inflammationem, quę totum corpus flagrando peruadit: quocirca S. Ambrosius ad propositum nostrum

 dicit,

dicit, esse vnam è febribus qua Socrus beati Petri æstuabat. Nihil igitur aliud est hæc delectatio quam eclypsis & præcipitium rationis è sede sua deturbatæ; velum est opacum, & vinculum humani intellectus, iudicium concludens, offuscatum terrenis vaporibus carnis, qui cerebrum conturbant. Denique nil aliud est quam naufragium animæ, quæ deuoluitur cum equis carnis suæ, vt Pharao in medium maris rubri; id videtur insinuare Propheta dum dicit, *libera me de sanguinibus Deus, Deus meus*: neque solum eo deuoluitur, sed etiam ibi prorsus demergitur. Adsit nunc voluptatis amator, & ingenuè iudicet, vter sit fœlicior, is cui venenum nullatenus officit, aut is quem venenum prorsus inficit? an vtrum sanus, an vero febricitans? is qui placidè planum iter obambulat, an is qui per abrupta viarum præceps aberrat? qui mentis & rationis compos est, an qui mente captus bestiæ similis factus est? qui secure nauigio vndas traijcit, an qui transnatare conatus, vndis absorptus est? O beatos illos qui incontami-

nati

nati sunt, & puri ab omni carnis opere & in tali statu perseuerare nituntur vt Deo placeant sponso animæ suæ, o fœlices virgines, o beatos continentes? Vos estis populus ille Israëliticus, populus electus, & dilectus Deo qui siccis vestigijs super fluctus maris rubri inceditis, carnem & sanguinē pedibus conculcantes. Quapropter Amazon illa vestra, Maria Soror Moysis, virgo adolescēs, Tympanum pulsans, & chorum ducens Virginum canit hilariter *Cantemus Domino gloriosè.* Intuemini quippe exercitum Pharaonis, gregem epicuri, immersum fluctibus carnis, animabus interim eorum implicatis in profundo & turpi cœno impuritatis; in quo absorbentur & pereunt; In tali statu nunquam fruentur, nec vobis impedimento erunt quo minus fruamini liberè terra vestra, terra sancta, benedicta & electa quæ lacte & melle fluit. *Psal. 50.*

Vos estis animæ verè fœlices, nam Omnipotens naufragio vos eximit & in portu tuto collocauit;

uit; liberæ estis, & sorte vestra contentæ, in vestris auspicijs gloriosæ; nec dubito quin è vobis ipsis summam delectationē percipiatis, eo quod Christo Sacrę & addictę sitis. Eat igitur homo carnalis bonis auibus; nusquam amplius ipsi ad fundum vestrum pateat aditus; nam conuersationis vestræ est incapax; nec potest esse particeps boni, quo anima casta, pudica, & Deo fidem amoremue seruans perfruitur.

CAPVT II.

Responsio ad obiectionem, quæ ad infirmandam prædictorum veritatem emittitur.

VErum ecce tibi, homine carnali relegato, comparet eximius quidam Magister noster, qui subtilē agit Theologum, & per modū obiectionis, nō credit allegata vera, & præmissā sē tentiam iniustitiæ arguit. Sic itaq; format argumentū priusquā peccatū originale committeretur, matrimonium fuit institutum, vbi Deus in Genesi di-
Genesis. 1. xisset, non est bonum hominem esse solum;

ſolum; adhæc diſtincti erant ſexus, cũ ſcriptum ſit, *maſculum & fœminam fecit illos*: deinde, indubitatum erat, quin copulari deberent, cum etiam Scriptum ſit, *erunt duo in carne vna*. Quo pacto itaque aſſeritur, voluptatem aut carnalem delectationem, ex peccato hæreditario ad nos deuenire loco pœnæ homini impoſitæ, aut hominem inde reddi miſeriorem & calamitoſiorem vt præcedenti capite expoſitum & cõcluſum fuit? inferendum potius videtur, delectationem illam ſenſualem eſſe homini adeò connaturalem, vt etiamſi non peccaſſet, eius nihilominus tranquillam & pacificam poſſeſſionem retinuiſſet. Geneſ. 1.

Has allegationes & obiectiones vt diluamus, primo obſeruari velim, hæc noſtro pede non eſſe metienda, nec experientiæ noſtræ quam ſuper his habemus omnino credendum: quia ſicut in altero ſeculo plurima erũt quæ cum bonitate, tum pulchritudine antecellent ea, quæ nobis in hoc ſeculo allubeſcunt, ſiquidem futura ſint illa ordinis & generis excellentioris: eodem modo arbitrandum eſt, hominem

si è statu innocentiæ, ab hoc planè diuerso, non excidisset, aliud experturum, aliam lætitiam percepturum, alijs oblectamentis fruiturum fuisse, quã in hac ęrumnosa vita fruatur. Hoc pręsupposito, quantum ad obiectionem conclusioni nostræ oppositam, sic statuo: nullus dubitem, quin ab initio distincti fuerint sexus, & matrimonium institutum ante lapsum Adami, nec eam inficias quin aliqua intercesserit copula inter virum & fœminam. His vt res est, concessis, tamẽ adhuc exploratum manet, Parentes primos quamdiu in Paradiso terrestri vixerunt, fuisse virgines, nec ad matrimonij consummationem accessisse, nisi post peccatum.

Deinde constat sensum & motum carnalem, ex quo titillatio carnis oritur, è peccato procedere, vt supra probauimus, nec vnquam immoderatus ille appetitus hominem infestasset, si peccatum non præiuisset. Hoc illud est subiectum in quo prisci Philosophi, verbi & gratiæ diuinæ adiumento destituti turpiter hallucinati sunt, peccatum ab ortu nobis congenitum ignoran-

norantes, quod tot animæ & corpori nostro ærumnas aduehit.

At verò replicabit noster Sophista, qui fieri poterat, vt ea quæ nunc contigerunt, non deberent fataliter euenire? Sic habeto, hoc altius esse, quam nos humi strati suscipere possimus, & Dei iudicia scrutãdo, infinitã ei⁹ potẽtiã & scientiam penetremus. Eius quod nec est, nec hodie fit, non nostrum est disceptare quis exitus fuisset, siquidem id diuinæ prouidẽtiæ reseruatum fuit. Quocirca abundè me satisfacturum arbitror, si hoc casu, id medium adducam, quod Sancti Patres scriptis mandauerunt.

Primò quidem Sanctus Hieronymus scribens in Hæreticum quendam sibi contemporaneum, mi Iouiniane, inquit, Quod si obieceris, antequã peccarent (primi parentes) sexum viri & fœminæ fuisse diuisum, & absq; peccato eos potuisse cõiũgi, quid futurũ fuerit incertũ est. Neq; enim Dei possumus scire iudicia, & ex nostro arbitrio illius sententię pręiudicare. Hoc quod factũ est, in populo est, quod qui in Paradiso Virgines permanserunt, eiecti de Paradiso copulati sunt. Quæ

Hier. cõt. Iouin.

Quę enim ratio postulabat vt in Paradiso nuptiæ contraherentur, & hæc personarum, Virginum & coniugum, diuersitas induceretur? imo credide- rim, potius, Parentes nostros in statu virginali è Paradiso depulsos. Vt quod ibi non fecerant in hac valle miseriarum consummarent, vt inde disceremus iam tum à principio conditionis humanę Paradisum Virginitatem, terram autem nuptias dedicasse. Hæc est opinio S. Hieronymi, quæ indicat, sublato peccato, coniugē permansuram fuisse vt virginem, hoc est, non experturam fuisse pœnas, miserias, & angustias illas, quibus nunc mediante peccato est obnoxia. S. Augustinus huic quæstioni respondens, puta quonam pacto diuinum illud præceptum *crescite & multiplicamini* adimpleri potuisset, si homo non peccasset, dicit, circa hoc varias esse opiniones, quas examinare ad normam SS. Scripturarum, prolixæ disputationis futurum sit, itaque duo proponit; primum, quod Deus citra copulam carnalē, modo sibi cognito, homini vim generandi indidisset, cum certum sit, eum potuisse aliam viam inue-

August. de bon. coniu. cap. 2.

inuenire, siquidé primos Parentes sine Parentibus condiderit; & in vtero virginali carnem Christi formauerit absque vllo opere carnali, imo apes creauerit quæ pariunt, & virgines permanent, & tamen vt probè sciuit Virgilius.

Hæ nec concubitu indulgent, nec corpora segnes Vir. 4. Ge.
In venerem soluunt, nec fœtus nixibus edunt.

Secundum proponit præfatus Doctor, hanc multiplicationem sumendam esse mysticè, pro augmento & accretione bonorum Spiritualium, quo sensu Dauid loquitur, inquiens, *multiplicabis in anima mea virtutem.* Verum quidem est, S. Augustinum hoc loco nihil determinare, sed ex eo tamen colligere licet, quænam fuerit SS. Patrum opinio circa coniunctionem illam naturalem, vel pœnalem potius, quæ vt ipsi sentiunt, ante peccatum consummari non poterat, eo quo nunc fit, modo. Hinc diuersę fuerunt SS. Doctorum sententiæ, circa sensum horum verborum crescite & multiplicamini. Videbant Psal. 137.

bant siquidem, hanc copulam, quæ hodie fit inter coniuges, cum tanto feruore concupiscentiæ, cum tali pudore & confusione, cum impetu & violentia quadam, cum bestiali voluptate, & cum insigni iudicij rationisue iniuria, non esse conuenientem naturæ humanæ nisi illa peccato prius peruersa & corrupta fuisset. Addamus & hoc, quod ad propositum nostrum idem Doctor audacter asserit, non modo disputandi, sed erudiendi: sic igitur ait, cum primi Parentes præcepto huic *crescite & multiplicamini*, subiecti essent, id etiam adimpleuissent, Seminaret enim vir prolem, susciperet fœmina genitalibus membris, quando id opus esset, sed voluntate motis non libidine concitatis. Hæc porrò coniunctio processisset cum omni tranquillitate & affectione sancta, non cum perturbatione: secundum naturam non impetuosè & violenter: denique is motus fuisset adhibitus, vt nullum detrimētum integritati corporis, & puritati animę illatum fuisset. Eandem opinionem tenet Sanctus Thomas.

Aug. li 14 de ciu Dei cap. 24

S. Thom. 1 p. q. 98. art. 2.

Hi

Hi duo Doctores profundissimi in hoc conueniunt, quod imaginentur sibi certam aliquam coniunctionem, quæ in statu innocentiæ inter coniuges processisset, verum quia rudiores difficulter eam perciperent, subsisto; tunc duntaxat discemus, quod ad propositum nostrum facit, nempe talem copulam futuram fuisse extra vllum lasciuiæ irritamentum & incommodum.

Nam licet omnis iucunditas expers non fuisset, confusionem tamen & perturbationem non admisisset, quam hodie admitti palam est. Adducam insuper eiusdem Augustini, quantum instituto nostro conuenit, loca aliquot, vt Aduersarius noster nobis cõtradicẽs perspecto tandem, quod hæc sensualis delectatio iniuncta sit in pœnam & punitionem, quam nunc nostra culpa subimus non sine pudore & confusione, renunciet patrocinio hominis istius carnalis qui frenos Virginitatis vsque adeo detrectat. Primum quidem in libro 18. de ciuitate Dei scribit, locis & capitibus diuersis, quæ infra subijciemus.

Capi-

Capit. 17. loquens de foliis quibus post peccatum nostri Parentes nuditatem suam pudendam obtexerunt, sic ait: *Confusus homo membrum rebelle operuit quod inobedienter movebatur, & mouebat voluntatem ad culpam mortalem*; postea, vbi de hac parte rebelli locutus est, docet actum ipsius esse pudori adiunctum non solum in quibusque stupris aut huiusmodi delictis quæ omni lege naturali & ciuili prohibentur & in quibus latebris ad subterfugiēda humana iudicia requiruntur, sed etiam in vsu scortorum quam terrena ciuitas licitum turpitudinem fecit.

Aug. l. 14 de ciu. Dei. c. 17. 18. 19. 21. 22. 23.

Nā liceat aliis in publicum prodire, aut homo quispiam publicus peccator dici non erubescat, in hoc tamen carnali commercio, deuitat publicum etiam peruersa atque impunita libido conspectum. Adhæc, vt supra insinuauimus, idem coniugibus receptum est, qui quantumuis licitè & moderatè vtantur coniugio, tamen occultant, & subducunt sese, non solum è conspectu extraneorum, sed etiam liberorum, & domesticorum omnium, cum alter alteri debitum reddit. quapropter concludit

cludit hoc modo, *Vnde hoc, nisi quia sic gerimus quod donat ex natura vt etiam quod pudendum committetur ex pœna?* Alio loco, subscribit illorum Philosophorum sententię, qui iram & luxuriam credebant esse passiones & affectiones animæ vitiatæ & corruptæ, quia istæ turbulentè & violenter commouentur in hoc ipso quod quiete & pacificè expedire poterant; vnde in ijs rationis moderamen necessario adhibendum est: & infra, sic discurrit: *Absit vt credamus illos coniuges in paradiso constitutos per hanc libidinem de qua erubescendo eadem membra texerunt impleturos fuisse quod in sua benedictione Deus dixit: crescite & multiplicamini & replete terram. Post peccatum quippe orta est hæc libido, post peccatum enim natura non impudens amissa potestate cui corpus ex omni parte seruiebat, sensit, attendit, erubuit, operuit.* Inferius adhuc, scribit idipsum quod ante concessimus, scilicet multiplicationem generis humani debuisse fieri ope coniugij, addit fuisse sexuũ distinctionẽ, &, quod Deus dicit, *erunt duo in carne vna*, intelligendum esse aut ratione corporalis coniunctionis, aut rationi originis & productionis fœminæ, quæ ex costa viri formata est.

Eos deinde refutat qui asserũt hominem, si non peccasset, geniturum non fuisse, quasi peccatum necessarium fuisset ad prolis generationẽ, quod delirium est prorsus reijciendum, ea tamen absurditate præsupposita, dicit, sequi necessario quod reuera duo primi homines, à Deo immediatè creati potuissent generare tot proles quot opus erat, & nihilominus pudendam illam libidinem non persensissent quæ modo nos infestat. Insuper postquam discurrit eodem loco, de motu concupiscentiæ carnalis, quæ non facile rationi acquiescit, & ad voluntatis normam se nõ accommodat, sed recalcitrat pro more suo contumaciter & præposterè, nullum superiorem agnoscens, ex quo fit vt homo sibi ipsi rebellis & contrarius constituatur coactus, nolit velit, tolerare, quod penitus nequit effugere; hæc eloquitur. Hinc reuisum hanc repu-
Idẽ. 4X. gnantiam, hanc voluntatis & libidinis rixam, vel certè ad voluntatis sufficientiam, libidinis indulgentiam, proculdubio, nisi culpabilis inobedien-

dientia plecteretur, in Paradiso nuptiæ non haberent, sed voluntati mēbra illa, vt cætera cuncta seruirent. Hic igitur lector, considera & disce, inordinatum illum carnis appetitum naturalem non esse, sed peccati interuētu prouenisse, quod sua itidem pœna comitata est. Quod cum ita sit, homini illa nil nisi miseriam adferre potest. Ex arbore mala fructus improbos nasci oportet, quantumuis palato nō sint ingrati. Secedat igitur hinc & obmutescat vel coactus, carnalis ille tenebrio qui tā temerarius & arrogans fuit, vt cogitare & dicere nō formidauerit, vitam veneream in bonis esse numerādā, & eius priuationē ærumnis abundare. Sed hæc sufficerēt & huic homini carnali satisfactum crederem, cui palynodiam potius canere suaserim; ni quispiā mihi obijcere posset, quid igitur & sanctitas, & bonitas matrimonij efficiat, an non omnem maculam & præsumptionem malitiæ quæ cōmitti posset, tollit? an nō dicit Apostolus, matrimonium est honorabile & thalamus immaculatus; si ita res habet, omnia igit' oblectamēta *Hebr. 13.*

quæ in matrimonio reperiuntur, culpa vacant, nec reprehensionem aut vituperium merentur. Solę itaque voluptates illæ carnales, quæ ex stupris, adulterijs & huiusmodi spurcis, & obscœnis libidinibus eliciuntur, infœlices & miseræ vocabuntur; vt & illæ quibus abutuntur coniugati, qui excedunt limites honestatis, diuinam Maiestatem mortaliter offendẽtes: at his demptis, in omni alia coniugali recreatione honesta, prorsus confido abesse mali suspicionem, & consequenter nihil reperiri non expetendum. At ego his itidem sum responsurus, sed in subsequenti capite, ne hoc plus æquò amplificem.



C A-

CAPVT III.

Intemperantiam carnis, in qua mundani fœlicitatem suam ponunt, non esse miserijs vacuam, vel in ipso matrimonio.

HOmines, vulgo, carnalia potius quam spiritualia appetentes, interdum quoad coniugia, opinionibus, abducuntur valde erroneis & periculosis, quas quia in vnum conglobatas facile declarare non possum, eas ampliori & planiori indagine perlustrē necessum est. Tribus omnino modis potest quis carnales suas petulantias exercere; aut extra matrimonium per fornicationē & act⁹ illicitos; aut in matrimonio, prefixos à natura limites excedens; aut in eodem præfixis quidem limitibus consistens, intentionem tamē & affectionē suam principalem ad carnis illecebras referens. His omnibus & singulis modis hominem exorbitantem, assero, non tantū aliquo bono non affici, sed & miseriam grauiorem vel leuiorē pro quantitate delicti incurrere; quod lubens fatebitur is qui

accuratè meis dictis aurem accommodauerit. Nam an in rebus bonis & expetendis numerabimus obſcœnam illam voluptatem, quæ inuenitur in adulterijs, fornicationibus, & huiuſmodi peccatis execrabilibus, quæ committuntur ad ſatienda carnis deſideria, ſic templum Dei polluendo (cum in nobis habitare dignatus ſit) ſpurca illarũ contrectatione, quæ turpiſſimam ſui corporis copiam facientes ipſumq́; violantes omnem etiam legem ciuilem, diuinam & naturalem violant! an ignoramus eos qui brutali huic libidini, & libidinoſæ brutalitati ſeruiunt, eſſe volucres, quę ob id quod quatuor pedibus incederent, à lege immundæ & abominabiles iudicabantur? omnis auis quadrupes vobis erit abominationi. Chriſtiani omnes, volucres dicuntur, qui alis fidei & rationis in altum volare, & cœlos verſus ferri debent, vt eleuentur, & nunquam humi ſtertant: ſi
Leuit. 11. vero inſtar quadrupedum terras incolere propoſuerunt mediante vita carnali & libidinoſa, corã Deo abominabiles efficiantur, ideoque iuſte con-

cõdemnationẽ incurrent, vt dicit Apostolus, *Deus fornicatores & adulteros iudicabit*: alio loco, *ne seducamini, inquit, nam nec fornicatores, nec idolorum cultores, nec molles, nec adulteri possidebunt regnum Dei*. Hinc liquido constat quam tales homines miseri sint & infœlices, in quos Deus iam sententiam protulit, quam in albo conscientiæ suæ, vt cauterium, descriptam ferunt. Ad hoc etiam propositum, Sapiens, illustre profert testimonium, qui loquens de homine venereo, & castitatis prodigo, *quicunque*, inquit, *reiecerit sapientiam, infœlix est, & vana spes eius, labores ipsius erunt sine fructu, & opera inutilia*. Nam poculum sensualis voluptatis, quod carnales tam auidè ebibunt, eoque inebriari volũt, simile est circæo illi, homines, dementanti, quod

Hebr. 13.

1. Cor. 6.

Sapien. 3.

Questus, tristitiam molestiasque,
Miscet calliditate, fraude, technis.

Plaut.

Addit sapiẽs, ex hoc infœlici viuendi modo, nõ solũ viros acerba pænitẽtia duci, & sũmo dolore serius vel citius

affici; sed etiā mulieres illas quibuſcum deliquerunt; & tam latè interdū ſerpit huius mali pernicies, vt etiam in liberos ex tali inhoneſta copula ſuſceptos redundet. *Fœminæ eorum ſunt*
Sap. 3. *fatuæ,* inquit, *& inſenſatæ. & liberi eorum nequiſſimi*, huic concordat quod vulgo gallicum quoddā Prouerbium dicit, ſi malè ſe habeant, id naturale ipſis euenit, ſi bene contingenter fit. Præterea huius vitij effectus eſt, vt corpus perpetuo quaſi ergaſtulo contineat, intellectū clauis quaſi trabalibus immotum affigat, memoriam offuſcet, & volūtatem valde tepidam, & in deteriora procliuem reddat. Hamum verò ſemel admiſſum difficulter euomere quis poteſt, ſiquidem inteſtinis adhæreat, & amor voluptatis, animæ noſtræ virus, mentem iam ſtupidiorem & cœcam conſtituerit. En quam infœlix & exitialis ſit voluptas illa carnalis quę lege diuina prorſus inhibetur. At delicias has infœlices & inauſpicatas ſi bene conſideremus, nonne manifeſtum eſt, quanta fœlicitate cumulentur Virgines & Continentes, quia huiuſmodi peccata deteſtanda,

ſtanda, cane peius & angue fugiunt? Verum enimuero, examinemus nunc quænam illa ſit voluptas, quæ naſcitur ex coniugali thalamo naturæ leges & rationis limites excedente; quas itidem ærumnas obſcœna illa ſpurcities quantum ad ſe conciliet. Tam deprauatæ ea eſt indolis & malitiæ, vt hominem à Deo deſeri & reijci faciat, ita vt ignominioſè ſubijciatur potentiæ & tyrannidi paſſionum & appetituum ſuorum inordinatorum qui in dies maius crudeliuſue dominum contra eum vſucapiunt. Hæc olim calamitas Paganos quondam & infideles inuoluit, vt teſtatur Apoſtolus dicens. *Propterea traditi fuerunt Paſſionibus ignominiæ; nam fœminæ eorum vſum naturalem immutauerunt.* Concupiſcentia etenim freno non coërcita, eo magis aduerſus rationem obnititur, quò intentius in operatione ſua prohibetur; ideoque Apoſtolus Chriſtianos erudit his verbis: vnuſquiſque ritè poſſideat vas ſuum: id eſt, corpus ſuum ſanctè & honeſtè ſeruet, nec ipſum laxet in paſſiones & deſideria, vt Pagani Deum ignorantes faciunt,

Rom. 1.

1. Theſſ. 4.

delicias & voluptates corporis immoderatè appetentes & ad eas furibunde anhelantes. Nonnullos etiam hodierna die reperias ignorantes & carnales, carnis illecebris tam strictè mancipatos, vt opinentur in matrimonio nihil non licere; sed toto cœlo errant, vt ij qui Deum ignorant. Quocirca S. Augustinus loquens de ijs qui in coniunctione à Deo instituta, non quærunt prolis suscipiendæ sanctam benedictionem, vt suo loco liberos Deo obsequentes substituant, sed brutalem delectationem & infamem voluptatem spectant impedientes generationem aut eius fructum suffocantes: *Prorsus si ambo tales sunt*, inquit, *coniuges non sunt. Et si ab initio tales fuerunt non sibi per connubium, sed per stuprum potius conuenerunt. Si autem non ambo sunt tales audeo dicere, aut illa est quodammodo meretrix mariti, aut ille adulter vxoris.* Sed, amabò quænam hæc fœlicitas, quæ coniugatos tam contemptibiles reddit, & prosternit in statum adeo vilem, sordidum & ignominiosum. Fœlicitatem potius vero nomine e-

Augu. de nupt. & concub. c. 15. libr. 2.

am ampellemus qua beantur virgines, quæ superiori illi in SS. Scripturis opposita, digito quasi demonstratur honoris causa, & publicè fœlix & gloriosa deprædicatur. *Hæc est quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum.* Sapient. 3.

Verum enimuero, quid concludemus de delectatione, quæ in matrimonio quæritur & percipitur sine vllo excessu, aut proprij vsus transgressione, an non aliquid fœlicitatis, & licitæ voluptatis inesse fatebimur. Ad illud in primis dico, plus doloris quam recreationis reperiri, qui ex coniugio proficiscatur, seu vt planius loquamur, voluptas corporis breuibus terminis circumscribitur, & momentaneæ durationis est.

Sed occupationes & molestiæ superuenientes in enitendis, alendis & educandis pueris, quanta ærumnarum mole coniugium prægrauent, vix dinumerare possemus.

Secundo dico, quod quamuis in

matrimonio honeſtatis & pudoris limites non excedantur, ſi tamen in eo voluptatis titillationem primariò & principaliter quæramus, tantum abeſt vt talis actus aliquam fœlicitatem adferat, cum ſummæ etiam miſeriæ particeps videatur. Mẽtiar, ſi quantum huic propoſito ſatis eſt, luculentas probationes non adducam. Scopum quadruplicem in actu coniugali reperimus, nempe prolis ſuſceptionem, debiti redditionem, incontinentiæ remedium, & laſciuiæ exercitium, qui finis eſt de quo nunc tractamus. Primos tres fines quod attinet, copula coniugalis omni culpa vacat, adeoque laudabilis eſt & meritoria, non itidem ſi in eo brutalem duntaxat voluptatem ſpectemus. Huius meæ aſſertionis fidem vt faciam, S. Auguſtinum in teſtẽ producam, is de triplici illo fine actus coniugalis in hunc modum loquitur; *Concubitus necessarius causa generandi, inculpabilis & solus ipse nuptialis est. Ille autem qui vltra istam necessitatem progreditur, iam non rati-*

August. de bono coniug. ca. 10.

rationi, sed libidini obsequitur. Et hunc tamen non exigere sed reddere coniugi, ne fornicando damnabiliter peccet, ad personam pertinet coniugalem Si autem ambo tali Concupiscentiæ subiguntur, rem faciunt nō plane nuptiarū. Hæc S. Augustinus, ex cuius mente manifestè discimus, quod, spectare in hoc negotio principaliter voluptatem corporis, matrimonio nō cōgruat; nec rationali creaturæ proprium sit, sed ab ea prorsus alienum, & animali irrationali consentaum.

Nemo conclusionem hanc nostram sinistrè interpretetur; nam idem ille Doctor alio loco præposteram illam intentionem, & effrænatam affectionem, bestialem coniunctionem appellat, dicens: *Copulatio maris & fœminæ generandi causa, bonum est naturale nuptiarū, sed isto bono malè vtitur, qui bestialiter vtitur, vt sit eius intentio in voluptate libidinis, non in voluptate propaginis.* An non hæc conclusioni nostræ sunt conformia? hanc igitur coniugalem societatem inire oportet,

Aug. de nup. & conc. c. 4.

ter, cum respectu, reuerentia & bono fine

Nam Deus & natura certos coniugio limites præfixerunt; quos necessitatis & honestatis fines amplectuntur. Quo igitur pacto statuemus quod effrenis illa voluptas fœlicitatem aliquam procuret, siquidem pecudibus propria, & à matrimonio sit aliena? cui consequens est, ne status iste prætextu carnalis illius voluptatis virginitati præferatur; quia talis libido insignem bonitati & sanctitati coniugali notam adferat, nedum fœlicitati & bono adscribatur. Hoc excessu considerato, Tertullianus actum coniugalem vocat *communem contumeliam, & omnimodam confusionem*. Eadem ratione motus Sanctus Hieronymus explicās illud Apostoli, *bonū est homini mulierē non tangere*, id si verum est, inquit, mulierem igitur tangere malū est. At Sanctus Doctor hoc loco nō intēdit matrimoniū esse malū, bonum quippe & sanctum, sed vituperat actū intēperātiæ in eo commissæ, qui carnalem voluptatē prin-

Tertul. li. de veland. virg.

Hier. Iouin.

principaliter respicit; sic alibi seipsum declarauit, hoc ferè modo. Nemo miretur, inquit, quod sic de illo actu intemperantiæ loquamur, quia is nec naturalis, nec matrimonio proprius est, sed morbus est, in eodem & ægritudo.

Huic sentētiæ subscribit Apostolus disertis verbis inquiens. *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt sciat vnusquisque vestrum membra sua possidere in honore & sanctificatione, & non in morbo desiderij*, hoc modo legit & explicat Sanctus Augustinus; quamuis in vulgata versione, legatur, *in passione desiderij.* 1. Thess. 4

Si igitur in coniugio actus intemperantiæ & incontinentiæ sint actus passionis, & morbi effectus ex iniuria & confusione illiciti, actus deniqui vitiosi & culpabiles, quis afferat in ijs bonum huius vitæ esse collocandum? imò quis potiùs non condoleat istis febricitantibus, qui secum perpetuò infirmitates & ægritudines suas circumferunt? *Tribulationem carnis habebunt eiusmodi.*

Hic

Hic ergo apparet falsa opinio, & fatua persuasio mundi, & carnis ipsi affinis qui cœnoso & lubrico loco basim fœlicitatis superstruit. Qui itaque à Deo id consequuti sunt, vt flagrent desiderio consecrandi, & conseruandi corpus suum in omni puritate & castitate, nullis machinis à tã pia voluntate dimoueri se permittãt, nec vnquam à suo sancto proposito vel latum vnguem discedant. Nam magna planè est in hac vita fœlicitatis portio, integrum & immunem esse ab omni brutali & terrena affectione, & sensuales hos actus ignorare, quos aliqua perpetuo miseria, pudor, damnum, querimoniæ & cõfusio comitatur.

Capvt IV.

Quomodo intemperantia in Matrimonium subrepat, & vnde proficiscatur.

NOnnullos esse crediderim, qui doctrinam hanc nostram sinistrè interpretantes, querelam contra nos & SS. Doctores instituãt, eò quod minus

nus honorificè loquamur de copula coniugali, non fine præiudicio, vt, videtur, matrimonij, sed cum diminutione bonitatis eius, quod fuit à nobis huc vsque, & nunquam non commẽdatum erit, vt sanctum bonum & laudabile. Verùm accuratius rem considеranti, facilè patebit, nemini ex dictis nostris offendiculum præberi. Indubitatum enim est, quin prędicta intemperantia ex incontinentia in matrimonio mala sit & cum peccato cõiuncta, non mortali quidem sed veniali.

Sic tenent vulgo Doctores omnes locum illum Pauli explanantes, vbi Apostolus ei qui se continere nequit, licentiam dat supprimendi & sopiendi ardorem carnis, mediante vsu matrimonij, ne fortè in grauius peccatum prolabatur, sic ergo consulit; *hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.*

Qui vero rationem ignorat, cur præfata incontinentia, peccatum dũtaxat veniale sit non mortale, sciat hoc fauori & gratiæ matrimonij datum esse: nam virtute tanti sacramẽti,

Aug. lib. de nup. & conc. c. 14 lib. de bo. coniug. ca. 6. & 9. Hieron. cont. Iou. Gregor in pasto admon. 23, Tho 4 d. 16. ar 4. Hugo lib. 2. de sacram p 11

ti, ignis incontinentiæ reprimitur & tepidior efficitur. Adeoque sicut in omni delictorum genere plerumque fit, vt obiectum leuius, circa quod delictum versatur, & ipsius actus imperfectio, peccatum quòd aliàs mortale futurum erat, veniale efficiat; eodem modo in hac materia contingit. Carnis igitur ardorem mitigari, & in cõiugio minus culpabilẽ asserimus tribus de causis.

Prima est, quia hic actus incontinentiæ, licet in se malus sit & minus cum honestate coniunctus, tamen vbertate bonitatis matrimonij, bonus & honestus existimatur: siquidem ex tali actu interdum euenire videmus, vt puer aliquis enascatur.

Secunda ratio est, quia sanctitatẽ, bonitatem, & gratiam sacramẽti huius, pij coniuges tam efficacem experiuntur, vt in ipsis effrenata carnis libido temperetur, & flamma sensualis, quæ latissimè antea diffundebatur, intra sphæram suam sese contineat.

Tertiam rationem adferunt, quod matrimonij fidelitas, superfluam, & exube-

exuberantem incontinentiæ malitiam rescindat, & euagantem coerceat; nam hoc ipso alter alteri debitum reddit, quod iustitiæ præceptis consonat; & eatenus efferuescentis concupiscentiæ ardor tepet & extinguitur: vnde fit, vt ob prædictas tres rationes actus ille aliàs peccato mortali obnoxius, in coniugio venialem duntaxat maculam aspergat. Hoc documentum ex sancto Augustino deprompsimus, qui & hunc effectum pro quarto matrimonij bono recenset, vltra illa quæ ipse numerauit, de quibus nos etiam supra meminimus. Itaque in gratiam matrimonij actus iste peccato veniali adnumeratur, id est venia dignus iudicatur, nec huic ignoscendo Deus adeò difficilē se præbet, motus fauore & contemplatione matrimonij.

Augu. de bon. cõiug. c. 3. & de nup. & cõcub. c. 14.

At duplex hic dubiũ oritur; in primis, actum intemperantiæ, de quo disputamus, nullatenus peccato affinem videri: nam si matrimonium bonum esse concedimus, quo pacto eius exercitium vlli peccato obno-

obnoxium contendemus. Secundo talem actum cum permissu Apostoli fieri, vix negetur, nam ipse loquens de incontinentibus, *vnusquisque suam vxorem habeat*, inquit, *& vnaquæque virum suum*: huius itaque rei si authorem Apostolum agnoscimus, peccatum inesse non credemus.

Ad primum dubium respondens, fateor matrimonium, & eius exercitium in bonis esse, sed bonitatem restringo, ad vsum naturalem, matrimonio non abhorrentem, & ritè ordinatum, qualem esse dicimus cum, quò quis id maximè spectat, vt sobolem suscipiat, & eum etiam, quo fide, vtrinque data conseruatur; sed in hoc genere excludimus actum meræ intemperantiæ, siquidem actus huiusmodi, statutos coniugio limites transiliat, nec illam propriè cum eo affinitatem habeat, vt supra probauimus, imò potius ipsi superfluus & noxius inueniatur.

August. de nupt. & côc. c. 14. Sciscitanti nunc quomodo illa pernicies, & vndè coniugio aduehatur, respondeo vnà cùm sancto Augustino, eam non è coniugio profluere, nec ipsum

psum tam monstroso partu esse dehonestandum.

Matrimonij voluptas, inquit, non propter nuptias cadit in culpam, sed propter nuptias accipit veniã. Quocirca etiam hinc sunt laudabiles nuptiæ, quia & illud quod non pertinet ad se, ignosci faciunt propter se. Nam immoderatus ille ardor originē trahit ex lapsu primi hominis. Et in pœnam culpæ ipsius in posteros continuatur: quod quidem malum licet in coniugio reperiatur, nihil tamen ex ipsius bonitate decedit. Nam quandoquidem matrimonium Deus instituerit ad naturæ propagationē, & ipsum postea Christus specialiter approbauerit, cõfirmauerit, pręsentia sua corporaliter honorauerit, & gratia cum spiritualitũ sacramētali cumulauerit tanta eius est vis, vt voluptas carnalis ipsius fauore in peccatũ veniale transmutetur, nedũ illud à voluptate carnali deterius constituatur. Alio quodã loco, idem Doctor hæc omnia elegãtissimè explicat, inquiens. Illi reuera turpiter errant, qui cum vituperatur libido carnalis, damnari nuptias opinan- *Augu. d bon. cõiug. c. 14.*

nantur, quaſi morbus iſte de connubio ſit non de peccato. Nonne illi cõiuges primi quorum nuptias benedixit Deus, nudi erant, & non confundebantur. Cur ergo ex illis membris confuſio poſt peccata, niſi quia extitit indecens motus, quem niſi homines peccaſſent, proculdubio nuptiæ non haberent. Hæc S. Auguſtinus. Cauſam igitur intemperantiæ S. hic Doctor matrimonio non adſcribit, ſed originali peccato adnectit; quamobrem alibi ſic loquitur. Quia ergo nec iſto adiuncto malo, perire potuit nuptiarum bonum, putant imprudentes hoc non eſſe malum, ſed pertinere ad illud bonum. Diſcernitur autem non ſolum ratione ſubtili, verum etiã vulgatiſſimo iudicio naturali, quod & in illis apparuit hominibus primis, hodieq; tenetur ab hominibus coniugatis. Quod enim illi poſtea propagatione fecerunt, hoc eſt connubij iugũ quòd verò prius confuſione texerunt, hoc eſt concupiſcentiæ malum, quod vitat vbique cõſpectum, & quærit putendo ſecretum. Proinde nuptiæ quia etiam de illo malo aliquid boni faciunt,

Augu. de nupt & conc. c. 7.

unt, gloriantur; quia verò sine illo fieri non potest, erubescunt. Hæc S. Augustinus, pulchrè institutum nostrum confirmans.

CAPVT V.

Nonnullæ similitudines adferuntur, quibus in planiorem prædictorum cognitionem deueniamus.

Operæpretium esse arbitror, vt similitudines aliquas obseruatione dignas recenseã: quas idẽ Doctor nõ alienas à proposito nostro allegat. aliud est, inquit, quodã loco, de nuptiis loqui, aliud de ijs qui nuptijs abutuntur, absq; debita moderatione & sancta intentione. *Neq. enim si agris iniquè ac perperam inuasis ita quisque vtatur, vt ex eorum fructibus largas eleemosynas faciat, ideo rapinam iustificat. Neque si alius ruri paterno vel iusti quæsito auarus incumbat, nec tyrannicæ factionis peruersitas laudabilis erit, si regia clementia tyrannus subditos tractet.* Sic quamuis contingat inter coniuges nonnullos reperiri qui in ipso matrimonio exorbitent, nec debita intententione & moderatione vtantur, nihil tamen inde bono matrimonij decedit, sed ipsum absq; detrimẽto cõtinuari exploratum est. Ad-

Adhæc alibi idem Doctor sic loquitur. *Quod cibus est ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem generis, & vtrumq; non est sine delectatione carnali.* Quocirca, si delectationem in cibo & potu positam, nimis auidè ex appetitu immoderato quæramus, meritò redarguemur, & talis actus est reprehensibilis, vt actus itidem coniugalis, si rationis limites transiliat. Verùm sicut is qui honestè & sobriè sumit refectionem, si delectetur, id ipsi vitio non vertitur; si is qui actum matrimonij consummat, si decenter & moderatè id fiat, extra omnem culpæ & luxuriæ suspicionem positus est. Ideoque, quod est in sustentanda vita illicitus cibus, hoc est in querenda prole fornicarius vel adulterinus concubitus. Et quod est in luxuria ventris & gutturis illicitus cibus, hoc est in libidine nullam prolem quærente illicitus concubitus: quæ peccatum veniale dicitur: Hæc Sanctus Augustinus; ex quibus liquet, malum incontinentiæ ex coniugio non proficisci, sed ex coniugibus immediatè, qui bono quod habent, vtuntur præpostere. Huiusmodi homines

Augu. de bon con. c. 16.

mines non inconcinnè claudis comparauerimus, qui negotia aliquot pulcherrimè expeditum vadunt, sed claudicando; nam quemadmodum opus à claudo executum, deterius non fit ob claudicationē corpori eius inhærentem; nec incessus ipsius cespitans & incertus firmior & stabilior redditur ob operis rectè executi perfectionem; eodem modo coniugium ob vitia coniugum nullo dedecore affici debet, nec vitia vnquam purgātur per coniugij sanctitatem. Quis nunc tam perfrictæ frontis erit vt asserat, in coniugio hominem carnis titillatione in hac vita beari, cum voluptas illa per se adeò sit spurca & & dedecens, vt vel in ipso matrimonio, auidius & intentione principali vsurpata, in rebus illicitis & minus bonis numeretur?

Hæc omnia confirmari audiemus, in exhortatione quadā Sancti Gregorij ad coniuges facta, hoc ferè sensui: Circumspectè agānt coniuges. & suscipiendæ prolis se meminerint causa coniunctos: & cum immoderatæ ad- *Greg. 3.p. Pastor. ad mon. 28.*

admixtioni ſeruientes propagationis articulum in vſum transferunt voluptatis, perpendant quod licet extra non exeant: in ipſo tamen coniugio coniugij iura tranſcendunt. Vnde neceſſe eſt vt crebris exhortationibus moneantur, vt deleant quod pulchrã copulæ ſpeciem admixtis voluptatibus fœdant. Hinc apertè demonſtratur carnalem illam voluptatem quã ſenſualis ille homo in bonis rebus & expetendis numerandam eſſe ducit, abiectam, vilem & miſerabilem debere cenſeri. At hic mihi quiſpiam crambem recoctam obtrudere volẽs, ea quæ capite præcedẽti per modum controuerſiæ adduximus, iteratò obijciet; nempe, ſi ab Apoſtolo facta eſt poteſtas nuptialis copulæ, ijs qui ſe continere nequeunt, minimè dicendum eſt coniuges in hoc ipſo exercitio quicquam delinquere; Reſpõdeo; locum Apoſtoli dictis nihil prorſus obſtare, nec documentis noſtris aduerſari. Nam vt eleganter notauit S. Gregorius, S. Paulus illo loco, medicum agit, nec benè valentibus remedia præſcribit, ſed valetudinarijs: adeoque

Greg. 3 p. paſto. ad. mon 28

eoque mens eius non eſt, in ſolido virginitatis fundamento ſtantes ſuſtentare, ſed febricitantes & caſui proximos monet, vt lecto ſe componant, ne in ſaxum decidentes lædantur, cuius quidem rei, ſi decumbant, tantum non reformidatur periculum; quin etiamſi Apoſtolus, ſenſuali voluptati frenum laxaſſet coniugio tenus; tamen eam confeſtim reſtrictam ab eodem conſtat dum addit. *Hoc autem dico ſecundum in lulgentiam, non ſecundum imperium*: vbi declarat, quibus, & quare facultatem illam concedat; ijs nimirũ qui nequeunt, ſeu potius non volunt ſe voluptatibus illis abdicare, ne nimia corporis imbecillitate vel puſillanimitate, in peccatum fornicationis ruant præcipites, aut in abyſſum profundiorem demergantur. Si quis itaque coniugalem ſtatum elegerit, vtatur coniugio, ſub authoritate & conuenientia legis diuinæ, vt concupiſcentias ſuas reprimat, & in carne efferueſcentes extinguat: hic verus eſt ſenſus & interpretatio verborum ab Apoſtolo prolatorum. 1. *Cor.* 7.

Circa hoc propositum lector beneuolus non grauabitur obseruare insignem conceptum Doctoris præallegati. Is refert in historia quæ de Loth perscribitur tres hominum status diuersos figurari: puta, conditionem eorum qui extra coniugium libidinosè viuunt, deinde statum & qualitatem quorundam carnalium qui in ipso matrimonio, circa hunc actum intemperatè exorbitant; vitæ virginalis institutum, eorum qui ætatem suam castè traducunt, & corpus animúmque ab omni libidinis æstu sartam tectam conseruant. Cum Deus, decreuisset, inquit Sanctus Gregorius, Loth virum probum ab incendio eripere,

Greg. ibid. quòd e cœlis demissum, Sodomam & Gomorrham erat perditurum, eum alloquitur, dicens, *in monte saluum te fac*; id est, egredere confestim Sodoma, & si tibi consultum velis, ad montem proficiscere; cui Loth respondit: Quæso Domine mi, est ciuitas hæc iuxta ad quam possum fugere, parua, & saluabor in ea: nunquid non modica

Genes. 19. est, & viuet anima mea? dixitque (Dominus

minus) ad eum, ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, festina, & saluare ibi.

Trium hic locorum mentionem fieri videmus, Sodomæ, paruæ ciuitatis nomine Segor, & Montis. Sodomæ æquiparantur illi qui extra matrimonium in sordibus venereis volutantur, aut in ipso matrimonio naturales diuinasque leges pessundant, qui status reuerà est reprobatus, & meritò vltricibus è cœlo flammis expiari deberet.

Parua ciuitas Segor ad quem Loth incolumem se recepit, statum coniugalem denotat, quæ est ciuitas quædam à Deo condita, & olim in lege antiqua pactum quoddam naturale fuit, & remedia à natura traditum ad humani generis propagationem, à Deo etiam institutum & benedictum scimus, & in lege gratiæ inter Ecclesiæ sacraméta relatum authore Christo quem denuò confirmauit, & corporali sua presentia cohonestauit; verum status hic angusta admodum ciuitas est, si eum cum statu virginitatis

conferamus, qui ciuitatis amplæ, diuitis, nobilis & magnificæ speciem refert, de qua non immeritò dicere possumus cum Propheta regio, *gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei*; item, *diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Iacob*. Segor verò ciuitas parua, respectu eorum qui in coniugio intemperatè & incontinenter viuunt, Sodomæ vicina dicit.

Væ Segor, nimium Sodoma vicina!

Quam facilè, & periculosè coniuges à finibus honestatis exorbitant, nisi maturè huic malo obuiantes, Deum sibi ob oculos semper posuerint, & in ipsum omnem intentionem & affectiones suas retulerint, eius finis consequendi gratia qui matrimonio verè præscribitur. Quocirca qui in coniugio minus decenter se gerit, Sodomæ vicinus est, & ni benè circumspiciat, metuendum est ne iisdem flammis inuoluatur. Verum enim verò, quis modus effugij aperitur? maturandum est iter, in Segor non est habitandum, sed vlte-

vlterius ad montem pergendum; huius consilij author nobis est Deus ipse, qui in persona Loth, consulit quatenus ad fastigia montium confugiamus, *in monte saluum te fac*, inquit prudentissimus ille Consiliarius. Te itaque Deus compellat ô Adolescens nubilis, cuiuscunque sexus, tibi Deus prospectum volens, hortatur vt ad montem virginitatis vel continentiæ te recipias, ibi pedem constantem figere monet, ni graueris aut refrageris, nam inuitum neminem cogit. Exactius rem perpende, illuc saluus & incolumis, quietus & immunis morabere sub vmbra diuini fauoris, & cœlestium influentiarum.

HOC in monte blandus leniter aspirat fauonius, aura est saluberrima, cœlo aperto, & rutilo frui licet; tempus vernum nunquam inde discedit, omnia virent, florent omnia, rosarum & violarum odor latè diffunditur, hinc vapores fumosi, & fœtidæ exhalationes relegantur, nec huc è cœlo

imber sulphureus mittitur, siquidem locus iste, abest ab infami Sodoma quam dici aut excogitari potest remotissimè, ô sanctum fœlicemue collem: o præclarum domicilium, & situm insignem, in quo illustris & excellẽs virginitatis status col ocatur. Si luberet, optat Deus vt vnusquisque in montem isto saluti suæ consulet: *qui potest capere capiat. Ne stes in omni circà regione, sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas,* inquit Dominus; permittit ipse tamen, vt te in Segor, ciuitatem paruam recipias, puta in statum con. iugalem, si Samora consilia non sequeris, sed in via virginitatis langues & deficis: & consequenter iussit, vt data tibi optione, Angelus diceret, *vade & salua re in ea,* supple in statu cõiugij, quod liberè amplecteris, Apostolus eodem modo, humanam fragilitatem respiciens, *vnusquisque suam vxorem habeat,* inquit, *& vnaqueque virum suum:* vt si concupiscentia quę hominẽ interdum è statu suo dimouet, impedimento sit quo minùs actionem suam in Deum referat, saltem vaga libidine

Genes. 1 ;.

bidine non auferatur, sed intra coniugalis pudicitię limites contineatur. Nam quemadmodum longè consultius fuit in paruam illam ciuitatem se recipere, quam ignibus in medijs persistere; sic sanioris est consilij nuptias contrahere, quam in flamma spurcissimæ luxuriæ & peccati execrandi disperire. Notandum tamen est, quod addit Apostolus *hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium*, quibus verbis nil aliud insinuat Apostolus, nisi quod simpliciter in casu necessitatis, nuptiarum contrahendarum potestatem faciat, non etiam idipsum in vim legis aut voluntatis præcipiat.

Ea propter, quotiescunque contingit hominem in actu isto consummādo voluptatem potius carnalem spectare, quam verum matrimonij finē; sciat se habitare in Segor quæ Sodomæ adiacet; & sicut Deus ad instantiam Loth, ipsi in Segor fugere permisit; sic Apostolus humanæ fragilitatis considerans, matrimonij illum permisit, quasi baculum in lubrico præ-

bens. Verum Deus ipse, & Dei Apostolus optant ex añimo, vt secedas remotius, & domicilium figas in monte virginitatis & continentiæ; *in monte saluum te fac.* O sacrosanĉta virginitas, ô perpetua & intemerata castitas, tu verè mons es refugij, & certissimũ salutis asylũ? tu ex incẽdio Sodomitico erepta es, tu intaĉta es à turbidis exhalationib. & flãmis ęstuãtibus, ciuitatum illarũ, in quas Deus irę suę iacula contorsit, & indignationis suę fulmen euibrauit. Procul etiam sita es à parua ciuitate Segor, quæ quamuis & itidem refugio sit, periculis tamen est obnoxia, ob vicinitatem Sodomæ, ciuitatis illius infœlicis & execrandæ. At illius verò fœlicitatem & quietem nihil accedere posse arbitror, qui animo generoso contendens, ad montem virginitatis & continentiæ peruenit, cuius apex in polum euehitur, & in cœlo empyreo collocatur.

Illi vna cum sanĉto Petro in monte Thabor, posito inclamare licet; *bonum est hic nos esse.* Beatus omnino est ille,

S. Ephr. de beat.

ille, inquit S. Ephrem, qui in terris eam integritatem seruare studet, quā seruat in cœlis Angelus; qui hic in corpore materiali, & à terrena concretione necdum libero, cœlestem nihilominus Seraphim ęmulatur; qui in hac vita hoc maximè curat, vt sanctis cogitationibus & desiderijs imbuatur, & corpus animamue ab omni spurcitie illæsam custodiat. Beatus homo qui virginitatis castra sequitur; beatus qui pro continentia militat; beata mens pura, nitida, & omnis expers veneris; beatus qui corā Deo ambulat excussis curis secularibus, & qui pompæ & vanitati mundanę renunciau:t; beatus qui sanctis pijsue moribus instrui desiderat, & exercet se in veræ & perfectæ pudicitiæ & castitatis obseruatione, quia hoc pacto, certa cum fiducia lauream cœlestis fœlicitatis expectare potest.

APAGE hincigitur, quisquis libidinis assentator es, nemo effœminatis illis & delicatulis voluptatum sequacibus adstipulatur; sed potius fauorem & honorem huic virtutum

Reginæ deferamus, & Dominæ huic locupletissimæ, nempe sanctissimæ virginitati, quæ non modo, ob absentem Subrancidæ, carnis voluptatem, nescio quam, cui vltro & libenter in honorem Dei renunciat, miserabilis dicenda non est & ærumnosa, sed verius, tota nobilis & veneranda, bono, honore, & fœlicitate affluens; aspectu tam decora, vt si eius faciem, & natiuam pulchritudinem intueri possemus, nos confestim in sui amorem abriperet, & maximam voluptatum nauseam generaret, quas mundani tam perditè colunt.

Sileant igitur nunc & obmutescāt homines isti ad suas voluptates nati, suis desiderijs subiecti, & sensuali concupiscentiæ addictissimi, vera suæ carnis mancipia, quæ conclusiones nostras retrectare, & documentis obstrepere attentarunt. Illi propriè infœlices habendi sunt, muscarum imitatores, qui turpido acido, & non defæcato vino delectantur, lympidum, dulce, & purissimum respuentes,

ſpuentes, nempe caſtæ & continentis animæ delicias. Si corpus eorum, animæ diem diceret, & ad damni reparationem coram arbitro, peremptoriè citaret, verendum eſt, (vt olim dicebat Democritus) ne illi inſignis mulcta imponeretur. Et hæc quidem illorum homuncionem garrulitatem cōpeſcendam ſufficere videntur; tamen vt lucidius demonſtretur, quantum verba ipſorum à veritate adhorreāt, adducam in medium authoritatem & ſententiam à S. Martino quondam prolatum propoſito noſtro conuenienter, vt ſcriptum reliquit Seuerus Sulpitius in dialogo ſecundo vitæ ipſius, vbi narrat quomodo iter quoddam conficiendum ſuſcepiſſet Sanctus ille Epiſcopus francicæ gentis ornamentum: cumque in medio prato conſpiceret boues herbis virentibus vno loco paſci, alio loco ſues herbis fœdatis turpiter abijci atque proſterni, alia vero eiuſdem prati regione locum quendam ſupereſſe, qui nec bobus, nec ſuibus fuerat peruius aut aliquo modo attritus, Sed

Seue. Sul. Dial 2. de virtut. B. Martin.

adhuc virefcebat, iucundus, oculus amœnus & fexcentis floribus elegantiſſimè diſtinctus; cum inquam Epiſcopus ille ſanctiſſimus hæc conſpiceret, & tum corporis, tum animæ oculis attentius conſideraret, in hæc verba erupit; locus ille in quo boues paſci cernitis, ſtatus coniugalis vitã repræſentat; nam quamuis in eo herbę non penitus emarcuerint & ſint arefactæ, tamen de natiua ſua pulchritudine & primęuo virore multum remiſerunt, flores peſſundantur, & herbæ detonſæ ſunt. locus verò ille alius, quem à ſuibus quadrupedum ſordidiſſimis & immundiſſimis deturpatum conſpicitis, non incongrue, obſcœnũ & turpe fornicationis peccatum ſignificat. Verum planities illa viridior, quam nec pes cuiuſquam animalis attriuit, nec roſtrũ conſpurcauit, ſed varijs floribus cõſita, & ſuaues gratoſue odores emittens, oculis amœnum proſpectum reddit, illibatæ & perfectæ virginitatis decorem præfigurat. Nam vt illa arridet & abundat herbis virentibus & florum amœnitate, qui oculos mirificè recre-

ant; sic candidum illud pudicitiæ lilium, illustri specie omnem aliam pulchritudinem exsuperat; & rutilũ coruscantis virginitatis diadema, omnẽ aliam lucem suo fulgore obfuscat, siquidem gemmis & lapidibus preciosis vltra quam dici potest exornatum locupletatumque. O beatam pulchritudinẽ, & pulchram virginitatis beatitudinem, pulchritudinem diuino aspectu dignissimam, & ab angelico cœtu non abijciendam? quæ electa est è millibus vt in aula & comitatu filij Dei conuersetur, æternæ gloriæ particeps. Nihil in orbe reperiri aut excogitari potest, tantum, tam excellẽs, adeo pulchrum, quod huius virtutis formæ & excellẽtiæ comparari possit. Planum igitur & expeditum est quod quemadmodum ij turpiter hallucinantur, qui nullum inter fornicationem & matrimonium discrimen statuunt; sic illi toto cœlo errant, qui tantoperè statum virginalem deprimunt, vt eum cum matrimonio æquiparent, quamuis hoc bonum reuera sit nec ipsum omni honoris genere prosequendum inficiemur.

Men-

Mentionem itaque habiturus de ſtatu illo triplici quorum vnus reprobatur, alter permittitur, tertius nō modo approbatur, ſed ad eum etiam inuitamur, hanc diſtinctionem in prōptu habeat: nempe, quod matrimonium facile infirmitatum, exceſſuumue ſuorum facilè veniam conſequatur; virginitas honorificum & glorioſum ſcopum meditatur; fornicatio autem penitus reprobata, ſuos affectas æternis ignibus adiudicandos reſeruet, ni ad ſecundam poſt naufragium tabulam, pœnitentiæ ſacramentum confugientes, maturè à turpi deſiſtant inſtituto. Hæc S. Martinus, quibus hominem carnalem omnino conuictum reddit, & ore obſtructo, ipſi omnem vlterius abloquendi viam præcludit.




APOLOGIA.

Aduersus tertiam obiectionem, quae fundatur in mutuo solatio, quo coniuges in statu matrimonij perfruuntur.

Carnalium voluptatum assentatores, & in blandiloqui mundi castris stipendia facientes, visoq; quod turpissime repulsam passi sint, dum carnis irritamentis, arcam virginitatis inuadere attentarunt; aliam nunc quercum excutere moliuntur, & inuictissimum virginitatis propugnaculum alijs machinis verberare statuunt, vt tandem (Si liceret) eius moenia labefactent, & ipsius excubitores vigilantissimos stationem deserere compellant, quatenus eorum fama & existimatio apud omnes male audiat vel saltem diminuantur. Aiunt itaque tetricum & miserum videri, vt vir mulieris, mulier viri consortio destituatur, nec fieri id commode vt alter alterius careat adminiculo; Irrefragabilis huius conclusionis veritatem adstruunt, ex verbis iactum post creationem primi hominis prolatis ab ipso Deo, non est bonum hominē esse solum, faciamus ei adiutorium simile Gen 2.

simile sibi: *Si vel ipso Deo teste, inquiunt, non bonum est hominem esse solum, & vt huic difficultati obuiaretur data est ipsi fœmina in coniugem: consequens est vt asseramus, ærumnosum luctuosum & malum esse muliebri contubernio priuari; id ipsum videtur insinuasse Deus in modo creandi mulierem: siquidem formauit eam ex costa de latere Adami desumpta, quo pacto demonstrauit, fœminam lateri virili adhærere, & viro adiungi debere, vt ossi, robori, & fulcro suo, cum ipsa creatura sit imperfectioni, & fragilitati obnoxia, alienis viribus fulcienda. Viro igitur creato, ad subsidium, solatiumue mulieris, si virum ei subtrahamus, eadem iactabitur calamitate, qua vineæ palmites, qui vlmis palisque quibus alligentur destituti, vento agitantur, concutiuntur, & tandem corruunt.*



CAPVT I.

Hanc Dei assertionem, non est bonum hominem esse solum, *bono virginitatis & continentiæ nihil derogare.*

Filij tenebrarum vt virgines & continentes, è suo statu dimoueant, & mentis constantiam in tam pio proposito labefactent, hoc vt supra stylo vti consueuerunt. Terribilem machinam admouere videntur ex sacræ Scripturæ munimento deuectam, *non est bonum hominem esse solum* qua magnam cladem virginitati adferre se autumant, vtpote adempto ab ea solatio & commodo quod societas cõiugalis procreat. Verum huiusmodi tela, Deo annuente, leui brachio detorquebimus, ne vllum nobis vulnus infligatur. Id duntaxat videndum est, quando, ad quem finem, & quo sensu verba illa prolata sint, quæ omnia solerter attendenti dilucidè explicabuntur: Ad primum quod attinet, constat illa verba prolata esse à Deo, cum homo adhuc in statu innocentiæ perduraret, & humana natura incor-

incorrupta peccatum ignoraret, necdum carnis aculeus mouebatur, & eius tribulatio erat incognitæ; necdum opus erat vt quoad temporalia esset homo sollicitus, omnes curæ & dolores exultabant, liberorum necdum deplorãdus erat interitus, aberat anxietas parturientium, ægritudinis mortis aut alterius infortunij periculum non metuebatur. Aureis istis temporibus non negauerim bonum & iucundum fuisse muliebri consortio & coniugali solatio perfrui. Verum vbi homo è statu suo priori deturbatus est, & tellus naturæ nostræ per peccatum deprauatę carduos, spinas tribulos, & mille noxias herbas protulit, alia prorsus alea cecidit. Optatissimum illud innocentiæ tempus euanuit, aureum erat seculum nostrum nunc ferreum apparet; tunc tẽporis si peccati virus non obrepsisset, coniuges plurimas re erissent commoditates, quibus nunc virginitas & continentia cumulatur; tunc nulla confusio, nullus excessus occurrisset; sed in hac conditionis nostræ metamor-

morphosi, præterquam quod infinitas calamitates & ærumnas quas coniugium aduehit perferre cogimur, in gemitus etiam & lachrymas prorumpere deberemus. coacti dicere vna cum vate regio *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum.* Homo quippe in lucem prodire nequit, quin fatali huic concupiscentiæ adgnascatur, quæ vt mater improbissima, parturit incontinentiam, desiderium carnis, & prauas alias affectiones, quæ naturam nostram in malum promptam, & in bonum adeo languentem efficit, vt ad malum concipiendum sit instar cannabis aut fœni aridissimi, ad bonum vero instar ligni viridi & aquosi, ita vt ad illud exigua ignis scintilla accedente inflammetur; ad hoc luculentissimis flammis vix incitetur. Quamuis autem incontinentiæ ex tam peruersi matre oriunda deteriorem matrimonij causam non efficiat, tamen rem bonam, mala comitatur accessio.

Ex his cum constet statum coniugalem hoc tempore laboriosum prorsus

ſus & ærumnoſum eſſe, & ſubiacere tyrannidi concupiſcentiæ & peccati; præterea cum matrimonium, ſecum aduehat neſcio quas nugas & impedimenta quę mentes noſtras aggrauant, & diuino cultui minus aptas reddũt, oneri potius ſit vitæ ſanctæ & perfectę quã ſolatio; eatenus nõ modo minus eſt expetendum quam Virginitas, ſed etiam ipſi merito poſtponendum, & deſerẽdum videtur vt quod a priori ſua perfectione degenerauerit, & plurimum de primæua ſua pulchritudine & decore deceſſerit. Quocirca non ſolũ noſtro reſpectu dici non debet. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum* Sed potius huic veriſſimè aſſertioni cum Apoſtolo ſubſcribendum, *bonum eſt homini mulierem non tangere,* item, *credo bonum eſſe propter inſtantem neceſsitatem, vt*
1.Corin.7. *omnes ſint ſicut ego.* Quod autem coniugium hodierna die reſpectu ſui ſtatus deplorandum ſit, ipſe Chriſtus docet ore proprio dicens. *Filiæ Ieruſa-*
Luc.23. *lem nolite flere ſuper me, ſed flete ſuper vos & filios veſtros; nam dies venient in quibus dicetur, beatæ ſteriles & quæ non genuerunt, &*
vbera

vbera quæ non lactauerunt. Si ergo ipsa veritas asserit venturum tempus, in quo respectu coniugij, steriles beatæ dicentur, & fœlices illæ quæ liberos non susceperint & lactauerint; per consequens fœlices erunt virgines vna cum personis religiosis & continentibus, quarum status laudi erit & admirationi, coniugis è diuerso, prægnantes & lactantes miserabilis conditiones reputabuntur.

Atqui ætate nostra quas ærumnas & molestias vt plurimum non procreat vxor marito? Non loquor hic de vxore pia, humili, discreta, simplici & prudente (quæ quidem qualitates hodie admodum difficulter reperiuntur, & quod olim de Troianis Poeta, Apparent rari nantes in gurgite vasto, id hoc tempore de coniuge omnibus numeris absoluta dici potest) Sed de improbiori, malè morigerata, tetrica iracunda, elata, & exitiali illo veneno infecta quod eam in aspidem & Basiliscum transmutet: de *Prouer.21*

illa

illa inquam loquor, de qua dicit sapiens, melius est habitare in deserto, quam cum muliere litigiosa. At quæso, quid fœlicitatis adesse possit ei, cui consultius foret commorari in eremi solitudine inter medias feras, quam coniugatum esse & communicare cum vxore tali quæ nullum amoris indicium ostendit: ac quicquam reperitur quod tantum amicitiæ repugnet, quantum bilis & vultus asperitas, quam proterua mulier præ se fert? Apostoli confestim didicerũt, quam miserum. Sit cum talibus indiuiduam vitæ societatem inire, adeoque Præceptori suo replicauerunt, *Si sic est homini cum vxore, non expedit nubere.* Quamuis Apostoli matrimonium bonum esse certo iudicarent, tamen viso quod indiuidua esset eiusmodi societas, affirmare non dubitarunt, *bonum esse mulierem non tangere*; nec eorum mens est vt matrimonium improbent (siquidem illud sanctum est, & Apostolus asserit filias dũ nubunt nõ peccare) sed statum non vsque adeo commodum & expeditum esse testantur, ob

Prouer. 21

Matt. 19.

ob confusionem illam & naturæ humanæ deprauationem. Hinc eorum sententiæ Deus nullo modo reclamauit, verum eam ratam habuit, ipsique ore proprio acclamauit, inquiens, *non omnes capiunt verbum hoc*, sed ei solùm qui flagrãtes desiderio placendi diuinæ maiestati & perfectioris vitæ cupidissimi, omnem à se delectationem sensualem elegant, & Eunuchi spirituales vltrò efficiũtur; ideoque generosiorem & in hoc genere robustiorem quemq; exhortatur, vt ad summam illam perfectionem aspirantes, & magnum hunc thesaurum seruare cupientes, indefessè enitantur, & ipsum consequi studeant, dicens, *qui potest capere capiat*. Dum quispiã mundus aliquod præclarum nobis impertitur, meritò illud acceptare, & ad vsus nostros cõuertere debemus, verum, si donator postea manu liberaliori donum aliquod nobis illustrius priori offert, ea conditione vt primo renunciemus; profectò, non video quẽadmodum nõ sit consultius, vt primo resignato, licet bonum fuerit, alterum

Matth. 19

nobis oblatum & prǽstantius capiamus. A simili, si vestis byssina cuipiã donaretur, ad ornatum eam induere posset; at si postea auream ipsi tunicam quis offerret, eo pacto, vt byssinam vestem exueret, sanè si ipsi mica ingenij superesset, (considerata vtriusq; vestis lautitia, & necessitate alterutram abijciendi) auream protinus eligeret præstantiorem, & secundam licet quemadmodum magnificam respueret. Eodem modo coniugium munus fuit à Deo, & beneficium primitus homini collatum sub lege naturæ & Moysis, quapropter non incommodum erat ipso vti: Sed hac vltima tempestate cũ Christus speciali sua munificẽtia, magnificũ hũc pudicitiæ florẽ nobis detulerit, & insigne illud liliũ virginitatis vt donũ lõgè prǽstãtius (sicuti postea latiùs declarabitur) nobis vltrò obtulerit ad ornatũ nostrũ; prouidi & circumspecti est vt primũ munus licet bonum, respuamus, & posteriùs nobis à Deo oblatum manu porrecta capiamus. Sic etiam sanioris est iudicij, die lucente tunicam aliquam

quam attritam & vilioris materiæ
abijcere,& pallio byſſino aut coc-
cineo humeros onerare vt ſub con- Rom. 13.
ſpectum publicum veniamus, quod
ſuadet Apoſtolus, Nox præceſſit di-
es autem appropinquauit, ſicut in
die honeſtè ambulemus. Quæ cum i-
ta ſint,decorum eſt vt eas nobis ve-
ſtes aptemus,quæ luci ſunt conueni-
entes, virginitatis ſcilicet & conti-
nentiæ,non veſtes nocturnas impu-
ritatis & incontinentiæ; nam ſol iá
exortus eſt,diluxit,& tempus eſt ab
amplexibus longè recedendi. Adhęc
occurrit aliud benè obſeruandū:nē-
pè quod cum filius Dei è cœlis in
terram deſcenderit,vt mediante vi-
ta ſpirituali & cœleſti hominis de-
cus plurimum augeret,& humo eri-
geret, ſuam ipſi vitam imitandam
propoſuit,quæ vt pote omnem per-
fectionē cōtinēs,eſt ipſa virtus,ipſa
veritas,ipſa via & vita:hinc Chriſtus
cuidam dicit, *ſi vis perfectus eſſe, veni &
ſequere me.* Sancta verò hæc imitatio
tanti faciēda quāti vix cogitari po-
teſt, plurimū à vita cōiugali obſtacu
lū recipit, quæ etiā,vt notat Seneca

Ethnicus Philosophus, excelsum & generosum animũ valdè deprimit à sublimibus ausis deterret, & cogitationib⁹ inanibus implicat. Sic quoscunq; vitæ perfectioris exercitio operã nauasse comperimus, aut virginitatem, aut continentiam professi sunt; & ab ipsis cunabilis pudicitiam coluerunt, aut mutuo consensu vxores maritosue deseruerunt: qua de causa Christus ipsis mercedem centupli pollicitus est vna cum præmio æternæ fœlicitatis, dicens, *Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores,*
Matth, 19. *aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.*

Ex hoc textu apertè colligitur, coniugium hoc tempore per se non esse expetendum, sed quia maiori bono ponit obstaculum, is qui ab eius actibus se continet opus magni meriti designat, quod fructum centuplarem producit, & in super æternæ fœlicitati viam aperit. Macti igitur Heroes magnanimi, qui in numerum Indigetum referri penitus medi-

mediante vitæ castæ obseruantia; macti inquam animis, nam virginitas & continentia non in hoc duntaxat seculo immensam mercedem vobis pollicetur (omitto libertatem & dominium in vos ipsos, exsuperãs omne imperium mundi quod ad nutum Dei variatur) Sed etiam cœli portas referat, & post beatè peractum huius vitæ curriculum, æternam hæreditatem defert, & cœlestis patriæ possessionem. Hæc affatim dicta sint de tempore quo Deus hæc verba protulit, *non est bonum hominem esse solum*, nũc finem examinemus propter quem Deus illa ipsa pronũciauit.

Obseruat glossa, sententiam hãc à Deo prolatam esse, respecto habitu ad humani generis conseruationem, quem ob finem, non bonum est hominem in mundo solum esse, siquidem ad istum finem consequendum mulier necessaria videatur; actiua potentia per se non sufficiebat, sed & potentiæ passiuæ concursum requirebat; quemadmodum autem illa in viro, vt in creatura per-

fectiori consistebat, sic debebat hæc in muliere reperiri vt in creatura minus, perfecta, & veluti ad colligendos annos sequenti tritici manipulos, nō sufficit satorem esse, sed aruum etiam deligendū est quod gremio suo granum proiectum à satore suscipiat; non secus ad suscitandam humani generis progeniem, nō sufficiebat virum solum creari, sed & sociam ipsi dari fœminam conueniebat.

Creator igitur Sapientissimus, viro mulierem in adiutorium dedit, ipsi specie similem, sexu discrepantem, eo quo diximus fine. His concessis nihil statui virginali derogatur, quia licet ad humani generis cōseruationem, coniugium fuerit necessarium, inde inferri nequit omnem hominem ad amplectendum coniugij statum adstringi; qui volet nuptias contrahat bonis auibus, nuptijs contractis eò maximè cogitactiones suas intēdat, vt sobolem suscipiat, is namque fructus est matrimonij; cæterum cuilibet liberum est, abdicare se non minus sanctè quam

quam laudabiliter, ab omni cum vxoris, tum mariti contubernio, & omnem suscipiendorum liberorum curam deponere. Nec etiam opus est vt prætexamus necessitatē speciei conseruandæ, allegantes illud, *crescite & multiplicamini*, quia vt ante euidenter probauimus, terra abundè populosa est, & hominibus conferta, & sententiam illam executioni diu mandatam esse constat. Sat frequens est & copiosus hominum in terris numerus, & inter tantos, quot reperis homines nauci telluris inutile pondus, qui ad insitas redacti sunt? quot improbos & nebulones qui totam ætatem querelis, rixis, litibus, prœlijs impendunt, quibus consultius foret vt cœlum nusquam aspexissent? Quapropter vero verius est, fine iam sublato, media ad ipsum perducentia non videri necessaria.

Hinc Sanctus Augustinus. Ita iam se habet genus humanum, ait, vt alijs qui se non continēt, nōn solùm per nuptias occupatis, sed multis etiam *Augu. de bon. cōiug. c. 9.*

per illicitos concubitus luxurianti-
bus non desit prolis numerositas.
Ex quo colligitur hoc tempore nullo modo necessarium esse, vt quilibet in particulari ducat vxorem ad prolem suscipiendam, quæ finis est cur Deus viro fœminam coniunxerit; adeoque non est locus obiectioni quæ ex sacra Scriptura petitur, *non est bonum hominem esse solum*

Tertio, multum interest scire, quo sensu eadem verba prolata sint. Exploratũ in primis, quod est Deus tũc temporis omnem hominem in genere, nõ singulos in specie alloquebatur. In ciuitate aliqua plurimam dignitatum & opificiorum differẽtiam reperimus, nec è re videtur, vt omnes artifices idem tractent opificium, imo noxium & absurdum esse non dubitem, vt omnes omnib. negotijs se immisceant, & sutor vltra crepidam occupetur; ipsa ratio dictat vt hic illi, isti huic exercitio applicetur. Imperium & administrationem in Republica necessariò desiderari scimus, non tamen decet, vt omnes imperitent, & omnes rebus ad-

administrandis perficiantur, sed ij solum qui ad ista munia aptissimi iudicantur. Vrbi aliquam hosti finitimam, apparatu bellico, & forti milite instructam esse conuenit; attamen nō expedit omnes eiusdem vrbis incolas militiæ nomen dedisse. Scientiæ & doctrinæ magna est vtilitas, sed non omnia ingenia scholis frequentandis apta sunt, nec omnibus doctoralem lauream consequi permittitur. Hic idem stylus in Ecclesia Dei receptus est vt testatur Apostolus dicens, *sicut corpus vnum est, & membra habet multa,* &c. vbi manifestè docet, quod sicut corpus ex vnico membro non est compositum sed ex pluribus; eodem modo Ecclesia non vnicum ministrum, sed plures pluribus officijs gerendis præficit. Et quemadmodum dedeceret totū corpus oculis tantum, aut manibus pedibusue constare, sic inelegans est vt omnes in mundo vni rei dent operā; quippe, *si totum corpus oculus, vbi auditus? si totum auditus, vbi odoratus? nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus.* Ex his Apostoli documentis planum

1. Cor. 12.

planum est, non omnes omnibus negotijs in hac Ecclesia militanti debere applicari, nec omnes omnibus munijs & functionibus obeundis esse idoneos; nam in hoc vastissimo humani generis corpore, Deus mẽbra diuersimodè (*sicut vult*) disposuit. Quosdam nuptias contrahere, hos viduitatem seruare, illos virginitatis & continentiæ obseruatores esse voluit; sic cuilibet sua vocatio designatur alio atque alio modo. Diuina igitur illa assertio, *non est bonum hominem esse solum*, neminem in particulari ad ineundum matrimonium cõpellit, sed in genere duntaxat, humanam progeniem conseruandi rationem haberi præcipit necessario, ita tamen vt hæc necessitas aliorum muniorum administrationem non excludat, & alios status condemnet quibus alij plurimi debẽt inseruire. Accedit non tantam his postremis temporibus videri necessitatem ducendi vxorem, cum fine seculorũ ingruẽte vita humana magnis temporum angustijs coarctetur, cuius rationis intuitu Apostolus ipsos etiam cõiuges monet vt à muliebribus

amplexibus abſtineant, *tempus breue eſt; reliquum eſt, vt qui habent vxores, tanquam non habentes ſint, præterit enim figura huius mundi.* 1. Cor. 7.

Serius aut citius metam properamus ad vnã.
Inſtar volucris quæ pernici volatu auras penetrat, nec vlla relinquit alarum veſtigia. Verùm hæc dicta ſint ſatis copiosè de viris muliebre conſortium fugientibus. Progrediamur nunc ad obiectionem, qua dicitur mulieri virum non habenti plurimũ decedere ex bono huius vitæ; ipſius ergo clientelam ſuſcipiamus, quantumuis infirma videatur.

CAPVT II.

Sexus muliebris fœlicitatem, eo quod virili ſolatio destituatur nullatenus minui.

ADVERSARII noſtri Veneris aſſentatores, pro carne contra ſpiritum militantes, fatenter tandem virum muliebri ſubſidio, non autem mulierum virili carere poſſe. Eheu, inquiunt, quam miſera eſt viduarum & puellarum cœlibum conditio, quæ viuunt in ſolitudine virili conſortio carẽ-

tes quos ipse DEVS ijs à creatione mundi prospicere voluit: qui mœrorem lachrymantium abstergat habeat neminem, subsidio in necessitate, solatio in ægritudine, consilio in negotijs, patrocinio in litigijs, asylo in aduersitatibus, quæ quotidie occurrunt destitutæ. O inexpugnabiles hostium machinas? o clauam Herculis? Verum agite, vires horum argumentorum videamus: id me effecturum spero vt incructam ab hostibus victoriam reportemus. Habeat itaque mulier sibi solatio & subsidio datum, fatemur, at Sophisticum est inferre quod debeat necessariò semel atque iterum nubere, vt à marito tanquam ineuitabili solatio nó separetur. Hoc enim casu mulieri abundè prouidetur, generali industria & officio eorum quibus id publicè demandatur, vt innocentes à calumniantium improbitate defendātur, quod ipsum in omni Republica benè constituta fieri constat, nec ij qui sunt in officijs, suū imperiū, protectionē defensionēue vnquā desiderari permittūt. Quidā annonę præfe

ćti

cti sunt. Alij ius dicũt, & leges in vigore suo obseruari mandãt: alij manu militari patriam propugnantes hostem arcẽt longissimè alij deniq; ciuitatem consilio iuuant, & circũspecto suo regimine statum publicum in suo statu conseruant. Diuersa hæc & varia magistratus officia bonum commune & generale tam viri quam mulieris patrocinium respiciunt; quasi è speculis pluribus, pro temporali ciuium defensione diligenter excubant. Ad spiritualia quod attinet, omne subsidium tuendis hominibus necessarium in Ecclesia reperitur; nam omnes Prælati ordinis cum superioris & mediati, tum inferioris & immediati, nõ minus fœminæ quam viri defensionem suscipiunt, nonne hæc sufficientia videntur, ad eluendam obiectionem qua dicitur mulierem viro (vtpote ex eius costa desumptam) tanquam ossibus suis adhærere debere? Verum enimuero, nonne olim reperimus, & etiamnum, reperire licet fœminas, quæ non solum absque viri consortio prosperè vixerunt, sed etiam

clauum imperij & Reipublicæ fortunatissimè direxerunt? eiusmodi plurimæ in historijs cum sacris tum prophanis celebrantur. Quid? nonne tam generosas mulieres extitisse scimus, vt bella fœliciter indicta fælicius expediuerint, vt Amazones illæ de quibus Poeta

Pictis bellantur Amazones armis.

Si quis autem argumentum hoc nostrum procedere fateatur si de fœminis in genere loquamur, quod nimirum vnanimi conspiratione se fortiter tueri possint; in specie verò neget cunctas fœminas eius animi & consilij esse vt suis necessitatibus superesse queant, solutionem in promptu habemus.

Nam luce meridiana clarius est Parentes, aliosue consanguinitate, affinitate, aut beneuolentia coniunctos mulierrum necessitati subuenire posse.

Religiosis verò intra cœnobij sui claustra detentis, patres Spirituales, puta

puta Episcopi & confessarij non solum in particulari victum cultumque suppeditant, sed etiam bonis spiritualibus assistunt, nec ciuitatum primates, Gubernatores, Consules, Senatores & alij, religiosarũ domuum & personarum curam abijciunt, & id maximè spectant ne sexus muliebris fragilitas, improborum calumnijs & direptionibus exponatur.

Quæ nunc necessitas mulieres viro sociari compellat, cum aliunde præsentissimum suis necessitatibus remedium expectare possint? nulla penitus; veruntamen, (replicabit quispiam) viri Societas, maximum mulieri adfert solatiũ, & adiumentum.

Respondeo in primis, in hac miseriarum valle, non omnia ex animi sententia procedere, nec spiritualibus iuxta ac sensualibus gaudijs frui possumus; sed quantum ad vitæ præsentis fœlicitatem, sufficit optimæ partis electionem facere. *Greg. Nyss. de Virg. cap. 20.*

Hanc responsionẽ nobis subministrat magnus ille Doctor Greg. Nyss.

Non

Non possumus inquit manuum munere actioneque duas simul artes exercere, veluti & agriculturæ & nauigationi simul operam dare, ferrariamque simul & lignariam facere, nam si quis vni recte sese daturus est, alteram deserat necesse est, ita cum binæ nobis propositæ sint nuptiæ, quarum vnæ carnis opere conficiuntur, alteræ in spiritu consistunt studium quod in vnis ponitur ab alteris nos necessario separat vno Oculi hirquo & aspectu læuã & dexteram intueri nequimus; linguam adeo expeditam non habemus, vt vno momento græcè & latinè loquatur. Aurem nostram, duobus eodem tempore diuersa proloquẽtibus accommodare non possumus. Similiter nullus in hoc mundo spirituali lætitia perfrui, & sensualibus desiderijs inhiare potest. *Nemo potest duobus Dominis seruire, aut enim vnum odio habebit & alterum diliget, aut vnum sustinebit & alterum contemnet,* inquit rerum omnium Dominus & Creator. Spiritui & carni simul morem gerere nõ valemus. Quæ cum ita sint, pruden-

Matth. 6.

tis

tis & circumſpecti hominis eſt, ne damnoſam electionem faciat in alterutro ſtatu eligendo, ſed præclariorem & magis honoratum ſequatur. Secundo reſpondeo, quod inſpecta huius temporis conditione, mulieris à viris ſuis valde frigida ſolatia recipiant: (omitto quæ ante fuſius commemoraui) Nam quam frequenter euenit, vt mulier nubens ob virile ſubſidium & ſolatium, ſua expectatione decipiatur? Quot mulieres reperiemus quas mariti contemnunt, aſpernantur, & verberibus excipiunt, cum illæ crederent ſe ab his omni honore & beneuolentia proſequutum iri? totam ætatem rixis & adultercationibus mutuis cõſumunt, ad manus non raro venitur, canum feliumue ſeruant inducias. Hæc multis quotidana ſunt exercitia. Verum fœminarũ aliqua dicet; perbellè mecum maritus agit, ornata incedo, familiæ impero, quod lubet facio, beatè vitam tranſigo, ita eſt, fruere quamdiu durat; nam interdum euenit, vt maritus primo die menſe, vel anno etiam nuptiali, du-

cat in bonis dies suos, ludos & conuiuia genialia instituat prosperrime, sed nescit manticæ quid in tergo est, & sæpe extrema gaudij diuturnus luctus occupat. Hac tempestate non est nouum, vt maritus bona mulieris dotalia decoquat ludis, poculis, litibus aut prodigalitate; tum postea vxor ad extremam paupertatem redigatur, & omnibus fortunis exuta deseratur à marito, qui interim nullam eius curam gerit, & si morte præueniatur, vxorem ore alieno prægrauatam, mœrore, egestate, & ærumnis oppressam relinquit. Deinde non raro accidit, vt mariti adhuc superstites, à suis vxoribus sponte fugiant, & ad ignotas orbis plagas proficiscentes, eas omni humano subsidio nudatas relinquant, cui locus esset si virum nunquam aspexissent. Adhæc quot quantisque periculorum insidijs, & aduersę fortunæ telis maritus expositus est? adsunt repentè incarcerationes, morbi, bonorum cessiones, domi & militiæ persecutiones, iudicialiter & extraiudicialiter in supremis & subalternis

alternis curis pulsantur; tum oportet vt vxor discurrat per vicos & compita more vagantium, quatenus marito opem ferat, ipsius processus sollicitet, eum è vinculis eximat, & vitam eius redimat, interdũ cũ magno honoris sui dispẽdio. Reuera merito dici potest, cõiugũ fortunam in cribro versari, per cuius foramina quicquid blãdioris & suauioris est vitæ, confestim effluat & pertranseat, & deteriora conseruẽtur. Iã vero quod luctuosius est, quoties euenire videmus, vt pauperculę mulieres ob sinistram mariti zelotypi suspicionẽ, sæuitiam moresue intractabiles, ætatem suam transigant non solum in pœnitentia & mœrore continuo, sed etiam in phrenesi & desperatione, qua ex animo primum diem nuptiarum detestantur, ijsue maledicũt qui illum in nuptijs contrahendis consilium præbuerunt. Præterea tantis interdũ furijs agitãtur vt vel odij, vel vltionis prętextu, oẽm frontẽ exuẽtes, adulterijs sese prostituant, diris deuoueant, & millies extremã sibi diẽ imprecentur. Agite

Agite cœlibes, percõtemini ex harum coniugum aliqua, vtrum in huiusmodi cymbam nunquam pedem inferat, & quanti Societatem viri sui comparauerit: vtrũ melius rem perpendisse non cuperet, quæ diuturnis & assiduis lachrymis deplorare debet repentinam illam status coniugalis electionem. Aliqua iterum obijciet; Maritos equidem reperiri, quibuscum vxor quietissimè viuat; bene res habet, gratulor; Sed hoc est de raris contingentib. nec vt volumus, nec quoties optamus occurrit, & magna subinde fraus latet. Ponamus igitur, mulieri repertum esse virum qualem desiderat, an idcirco penitus ab omni luctu & miseria liberatur? minimè verò; nam transactis vitæ nostræ mẽsibus (quos certos & limitatos Deus & natura constituit) fatale venit diuortium, moriendum est, & quo tenerius sese coniuges diligebant, eo violentior est separatio. Si Maritum priorem fatis concedere accidat, tum vxor paupercula, illo priuata solatio quod se acquisiuisse credebat, post

tot

tot dolores & moleſtias quas in cō-iugio patienter pertulit, ſola ad priſtinum ſtatum recidit, luctu inſuper onerato, vt toto vitæ curriculo de adempto coniuge conqueratur. Et prædefuncto marito ſobolem ſi ſuſceperit, non paucis (mihi credite) curis & anguſtijs conflictatur; nam cum, ſponſo ſuo ſuperſtite, onus familiæ pro modulo duntaxat perferret, iam vnica, ingenti mole negotiorum aggrauatur. Quænam igitur illa eſt vxoris fœlicitas, cui partim minatur præpoſtera mariti electio, ne pro frugali & placido patrefamilias, prodigum & rixoſum hominem inueniat, partim etiam tot moleſtijs & calamitatibus, & defuncto, & ſuperſtite viro exponitur? Nonne igitur admiranda, vel potius deploranda eſt cæcitas; vt pro certa quiete incertam ambiamus; tenue & incōſtans bonum, ingenti ſolidæque fœlicitati poſtponamus? libertati denique renunciemus, vt perpetua ſeruitute vinciamur? O beatas virgines, & fœlices viduas quas harum miſeriarum iacula non attingunt.

Verum

Verum enimuero, demus mulierem à viro impetrare, quicquid ex animi sentētia fingi aut excogitari possit; demus etiam ipsam potiri, ijs omnibus quæ in virili consortio sperare auderet, exclusa mortis recordatione, & ijs quæ mortem subsequuntur; tamen nec dum video causam cur sibi multum gratuletur & gaudeat. Ratio in promptu est quia licet gaudio & solatio aliquo perfruatur, tamen communibus illis miserijs est obnoxia, & plurimis malis exposita; quę quidē mala, vtpote varia & frequentia absorbēt quodammodo exiguum illud solatium quod tantis per percipitur, veluti dulcis aquæ guttula in mare salsum coniecta, omni protinus priuatur dulcedine. Amabò, communes illas calamitates quibus coniuges, nominatim verò fœminæ implicantur æqua lance pensitemus cum omni solatio & oblectamento quod ex coniugio proficiscitur, reuera hæc illis cedent vt aliquot plumæ cum massa plumbi ponderatæ. Dij boni quotus quisque est qui cum extremis molestijs

lestijs in coniugio non confli&etur? quod inuenias qui gemunt lachrymantur, torquentur, oneri succumbunt intolerabili, nec tamen viam reperiunt qua sese his angustijs eripiant? Mulieres illas quæ tribulationum & molestiarum in coniugio perferendarum respectu non habito, ad leuia nuptiarum gaudia conuolant, eleganter admodum comparabimus alicui homini qui fluuium natando transmissurus humeris multas Spongias vt leue onus imponeret, quale itidem ante natandũ appareret; verùm vbi porosæ illæ spongiæ aquas copiose imbibissent, tum demum ingenti onere prægrauatus fatuum illud consilium detestaretur. Eodem modo cum filiabus nostris nubere volentibus pœnas, ęrumnas, tædia inculcamus quæ in matrimonio perferenda sunt, hęc in instar spõgiarũ leuissima existimãt, sponte humeros offerũt suaue onus est, nec id subire detre&ãt; ignorant nimirũ quã profundũ flumẽ traijcere debeãt, verũ cũ medijs iã fluctibus cingũtur, tũ prę nimis onerosa mole

desi-

deficiunt, & iugum excutere percupiunt. Sed serò sapiunt Phryges. Beatas itaque vos prædico ô virgines regi cœlorum desponsatæ; vos huius mundi pelagus placide percurritis, nec vllum curæ secularis onus animam vestram deprimit; pergite fausto cursu, aura blandior aspirat, sponsi vestri spiritus leniter afflat, & virgo Deipara, stella maris velú vestrum dirigit, in eam semper oculos conuertite, eam obseruate, sicut nauclerus vigil, stellam suæ nauigationis ducem indefessis luminibus intuetur. Pergite inquam summa cũ tranquillitate, & interdum commiserationis oculos in fatuas illas conijcite, quæ omni tribulationum vẽtum circumferuntur, quæ per inuia & abrupta locorum diuagantes in scopulos carnis impingunt, oleum & operam ludunt,

Et nunquam optata miseræ potientur arena.

Si vero contingat vt coniuges vobis misereantur vtpote coniugali solatio destitutis, tum eos vt temerarios & ignaros excusate missos facite,

vt

vt insanis parcite, qui ad amussim proprij amoris fœlicitatem sibi extruunt, & eius basim fragili suæ voluntatis adminiculo fulciunt. O quã multi coniugum, si liceret irritum matrimonium facere cuperẽt; quam multi se à stipendijs coniugij exauthoratos, vestræ vellent inscribere, licet aliud agant, aliud simulẽt. Inuptam esse nulli vitio vertitur, nec vlla ob id factum condemnatur nisi in stultorum curia: quin potius ijs qui saniori iuditio præditi sunt res augusta & honorifica censetur, modo ad Dei & Virginitatis gloriam suscipiatur: At è diuersò coniuges in medijs calamitatibus implicantur, & in secularium negotiorũ labyrincho perduntur, omni spe exeundi præclusa, nisi ad castitatis & continentiæ asylum respiciant. Nũc igitur concludamus societatem inter coniunges initam, contractũ esse multis captiosis ambagibus irretitum, damni potius quam lucri plenum, in quo, sortem capitalẽ expendimus cum exigua Spe fœnoris, & periculo cessionis bonorum. Virgi-

nitatis verò possessionē nobili & lucroso titulo acquiri nullo lapsu tēporis interturbari; cui speciali priuilegio concessum, ne vllis tributis exactionibus, grauaminibus & ærumnis subiaceat, quæ omnia à coniugibus velint nolint extorquentur; hæc Deum habet vt perenne in angustijs refugium & receptaculum in miserijs, Christum verò vt protectorem & patronum quem vt sponsum & Dominum suum recognoscit è cuius concessione beneficia, amplissimum honoris & gloriæ patrimonium est consecuta.

Verum penitus adhuc examinemus bonum, quod ex angelico castitatis exercitio virginib. accedit: idipsum maximè cognitū habebimus ex aurea illa Sancti Basilij sententia, qua asserere non dubitauit, tantā esse virginitatis potentiam; vt illa cū Sanctis alijs pijsue exercitijs coniuncta, mulierem animo & constantia virili præditā reddat; & hæc quidem est mulier fortis de qua scriptum est, *mulierem fortem quis inueniet, procul & de vltimis finibus prœliū* eius. Ferunt Diogenem olim medio

die, in foro publico, & densa hominum turba, accenso lumine homines quæsiuisse; sic sapientissimus ille Salomon mulierem quærit, nimirũ, fœmina pudica & perfecta satis difficulter inuenitur, at inuenta nõ minus viribus pollet quam virorum aliquis siue robur & agilitatem corporis, siue animæ constantiam respicias; quod cum rarum sit & admiratione dignissimum, valor itidem talis fœminæ incomparabilis est, sicut & pretium mercis alicuius quę ex vltimis Americæ finibus aduehitur. Quid? nonne castitatis & continentiæ beneficio quam Iudith vidua obseruabat accuratissimè, illa cæso Holoferno victoriã de vniuerso Assyriorum exercitu reportauit? *Confortatum est cor tuum eò quod castitatem amaueris.* Iud. 15. Quod legimus Christianas virgines, annis duodecim plus minus natas, eius ætatis quæ in masculino etiam sexu infirma iudicatur, præclarum suæ virtutis specimen edidisse, & virilé animi magnitudinem ostendisse, cum in sua tantum virginitate quam Deo consecrarant

confideréť? Summis Regibus & Ducibus re & verbis se apposuerunt, vt Sancta Catharina & Dorothea Imperatori; Sancta Publia, Iuliano Apostatę idolorum cultori, cui palam & liberè cum Psalte regio dixit, *confundantur omnes qui adorant Sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis.* Huiusmodi exemplis tam extraneis quam domesticis abundamus; atqui si mulier Virginitatis & continentiæ beneficio animum virilē consequitur, quid fieri potest vt adhuc viri subsidio egeat? concedunt aduersarij, virum eius animi & consilij esse, vt nō difficulter suam dignitatē proprio Marte tueatur; consequens est ergo, vt mulier sibi ipsa sufficere posit, nec virili solatio egeat, cui curam & animum virilem continentia suppeditat.

Iud. 15.

Psal. 96.

Hæc assertio, minus grata forsitan videbitur procis nostris, qui querētur formam illam (qua virgo nubilis decoratur & omnes in sui amorē illicit) periturā absq; fructus Deū nō frustra sed matrimonij cōtēplatione tā elegantē & venustā faciem ipsi

tri-

tribuisse;O capita helleboro digna! ipsis præclare res gereretur si cum sardanapalo aut Hercule viuerent, quorum hic sibi comam pecti à filiabus Reginæ Lydiæ permittebat: sed vt huic querimoniæ serio satisfaciamus; dico in primis virginitatis officium curam & sollicitudinem eo maximè spectare debere, vt luxuriantia motuum suorũ desideria amputet, refrenet libidines, coërceat voluptates, & omnibus vitijs viam præcludat quæ ex deprauata carnis sensualitate promanant, adhæc, vt cuiusuis amorem creaturæ, diuino amori post[illegible]nat, quatenus Deum in omnibus creaturis, & creaturas omnes in Deo diligat, sed de his postea latius. Quę verò iam ad virginitatis officium spectare diximus, adeò necessaria videntur, vt Christus ipse, Eunuchos illos nominauerit, qui ad brauium æternæ gloriæ consequendum, omni delectationi & carnali voluptati Sponte renunciarunt. Diadema illud pretiosum quo virgines tanquam Reginæ in cœlis coronabuntur, in apice pręferre de-

bet ſertum laureum quod à fulmine ſenſualitatis manſerit intactum; ſic vt ſpiritus carnis illecebras reprimens Deo ſemper tota mẽte cõiunctus fuerit; hoc ipſum ſapiens etiam inſinuat, dum ait, *tempus eſt amplectendi, & tempus longè recedendi ab amplexibus*: illuceſcet nimirum aliquando illa dies qua ſuus honor virginitati deferetur, & homines ad ipſius obſeruationem intenti erunt. Nã quãuis ipſa natura hominem ad ſtatum coniugij incitet, obniti tamen ipſi hac in parte nec ipſius voluntati acquieſcere ſed eam ſummis viribus refrœnare debemus vt ampliſſimũ æternæ beatitudinis præmium conſequamur hoc potiſſimum tempore gratiæ adiuti, quod opportunius eſt tempore naturæ, & eò magis virtutibus impendendum, quo magis ad finem ſeculi tendit: hæc poſtrema conſideratio mouit Apoſtolorum, vt non cœlibibus tantum caſtitatis & continentiæ ſtatum commendaret, ſed etiam cõiugibus, quibus author eſt, vt ſic agãt cũ vxoribus quaſi ijs carerent, vt omni ſcilicet affecti-

one

one carnali in spiritualem transmutata, vxores suas vt quisq; proximũ suum, ex præcepto charitatis diligãt siquidem amor duplex est teste Poëta quodam, & post eum Platone.

Corporis illecebras non omnis diligit; extat
Qui mentem castam non nisi quærat amor.

Secundo; verum non est formæ muliebris venustatem & elegantiã fore inutilem & superfluam, eo nomine quod maritum nõ habeat virgo, qui ejus formam miretur & deprædicet & faciet ipsius decor sine fructu sit periturus; nam Sanctæ virgines & continentes probe norunt quibus vsibus formam & pulchritudinem suam applicent.

Nonne Deum in primis habent formæ suæ contemplatorem, delicias animarum suarum, quem ex tota mente & viribus suis redamare debent? Nonne Iesum Christum vident insignem virginum & viduarum sponsum cui placere, & cum quo dissuauiari possint? habent profecto ipsæ amantes nobilissimos quos ament & amplectãtur brachijs

ſpiritualibus; habent quos appetãt, à quibus blandè dependeant, & ex quorum præſentia animæ eorum flammis amoris puriſſimi accendantur. Dij boni quantam ſpoſa perſentit lætitiam in Canticis, quo amore

Cant. 1. ſauciatur, dum ait, *oſculetur me* (Sponſus) *oſculo oris ſui*? vbi anima deuota oſculum petit à filio Dei, per infuſionem nempe ſpiritus ſancti; quanta etiã ſuauitate perfunditur, dum eidem ſponſo dicit; *meliora ſunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis*; hic anima deuota, os admouere velle videtur ad vbera verbi diuini, vt factum à S. Ioanne Euangeliſta legimus, qui in vltima cœna ſuper pectus Domini recubuit, vt inde hauriret diuina myſteria, & cum Dauide diceret,

Pſal. 147. *non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis*: deinde ſponſa ijs verbis indicat ſe flagrare magno Euangelij audiendi deſiderio, quod Euangelium vtpote liquor gratiæ, ab Apoſtolo lac appellatur, *lac vobis potum dedi.* quia vero dulce hoc nectar, & ſuauis Ambroſia verbi diuini, tam gratum odorem emittit, vt per

eum

eum igne S. Spiritus Christianorum corda accendantur, ideo vinum etiam vocatur, quod sui coloris, odoris & saporis præstantia vinum illud longè superat, quod Prisci legislatores & Philosophi in suis academijs venale exposuerunt; nam præcepta, consilia & leges euangelicæ multo sapientius sancitæ sunt & cõpilatæ, quam omnes Solonis aut Lycurgi leges, aut etiam Moysis legislatoris celeberrimi: prudentius denique quam omnia omnium gentium statuta, mores & consuetudines: imo nominatissima illa Platonis qui diuinus, & Aristotelis qui Philosophus dici meruit, scripta Euangelio comparata euanescunt.

Verum quanto charitatis igne æstuat sponsa Christi anima deuota, dum per vicos & compita vrbis Ierusalem cursitat, & omnes fideles ad amorem sponsi sui excitat dicens, Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei quia amore langueo. *Cantic. 5.*

Hic sponsa cor suum totum ape-

spiritualibus; habent quos appetāt, à quibus blandè dependeant, & ex quorum præsentia animæ eorum flammis amoris purissimi accendantur. Dij boni quantam sposa persentit lætitiam in Canticis, quo amore
Cant. 1. sauciatur, dum ait, *osculetur me* (Sponsus) *osculo oris sui*? vbi anima deuota osculum petit à filio Dei; per infusionem nempe spiritus sancti; quanta etiā suauitate perfunditur, dum eidem sponso dicit; *meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis*; hic anima deuota, os admouere velle videtur ad vbera verbi diuini, vt factum à S. Ioanne Euangelista legimus, qui in vltima cœna super pectus Domini recubuit, vt inde hauriret diuina mysteria, & cum Dauide diceret,
Psal. 147. *non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis*: deinde sponsa ijs verbis indicat se flagrare magno Euangelij audiendi desiderio, quod Euangelium vtpote liquor gratiæ, ab Apostolo lac appellatur, *lac vobis potum dedi*. quia vero dulce hoc nectar, & suauis Ambrosia verbi diuini, tam gratum odorem emittit, vt per

eum igne S. Spiritus Christianorum corda accendantur, ideo vinum etiam vocatur, quod sui coloris, odoris & saporis præstantia vinum illud longè superat, quod Prisci legislatores & Philosophi in suis academijs venale exposuerunt; nam præcepta, consilia & leges euangelicæ multo sapientius sancitæ sunt & cõpilatæ, quam omnes Solonis aut Lycurgi leges, aut etiam Moysis legislatoris celeberrimi: prudentius denique quam omnia omnium gentium statuta, mores & consuetudines: imo nominatissima illa Platonis qui diuinus, & Aristotelis qui Philosophus dici meruit, scripta Euangelio comparata euanescunt.

Verum quanto charitatis igne æstuat sponsa Christi anima deuota, dum per vicos & compita vrbis Ierusalem cursitat, & omnes fideles ad amorem sponsi sui excitat dicens, Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei quia amore langueo. *Cantic. 5.*

Hic sponsa cor suum totum aperit,

rit totum amoris & caritatis sinum effundit & omnes laxat sancti desiderij appetitus; nobilem illum diuinum sponsum compellat, eum diligit ad eum suspirat, eum quærit tandemque inuenit, fouet, retinet & vlnis Spiritualibus amplectitur, & ipsi orationibus pijs (quæ Deo nos proximè vniunt) colloquitur. At si Virgo cœlebs sponsi huius regij fruatur consortio, perabsurdè asseritur eam non habituram sponsum qui eius pulchritudinem & formæ venustatem demiretur, & cum quo illa dissuauietur? Audiat quicunque verbis meis fidem non habet, audiat in-
Cantic. 8. quam vocem sponsæ quæ dilecti sui Saluatoris ardens desiderio, hęc verba igne caritatis flagrantia emittit. Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ vt inueniam te foris & deosculer te, nonne hæc est petitio, non minus blanda & suauis quam sancta, qua iterato petit vt fiat particeps osculi, quod Christus imprimit, nempe gratiæ
Ioan. 20. Spiritus Sancti quam sponsus ore proprio in Apostolos effudit dicens: Accipite Spiritum sanctum, quorum

remiseritis peccata remissa sunt, & quorũ retinueritis retenta sunt. Adhæc videmus quemadmodum fusis brachijs sponsa sponsum excipiat, & ipsum amplexata dicat, eum teneo, non demittam donec duxero ad domum matris meæ: an non sunt hic dulces amplexus, & casti amores, quibus sponsa protestatur, se nullis machinis à complexu sponsi sui separatum iri. *Cant. 3.*

Huius amoris potentiam & virtutem sponsus cœlestis apprimè cognitam habuit, dum ait: *Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernum æmulatio; lampades eius atque flammarum, aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Ex his liquido patet id quod aduersarij presupponunt, puta formam decoræ & venustæ virginis absq; fructu periturã, falsũ esse; imo plenius docebo, & affirmare nõ verebor nihil excogitari posse circa quod forma elegãs virginis alicuius fructuosius versetur, quam circa Deum sponsum & delicias animarum nostrarum. *Cant 8.*

Origo. in Cāt. ho. 2. Origenes ſcribens in hæc verba cā-
tici, *ordinauit in me caritatem*; dicit amorem hominis propriè & naturaliter in Deum referri debere, adeoq; cum alijs rebus immoratur, naturæ & proprietatis ſuæ terminos excedit. Quocirca amoris noſtri decens & cogruus ordo hic eſt, vt Deus in primis diligatur, deinde omnes creaturæ propter ipſum. Itaque ſi Virgo amorē & cor ſuum marito nõn addicit, & ei libellum repudij miſit, quatenus conſecret ſe Chriſto ſponſo ſuo quem elegit, amor eius nullo modo minuitur, ſed ſanctiſſimè circa proprium obiectum verſatur & impēditur. Si quis forte fortuna plebeium aliquem & egenum opificem in plateis offendens, ipſi diceret, bone vir, in prandio tuo, ne panem cibarium & aceroſum comedas, nec ſuilla aut bubula carne, nec huiuſmodi cibis craſſioribus veſcaris, ego namque delicatioribus epulis te excipiam pullos, capones, perdices, phaſianos lautiſſimè conditos apponam; alijſue epulis exquiſitiſſimis, appartu ſybaritico reficiari ſanè nõ

video

video quemadmodum inuitatus ille tantiſper non abſtineat, vt poſtmodum menſæ tam magnificè accumbat. Idem proſus mihi faciẽdum videtur cum voluptatibus & oblectamentis coniugij temporalis, ſi ea cũ gaudio & iucunditate conferamus quam coniugium Dei & animæ deuotæ procreet. Epulas temporalis coniugij bonas eſſe non negamus, iiſue quilibet vti poteſt; verum quia plerumque fit vt carnales voluptates aſpergantur, & inſulſæ concupiſcentiæ miſceantur, ideo cibi ſunt craſſiores, apud pauperes & ruſticos vulgaris condimenti, qui ventrẽ cito inferciunt, difficilius concoquũtur, & parum alimenti, & ſuccum exiguum præſtant. At pudicitiæ & caſtitatis fercula quæ in cœna ſpiritualium nuptiarum apponũtur, ſaporis, digeſtionis & alimenti ſunt prçſtantioris. Illa magnis Regibus & optimatibus reſeruantur, & ſunt epulæ Angelorum, Archangelorũ, Cherubin, ſeraphin, & omnium Procerum cœleſtis aulæ; deniq; huiuſmodi ſunt dapes, quæ faciunt mirificè


De nuptijs cælestibus quæ inter Christum & animam deuotam celebrantur.

QVamuis intra & rationes superius à nobis allegatas, carnis & mundi causidici & procuratores reijcerent, & ad causæ nostræ equitatem fulciendam parum facere clamitarent, & contra testes nostros de inhabilitate exciperent, grauem deinde querelam instituerent contra Virginitatis & continentiæ statum; tamē de iure nostro iam, adeo clarè & manifestè docebimus, rationes tam validas adducemus, vt iudex illico pro nobis ferre sententiam cogatur; imò vel ipsi Aduersarij victam porrigentes dexteram, nobiscum fateantur, solam virginem vitæ præsentis bono perfrui, nec eo nomine miserabilē duci quòd viri consortio careat.

Prima ratio euidentißimè apparet, nam si viro caret, sponsum nanciscitur prænobilem, cuius præsentia tot tantisque bonis cumulatur, vt omne bonum quod ex virili subsidio promanaret (Si bonum inde sperare poßimus) ne ipsis quidem comparari queat.

Virgo quæ se nuptias inituRā destinauit coniugem

iugem accipiet humanæ conditionis tantum, & multis calamitatibus obnoxium; at sponsus virginum homo & Deus est pariter; coniunx siue maritus, mortalis est, sponsus immortalis; maritus miser est, egenus & abiectus, sponsus vero diues, fœlix & gloriosus; maritus patrem habet mutabilem & humanum, sed sponsus filius est Dei Patris immutabilis, nimirù Iesus Christus, sacrosancti huius coniugij sponsus: adeoque cum præcipuum virginitatis bonum in hoc spirituali matrimonio recondatur, & crebrò in posterum huius facere mentionē debeamus, consultum duxi, vt de eo, aliquē fusius pertractemus, siquidem in SS. Patrum monumentis extant copiosa admodum volumina, quæ partim ex instituto, partim incidenter de illo meminerunt.



CA-

CAPVT V.

Quod Christus Saluator noster, ſponſus animæ dici debeat, & cur animæ noſtræ cum ipſo coniugium ſit inſtitutum.

AVditu iucundum & ſcitu neceſſarium eſt, ſacroſanctum hoc myſterium coniugij inter Chriſtum & animam deuotam initi: quod quidem coniugium elicitur ex verbis Apoſtoli ſcribentis ad Corinthios, *Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto*; ex hoc textu manifeſtè diſcimus, eſſe coniugium quoddam ſpirituale, cuius ſponſus Chriſtus eſt, & omnes Chriſtiani ſponſæ. Hæc eſt doctrina Sancti Bernardi, qui ait: Omnes nos ad ſpirituales nuptias vocati ſumus, in quibus vtique ſponſus eſt Chriſtus Dominus. Vnde canimus in Pſalmo. *Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo*, ſponſa verò nos ipſi ſumus, ſi nō vobis videtur incredibile, & omnes ſimul vna ſponſa, & animæ ſingulorum quaſi ſingulæ ſponſæ.

2.Cor. 11.

Bern Ser. 2. poſt oct. Epiph.

Pſal. 18

At hoc paradoxum quibus argumētis perſuadere poterimus homini carna-

carnali, qui densis errorum tenebris inuolutus, nihil credit, nisi quod oculata inspectione viderit; nihil sentit, nisi quod admota manu palpauerit; huiusmodi coniugium dari mordicus negat, vtpote sponsum non videns, & sponsam non cognoscens. Quid? non apparet domus nuptialis, parietes auleis non ornantur, epulum non præparatur, Musicorum harmonia non auditur, tripudium & choreæ non exercentur, ludi festiui & geniales non exhibentur: Verum heus tu bone vir aures & sensus benè purgatos non habes, nam spiritualis homo, qui cœlestia sensu puriori cōtemplatur, omnia nuptiarum solennia probè percipit & nihil in hoc mystico coniugio desiderari videt. Christum siquidem sponsum esse, animas nostras sponsas vocari nouit; Ecclesia domus est nuptialis; epulum instructissimum in augustissimo Altaris conuiuio paratum est; gratia & fauor cœlestis exquisitissima præbent fercula; Symphoniæ musicę loco, audiuntur laudes & encomia diuinæ virtutis quæ quotidiè

in Ecclesia decantantur. Has nuptias in vtroq; testamento disertis verbis describi constat; in antiquo quidem legimus, *quasi sponsum decoratum coronæ, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.* Et *gaudebit sponsus super sponsam.* In nouo testamento habemus, *regnum cælorum simile est homini Regi, qui fecit nuptias filio suo.* & alio loco, *qui sponsam habet sponsus est, & amicus sponsi prope illum est & delectetur propter vocem sponsi.* En, quàm dilucidè probatur coniugium interuenire inter Iesum Christum, & animam deuotam, siue Christianam. Verum videamus quid per has filij sui nuptias significare DEVS velit, quas cum humana natura contractas asserit: circa illud dico significari amorem quo verbum æterni Patris homines dilexit, nam pater nuptias præparasse, & filius blandissimum sponsi nomen absumpsisse dicitur, vt veritas appareret eius quod scriptum est: *deliciæ meæ esse cum filijs hominum.*

Isai. 61

Matth. 22

Ioan. 1.

Prou. 8

CHRISTVM autem semper humani generis amore accẽsum fuisse docet Apostol9, qui carnale cõiugiũ

ait esse typum spiritualis matrimonij quod est inter Christum & Ecclesiam. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia: & paulò antè dicit; viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradit pro ea; item: nemo vnquam carnem suā odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiá, quia mēbra sumus corporis eius, de carne eius, & dè ossibus eius. O immensum amorem, ô admirandū, quē nec cœlū, nec terra, nec angustiæ pectoris nostri capiunt. Saluator noster vnigenitus Dei filius amore magno nos dilexit & diligit, imò amorē suum erga nos, languere nunquā patietur, modo eū vicissim redamemus, ipsi fideliter debita obsequia impēdamus, fidem ipsi datā seruemus, & præceptis eius pareamus; tanti amoris idem Deus testis est, ore Prophetico disertè inquiēs; Vulgo dicitur, *Si dimiserit vir vxorem suam, & recedēs ab*

Ephes. 5.

Ierem. 3.

& duxerit virum alterum: nunquid reuertetur ad eam vltra? nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit Dominus. An quicquam apertius, blandius & amicius dici aut excogitari possit? Præterea coniugium hoc spirituale, nō solum typus est amoris illius maximi quo nos Deus tenerrimè diligit: sed etiā significat vnionem illam hypostaticam, quà certò modo omnes Christiani in vnam carnē & corpus mysticum adaptātur, cuius quidem caput Deus est, nos membra sumus. Hinc Sanctus Anselmus scribens in hæc verba Sancti Pauli, *& erunt duo in carne vna.* Christus, inquit; per carnē factus est, naturę nostrę particeps, vt eius qui caput est, membra efficeremur; sicq; ex duab. personis, vna facta est, capitis nimirū & membrorū Sponsi & Sponsæ. Persona verò de qua Sāctus Anselmus meminit, corpus est Ecclesiæ mysticum, quod nostro & Christi corpore constat, ita vt in illo Christus vice capitis fungatur, nos vice membrorum. Sed nunc

Ansel. in Paul ad 1. cor 6

nunc vt opinor, operæpretium erit, vt modũ cognoscamus quo nuptiæ istæ contrahuntur; qui quidem ferè cognosci potest ex ijs quæ quotidie in temporali coniugio obseruantur. Sponsus in primis vxorem ducturus annulũ in digito sponsæ suæ ponit, quasi pignus & arrhã futurarum nuptiarum. Idẽ in hoc Spirituali coniugio receptum est, vt patet exẽplo S. Agnetis, humanæ virginis, quæ ostendere volens se fidem coniugalem Christo dedisse, hæc verba profert: Iesus Christus Saluator & spõsus meus arrhas amoris sui mihi donauit annulum digito meo imponẽs annulus autem iste fidem denotat vt Deus ipsæ per prophetam suum testatur, desponsata eris mihi in fide, & conuenienter dicit Apostolus, *desponsaui vos vni viro* vt exhibeam *virginem castam Christo*; nam quemadmodũ mulier annulum digito suo imponi permittens futuris nuptijs consensum præbet sic anima Ecclesię fidem acceptans, Christo Sanctè promittit se diuinæ eius voluntati obtemperaturam, & fideliter quod vouit seruatu-

Ose. 2.
2. Cor. 10.

uaturam: eandem fidem Apoſtolus intelligit, dum ait, *captiuantes omnem intellectum in obſequio fidei.* Quanta verò fidelitate amorem hunc fouere perpetuo debeamus, tradit ipſe Apoſtolus, in perſona ſua omnes Chriſti Sponſas repræſentans, Quis ergo nos ſeparabit à Charitate Chriſti, tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas, an periculum? an perſecutio? an gladius? certus ſum quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. *Rom. 8.* *Hier. Contra. Ioann.*

Videamus nunc vnionem illam perſonarum quæ in hoc ſacro coniugio reperitur. Diuus Hieronymus quodam loco refert, de filia Ethnici ciuiuſdam (cui nomen Demotion) ſenatoris apud Areopagitas primarij; quæ comperto quod ſponſus ſuus Leoſtenes militiæ interijſſet, licet, inquit, adhuc ſim intacta viro & huc vſque

ſalua

& cœlestem sponsum, hoc modo loquitur. Christi Domini cum anima deuota coniunctio, similis longè diuerso; siquidem à spirituali coniugio procul ablegatur commixtio illa corporalis, & carnalis appetitus, & mentali duntaxat affectioni locus est, solisque intercedit amor internus animæ erga Deum & Dominũ suũ; si itaq; in tẽporali matrimonio propter corporalem commixtionem dicitur vir adhærebit vxori suæ & erunt duo in carne vna: vicissim itidem de Spirituali coniugio legimus; Anima mea adhæsit tibi, & dextera tua suscepit me: nam eodem modo vnitur anima deuota Christo Spiritualiter: hæc Chrysostomus. Habemus igitur modum vnionis & coniunctionis illius Spiritalis quæ fieri debet salua virginitate, citra corruptionem aut illam deflorationem, sed in omni sanctificatione & consecratione puritatis & integritatis in spiritu, qualis est Ecclesiæ coniunctio cum Christo: aut in corpore & spiritu qualis est coniunctio Christi cum ijs qui virginita-

Psal. 62

Basil. lib. de virg. tem ipſi ſuam conſecrarunt. S. Baſilius quædam ſcribit propoſito noſtro valde accommodata, quemadmodum, inquit, is qui vxorem ducit, vna caro cum vxore fit; ſic etiam ſuo modo, is qui ad Deum per fidem & Charitatem accedit, cum ipſo fit vnus idemque Spiritus; & quemadmodum ex coniunctione illa corporali carnales ebulliunt affectiones; ſic ex hac Spirituali connexione ſpiritualia proficiſcuntur deſideria; adeoque diuerſus omnino effectus prodit nam ſi ſenſualis illa voluptas & blanda titillatio, corporũ deflorationem & corruptionem generat; è diuerſo ſpiritualis, affectio motuſque quo deuotè in Chriſtum ferimur, incorruptionem & Sanctificationem procreat, qua Anima Deo coniuncta ſanctiſſima & perfectiſſima efficitur. Idcirco ſponſa *Ier. 3.* Chriſto ſponſo ſuo dicit, tu es dux & rector virginitatis meæ. Hinc Apoſtolus eam quæ Chriſto coniuncta eſt, virginem caſtam nominat; *2. Cor. 11.* Chriſtus verò flos campi & lilium conuallium, appellatur dux & rector

ctor virginitatis, quia eius nitorem non contaminat; sed eam in virore suo conseruat; ei nihil adimit, sed adijcit; non polluit sed sanctificat non debilitat, sed speciali spiritus sancti gratia corroborat. Effectus hos planè diuinos, in se experta fuerat S. Agnes virgo integerrima Ecclesiæ Catholicæ ornamentũ, ideoque de sponso suo cœlesti in hunc modum loquitur. *Iesum Christum sponsum meum diligo, in cuius thalamũ introiui, cuius mater virgo cuius Pater fœminam nescit, quem cum amauero casta sum, cum tetigero munda sum cum accepero virgo sum.* *Apud Ambros.*

At hoc loco quæri potest non incommode, vtrum Christum in hoc coniugio, sponsum nominemus, an maritum; deinde, vtrum hæc coniunctio matrimonij, an sponsaliorum nomine veniat; respondeo proprie loquendo CHRISTVM duci sponsum; & ea coniunctio quæ nobis cũ ipso intercedat spõsaliorũ potius quã matrimonij appellatio-

ne significari potest, qud ex verbis Prophetæ Oseę liquet vbi dicit *Sponsabo te mihi in fide*, idem tenet Apostolue, dum ait *desponsaui vos vni iuro.* Sed

Osee.2.

2.Cor.11.

hic benè obseruandum est, quod vbi primum anima ex carcere huius corporis euolabit; & in extremo die iudicij dum Ecclesia militans, triumphanti aggregabitur, vbi primum Deus fauorabilem hanc sententiam dictauerit, (venite benedicti Patris mei possidete regnum vobis præparatum) tum repudiato sponsi nomine æternum vocabitur maritus animarum nostrarum fidelissimus, hanc nominis mutationem videtur insinuare sapiens, qui faciens mentionem de agmine illo triumphali quod Christus in æterna tabernacula deducet eundem virum, id est, maritum appellat, *vir eius* (inquit) *nobilis est in portis, dum sed t cum Principibus terræ*: adeoque postquã

Prouer.31

anima è corporis ergastulo liberata sponso suo abstiterit in omnem æternitatem, tum huiusmodi coniunctio proprie sponsalia, non dicetur, sed veræ nuptiæ & matrimonium con-

consummatio; nam tunc temporis in coniugio Spirituali, resultat aliqua similitudo plenior, cum statu coniugij temporalis, in quo viri, tum domum mariti vocantur, sponsam suam in demum vbi nuptialem solenniter deduxerint. Harum nuptiarum Sacrosanctam consummationem & solennitatem Christus in parabola sua Euangelica significat dum ait; *Similè est regnum cœlorum decem virginibus, & quæ præparatæ erant introierunt cum eo ad nuptias.* Matt. 25. Lubet hic paucus explicare mutationem, illā Sponsi in maritum, vt diuinum hoc mysterium melius percipiatur. Apostolus asserit temporale matrimonium esse typum spiritualis cōiugij *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* Ephes. 3. Itaque quemadmodum se habet temporale coniugium inter virum & vxorem; ita certa quadam proportione & Analogia cōtrahuntur nuptię Christi cum Ecclesia, aut animabus nostris sponsis suis: nam sicuti vulgo in nuptijs obseruatur vt primum sposalia fiant, deinde sponsa in do-

mum ſponſi deducatur cum magno applauſu & lætitia; hic etiam coniugium hoc ſpirituale longe maiori triumpho cultuque celebrabitur. In hac vita animæ noſtræ vocantur ſponſæ ſaluatoris; at vbi Sponſus eas glorioſe & ſolenniter in omni plauſu & triumpho ad cœleſte domicilium euexerit, tum non ſponſæ amplius ſed coniuges vocabuntur. Hoc myſterium declarat Apo-
Ep. Eph. 5. ſtolus dum ſcribit ad Epheſios, *Chriſtus dilexit Eccleſiam & ipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vt exhiberet, ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam.*

Quibus verbis Apoſtolus diſertè docet IESVM CHRISTVM id vnicè procurare vt animas noſtras in cœlos offerat omni perfectionis & pulchritudinis numero abſolutas; quatenus omnibus & ſingulis ſponſis ſuis in die illa triumphali meritô dicere poſſit veni columba mea, ſpecioſa mea & perfecta veni.

Cant. 2. Iam vero aliquis ex me ſciſcitabitur

bitur, quid rerum agat. Iesus Christus sponsus, dum anima adhuc in terris commoratur? sponsam tantisper suam magis magisque perfectam efficit & decorat, eam se dignam reddit gratiæ oblatæ adminiculo, cui anima cooperatur, & id maximè elaborat vt ad virginalis perfectionis apicé perueniat, quatenus decenter & honorificè conspectum diuinæ maiestatis subeat. De Moyse legimus, quod vxorem acceperit Aethiopissam quæ nimirũ cum sua nigredine Ecclesiam significat, &c. peccati fuligine erat denigrata & fusca, vel potius adusta & contaminata; Christus igitur verus noster Moyses & legislator Ecclesiã in vxorẽ accepturus, has nigredinis maculas in sponsa sua non patitur sed desiderat, vt primitus abluatur venustior & ornatior efficiatur. Eius facies vnguentis fragrantibus & efficacissimus tingi debet, innocentiæ nempe, puritatis & Charitatis balsamo; comere se & circumspicere debet in speculo

ſanctitatis, puta in Deipara virgine; quatenus omnibus ſuis monilibus adornata, decenter in ſponſi ſui pulcherrimi cõſpectum veniat, & oculis ipſius digna reluceat. Quia verò nec in terris nec in cœlo artifex tātus reperiri poterat præter ipſum ſponſum qui has rugas explicaret & maculas illas elueret; & ſponſam deinde inſigniter adornaret, ideo ipſe ſponſus eam in ſe Prouinciam ſuſcipere debuit. Hinc Eccleſia in hoc ſeculo ſemper mundior & nitidior effici ſtudet, vt die nuptiarum ingruente, pro magnificentia & dignitate ſponſi cōpta & ornata, ſpōſum ad cœleſtes nuptias ſine carituras comitetur.

Hanc doctrinam haurimus ex ipſa ſcriptura ſacra; deformitatem quidem & turpitudinem noſtram negare non poſſumus ni S. Iob falſitatis arguamus, qui ait; nemo purus
Iob. 15. eſt & abſq; macula imo nec puer hodie natus.

Item Prophetam regiũ qui ait; omnes errauerunt & decliuauerunt, non eſt qui faciat bonum non eſt vſque

que ad vnum; his conuenie͂ter Apostolus omnes de peccato arguit, ideoque omnes egere gratia Dei concludit. Iam verò quod Christus nos dilexerit, licet in nobis nihil amore dignum reperiatur, patet ex varijs scripturæ locis, nominatim autem ex eo quod dicit Apostolus in persona Ecclesiæ, Christus me amauit & dilexit. Deinde deformitatem nostram ita nobis adhæsisse, vt ab alio præter Christum euelli non potuerit, testatur Dauid inquiens: *Frater non redimet, redimet homo, non dabit placationem suam.* Adhæc quo Christus amore erga nos compulsus, sponsam suam accedere sit dignatus, ingenuè fatetur ipsa Ecclesia, quæ quotidie in symbolo fidei canit: *qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de cœlis.* Postmodum nullo mortalium existente qui vel naturæ vel artis beneficio eam eleganter adornaret, ipse Christus eam in se prouinciam suscepit Ecclesiæ idonea media prescripsit, ipsi thermas siue balneum procurauit medicamenta co͂posuit, cerussam miniumue præparauit

Psalm. 13.

Galath. 1.

Psal. 48.

rauit & id genus vnguenta formam conciliantia: hæc ita se habere ex Apostoli testimonio constat, qui scribens ad Hebræos ait, purgationem
Malach. 3. peccatorum faciés; id olim, facturũ Deum receperat Propheta inquiens, ipse est vt ignis ardens & herba fullonum, liquefaciet argẽtum, & purgabit filios leui, & ipsos præparabit vt aurum & argentum. Denique in hac mortali vita sponsalia duntaxat celebrantur: filius Dei nobiscum agit & communicat vt nos lauet, absterget & comptiores efficiat, quatenus in die iudicij ad dexteram ipsius collocari mereamur. Ille spõ-
Matt. 25. sus est blandissimus, qui electos suos hoc suaui sermone compellabit, venite benedicti Patris mei, possidete regnum quod vobis præparatum
Psal. 44. est à creatione mundi; tum in nobis locũ habet id quod regius vates prædixit: *Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate.* S. Bern. asserit sponsalia hæc præfigurata fuisse
Ber. de 1. post oct. Epiph. 2. p nuptias quæ factæ fuerũt in Cana Galileæ, vbi Euãgelista ait, repertas esse hydrias purificationis: sic igitur
ait:

ait: Vel ex hoc potes manifeſtius aduertere ad plenitudinem, ſed prę-parationem nuptiarum eſſe, vbi nimirum ad hoc opus eſt purificatione. Deſponſationis ergo nuptiæ iſtæ ſunt, non copulationis. Abſit enim illis in nuptijs fore vaſa purificationis, quãdo glorioſã ſibi Chriſtus Eccleſiã exhibebit non habentẽ maculam neque rugam, aut aliquid huiuſmodi. Vbi autem non erit macula, quæ purificatio erit neceſſaria? Nunc vtiq; lauandi tempus eſt, nunc purificationem patet eſſe neceſſariam, quando nemo mundus eſt à ſorde, nec infans, cuius eſt vnius diei vita ſuper terram. Nunc abluite ſponſã, nũc purificate, vt in cæleſtibus illis nuptijs ſponſo ſuo ſine omni macula præſentetur. Hæc S. Bern. Quocirca imperfectis adhuc iam nuptijs ſponſis oẽm ſuæ dilectionis ſinũ nõ explicat erga ſponſam; ſiquidem ignis charitatis reciprocæ in altera demum vita ad ſummum perfectionis gradum perueniet: hinc ſponſæ deſiderijs necdũ fit ſatis ſed aſſiduo petit ſuſpirio: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Cant. 1. Cant. 2.

Hinc sponsus amorem suum palam
Cant. 1. non manifestat, sed clanculum quodammodo; *en ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cãcellos.* Hinc sponsã nõ introducit in loca palatij sui augustiora, & in cõclauia aulæis ornata, sed cubicula ipsi humiliora patefacit: *introduxit me Rex in cellaria sua*; tum eandem educẽs, nõ ad hortũ amœnũ, aut ad aliquod tempe voluptatis animi gratia deducit, verum ad cauernas perducit:
Cant. 2. *Surge amica mea, speciosa mea & veni; Columba mea in foraminibus petræ, in cauernis maceriæ ostende mihi faciem tuam; sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis & facies decora.* Hinc etiam sponsam
Cant. 1. sponsus fugere & ab ea discedere videtur: discesserat, inquit, & prçterierat. Hinc idem sponsus, interdum aure surda vocem sponsę negli-
Cant. 3. git: *quæsiui & non inueni, vocaui & non respondit mihi.* Hinc sponsa perituram hanc ætatem in sponso perquirendo impendit; *surgam & circuibo ciuitatem per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea.* Videmus ergo sponsalia propriè nunc dici animæ deuotæ cũ
Chri-

Christo; quia sponsa necdum muræ milas & monilia collo aptauit, necdum pomposè & eleganter compta est; verum illucescente aliquando illa die quo magnificè & solenniter nuptiæ celebrabuntur; tum non spōsalia amplius sed nuptiæ vocabuntur; nuptiæ videlicet Agni illius cælestis, de quibus S. Ioannes in Apocalypsi meminit: *nuptiæ Agni aduenerunt & vxor eius præparauit se* tum Deus maiestatem suam spōsæ aperiet; *videbimus eum sicuti est*, in gloria scilicet & honore. *Apoc. 18.*

Reuera non video quid ad hanc fœlicitatem accedere possit, dum sponsum facie ad faciem cernere licebit; ô quanta tunc erit inter sponsum & sponsam amoris vicissitudo! ille nunquam amplius discedet ex eo loco, *vbi pascit vbi cubat in meridie*; nunquam ipsius præsentia beatifica nobis subtrahetur, *nam semper cum Domino erimus*, Tum sacra labris figentur oscula: tum sponsus sponsæ amplexibus adhærebit, & dicet læua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me. *1. The. c. 4*

Illic erunt recreationes, gaudia, veræ voluptates & oblectamenta ijsque ad inuidiā; Delectationes in dextera tua ijsque ad finem. Illic aderit perfectus gaudiorum cumulus, omne bonum corporis & animæ affluet: *Torrente voluptatis potabis eos.* Illic vnius diei iubilatio, superabit omnes huius vitæ delicias: *melior est dies vna in atrijs tuis super, millia.* Illic perfectè Christo vniemur & cōiungemur *qui Deo coniunctus est* (inquit Apostolus) *vnus cum eo spiritus fit*: ipse etiam Deus proximè nos accedit; erit enim Deus omnia in omnibus; ex qua quidem coniunctione & accessione, omnibus delicijs in æternum affluemus; satiabor cum apparuerit gloria tua. Hæc sunt quæ hactenus docenda & tenenda putaui de hoc sacrosancto, fidelissimo & regali coniugio, nec non de præsentis vitæ sponsalibus. O virgines & spōsæ Christi, saluere & gaudere vos iubeo in expectatione tantorum bonorum & gaudiorum quæ vobis in cœlo Deus reseruet. Ad eundem hunc triumphum lætum

Cant.
Psal. 51.
Psal. 53
1. Corin. 6
Colos. 3.

lætum & triumphalem lætitiam omnes illos inuito qui illibatum hūc virginitatis thesaurum Deo reaptè & voluntate conseruant; animæ & corporis integritatem diligunt: illic vos manet laborum vestrorum merces: illic in gloria & honore fulgebitis: illic huius vitæ ærumnas & molestias cum perenni solatio permutabitis: & gaudijs perfruemini quæ oculus non vidit nec auris vnquam percipere potuit.

CAPVT II.

Declaratur quod Iesus Christus propriè & specialiter virginum viduarumq́; sponsus dici debeat.

Ex his quæ diximus difficilis admodū quęstio exsurgit; nimirū quod in sacrosācto Christi & animæ deuotæ coniugio, nō virgines & viduæ duntaxat contineantur; verum etiam omnes omnino, qui Sacramento Baptismatis initiati verā

Christri doctrinam profitétur. Quo igitur pacto virgines coniugibus anteferendas esse credimus, & coniugali solatio destitutas fœlices deprædicamus eo nomine quod Christi sponsæ fiant, cum cõiuges vtroq; bono fruantur, vno quidem respectu coniugij, altero respectu Christiani fidei & professionis? frustra itaque tam prolixis verbis fœlicitatem virginum extulimus, siquidem coniugatæ eius quoque participes efficiantur:

Hoc dubium apparenter controuersum nullo negotio decidetur. Inficiari quidem nolumus coniuges, eo nomine quod Christianæ & Catholicæ sint, comprehendi in coniugio spirituali cum CHRISTO initi: verum si perpendamus modum & conditionem, qua coniuges ad spirituales has nuptias admittuntur, patebit è vestigio, eas respectu virginum & viduarum honestarum tam vili loco inter conuiuas nuptiales assidere, vt numerum duntaxat supplere videãtur; virginibus

in capite mensæ recumbentibus. Virginalem staturam non ineleganter sublimi & recte columnæ comparabimus, quæ super coniugij auimẽtum emineat. Solæ reuera virgines & viduæ continentes, hac gloriosa numinis prærogatiua gaudent, vt sponsæ Christi appellari mereãtur. Vulgo quidem apud omnes gentes receptum est, vt nomen aliquod honorabile licet in genere suo multis personis accommodetur, aptent tamen & attribuant, excellentiæ gratia, alicui personæ in particulari; non quasi cæteri ab illo nomine excludantur, sed vt dignitas & excellentia personæ cui nomen illud adscribitur magis nota illustris reddatur. Hinc cum sancti Pauli scripta, vel res gestas allegamus, eundem Apostoli nomine designamus; Salomonem Sapientis, Dauidem Prophetæ nomine licet generali appellamus. Hæc ijs nomina in præeminentiæ signum, & in præcipui honoris priuilegium imputantur, quia S. Paulus ad summam Apostolicæ vitæ perfectionem deuenit: Salomonem omni-

ſicque eodem modo ſponſæ Chriſti vocabuntur. Reſpondeo, coniuges Chriſti ſponſæ vacabūtur eodē modo, id eſt eadē ſpecie & appellatione propter fidei characterem non autem eodem modo, id eſt, non eodem ordinis & dignitatis gradu ſiquidē tres omnino gradus in hoc ſpirituali coniugio numeramus, primum tenent virgines, alterum viduæ continentes; tertius & poſtremus reſeruatur ijs quæ temporales nuptias cōtraxerint. Moras noſtri nō patiuntur, vt Aulicus Regi, vel cuius nobili præferatur; indecorū etiā eſt vt oēs mixtim incedant ordine promiſcuo. Sic Virgines in ſupremi Regis curia omnes alios Aulicos præcedunt; & proximè ſequuntur agnum quocunque ierit.

Nam quemadmodum charitas omnibus indiſtinctè prælucet virtutibus, eodem modo virginitas ſtatus omnes qui in ECCLESIAE finibus reperiuntur longè exſuperat.

Quem-

alterum circa dignitatem persona-
rum quæ in eadem Ecclesia continē-
tur,primum quod attinet;Propheta
asserit Reginę vestem deauratam es-
se & auro contextam: ratione scili-
cet virginitatis quæ auro compara-
tur,siquidem aurum cæteris metal-
lis valore & duratione prævalet,
perfectiùs etiam dicitur, eò quod
scoriæ non immixtum à terre-
na concretione magis liberum sit,
cum reliqua metalla diutius igne
excoqui &purgari debeant.Eandem
vestem varietate circundatam esse
tradit,ob status diuersos personarū
quæ in Ecclesia reperiuntur;siquidē
virgines cōtinet,viduas complecti-
tur, coniugatas non reijcit, qua de
causa vestis sponsæ Christi, varieta-
te circundata dicitur. Gradus nunc
&dignitatem sponsarum videamus:
quas cum triplicis conditionis esse
dixerim,virgines, viduas, & coniu-
ges; ex hoc loco scripturæ patet ad
oculum de virginibus quidem & vi-
duis haberi mentionem: de coniu-
gibus verò nullam. Virgines memo-
rantur disertè his verbis; *Adducentur*

Regi

Sanè vbi lætitia & exultatio nó reperitur, ibi etiam fœlicitas exulat: & vbi lætitia adest; ibi fœlicitatem non abesse certum est. Virgines igitur & earum proximæ, viduæ scilicet, in lætitia & exultatione adducentur Christo sponso suo, *post eam*, id est, post sacratissimam virginem Deiparam, vtpotè cùm hæc sit Regina, & summi capitis membrum primariũ; virgo virginum; mater puritatis, Princeps integritatis, quæ prima virginitatis votum Deo nuncupauit. Eccè quàm pulchrè, & ornatè stabunt virgines ante solium sponsi sui? Ecce quam gloriosa virginibus viduisque laurea reseruatur? Quis nunc tam perfrictæ frontis erit, vt spirituale coniugium quod virgines in Christo iniuerunt, audeat conferre cum eo quod coniuges ob Christianæ fidei professionem contraxerunt; siquidem hoc, isti absque comparatione cedit; gloriæ, honoris & nobilitatis priuilegio.

Christo consecrent, corpus tamen ad vsus à cœlesti coniugio extraneos sibi reseruent, ait præfatus Doctor. Cum generali fidelium omnium titulo, virgines Christi sponsæ appellentur; & fideles omnes pie in hoc seculo viuentes fidem coniugalem datam Christo seruare dicantur: quanto potiori iure virgines hoc sponsæ nomen merebuntur, quę ad has nuptias inuitantur quatenus fideles omnes, tum fidem sponso datam, non spiritu solum & anima, sed carne & corpore custodiunt? Ad hęc *cum Ecclesia vniuersa sit sancta & corpore & spiritu, nec tamen vniuersa sit corpore virgo sed spiritu, quanto sanctior est in his membris vbi virgo est & corpore & spiritu?* Hæc Augustinus. Prima igitur ratio cur virgines hanc nominis prærogatiuam habeant, inde petitur, quod ipsæ fidem coniugij sarctamtectá conseruent, non spiritali solum fidelitate, sed etiam purissimi corporis integritate. Nam licet fideles omnes de candore illo & mentali puritate erga Deum nihil remittant, & ab ipsius mandatis cordetenus ne

latum vnguem discedant; virgines tamen maiori dilectionis igne flagrantes erga sponsum suum, corpus etiam integrũ ipsi illibatũq; custodiunt. Alteram rationẽ cur virgines hoc sponsę titulo pręfulgeãt in medium adducam eo libẽtius, quo rem aliquam præclaram suis coloribus depingere est laudabilius, sciendũ est itaq; augustissimum hoc coniugium sanctitatis & virginitatis nexu vel maximè contrahi, adeoque si Ecclesia membra sancta non haberet, cum sancto Sanctorum sponso suo coniũgi non posset; & virginibus careret, cum virginitatis cultoribus, & filio virginis vitam non institueret: hinc dicit Apostolus: *Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.* Quapropter, quo sublimiori sanctitatis & virginitatis gradu Ecclesia collocatur; eo sanctiorem & arctiorem habet cum Christo coniugalis amicitiæ necessitudinem; quia verò Ecclesia in omnibus membris suis, virginitatẽ duntaxat, & spiritualem sanctitatẽ profitetur: eæ autem quæ statum virginitatis amplexæ sunt, mente & cor-

pore integritatem exhibent: ideo maioribus in deliciis habentur; formâ, dignitate, benedictione & fauore reliquis antecellunt: quin etiam cũ viduæ matronæ eas propius subsequantur in sanctitatis & continentiæ obseruantia, ideo secundum dignitatis locum sortiuntur. Coniuges denique ad postrema & infima subsellia vocantur, quia minoré in statu suo sanctitatem & virginitatem profitentur.

Tertia ratio doctrinæ nostrę fundatur in perfectione status virginalis, qui liberrimè nos vacare, sinit ijs obsequijs, quę sponso nostro spirituali præstare debemus: cum è diuerso, coniuges multæ tricæ & molestiæ auertant, quæ impedimento sunt, quo minus lectioni, orationi, cœlestium rerum contemplationi addicantur; & vt vno verbo dicam, eas retardant, quo minus Deo officia debita impendant: ad cuius tamen nutum actiones nostras referre debemus, ipse quidem vitæ nostræ rationes exiget, & vnicuique secundum suam administratio-

nem præmiú constituet. Illud porro extra controuersiam est, quòd status huius perfectio (ad quem nos Christus exemplo, verbis & magnificis pollicitationib⁹ inuitauit) tanti sit ponderis & nominis, vt sapiés in Canticis, (vbi amor animæ deuotæ erga sponsum suum, viuis coloribus adumbratur) notabilem faciat differentiam inter mulieres, quarum nonnullas Reginas vocat, alias concubinas, alias adolescentes & famulas. *Sexaginta sunt Reginæ, octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus: vna est Columba mea perfecta mea.* Qui Ecclesiam Christi toto orbe diffusam nouit, is vtique eam vnicam esse fatetur. *Credo vnam sanctam catholicam & Apostolicam* Ecclesiam, canimus quotidie in symbolo fidei. hæc illa est columba, hæc perfecta, & oculis sponsi accepta, vt testatur Dauid: *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.* Extra hanc, congregationes omnes, Sathanæ sunt conuenticula, Synagogæ confusionis, & Christi hostes ex professo. *Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo.*

Psal. 86.

debo. Ecclesiam itaq; vnam esse constat; verum si personarum in eâ contentarū diuersitatem respiciamus, patebit non omnes ad eundem dignitatis gradum admitti, licet omnes Christum diligant & obseruent. Quædam, quarum exiguus est numerus, regiam maiestatem pre se ferūt; nonnullæ concubinarum loco habentur, eæ scilicet quæ instar sponsarum sponsum suum adamant, sed ad regiæ dignitatis apicem necdum peruenerunt. Aliæ porro sunt Adolescentulæ, & velut famulæ quædā, quæ adhuc amorem sponsi ignorāt. Quas verò eas esse dicemus? eæ sunt vt testatur Origenes, quę amore spōsi temporalis præpeditæ, & secularium negotiorum occupationibus distentæ, diuini amoris experientiam non habent. Hæ sunt mulieres coniugatæ, quarum numerus præ nimia multitudine subduci nequit. idcirco sapiens ait: *& adolescentularum non est numerus.* Concubinæ, (spōsum quidem amantes, sed Reginæ nomen necdum obtinentes) viduas significant, quæ ad Deum propius

nem præmiũ constituet. Illud porro extra controuersiam est, quòd status huius perfectio (ad quem nos Christus exemplo, verbis & magnificis pollicitationib⁹ inuitauit) tanti sit ponderis & nominis, vt sapiẽs in Canticis, (vbi amor animæ deuotæ erga sponsum suum, viuis coloribus adumbratur) notabilem faciat differentiam inter mulieres, quarum nonnullas Reginas vocat, alias concubinas, alias adolescentes & famulas. *Sexaginta sunt Reginæ, octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus: vna est Columba mea perfecta mea.* Qui Ecclesiam Christi toto orbe diffusam nouit, is vtique eam vnicam esse fatetur. *Credo vnam sanctam catholicam & Apostolicam* Ecclesiam, canimus quotidie in symbolo fidei. hæc illa est columba, hæc perfecta, & oculis sponsi accepta, vt testatur Dauid: *diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.* Extra hanc, congregationes omnes, Sathanæ sunt conuenticula, Synagogæ confusionis, & Christi hostes ex professo. *Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo.*

Psal. 86.

echo. Ecclesiam itaq; vnam esse constat; verum si personarum in eâ contentarũ diuersitatem respiciamus, patebit non omnes ad eundem dignitatis gradum admitti, licet omnes Christum diligant & obseruent. Quædam, quarum exiguus est numerus, regiam maiestatem pre se ferũt; nonnullæ concubinarum loco habentur, eæ scilicet quæ instar sponsarum sponsum suum adamant, sed ad regiæ dignitatis apicem necdum peruenerunt. Aliæ porro sunt Adolescentulæ, & velut famulæ quædã, quæ adhuc amorem sponsi ignorãt. Quas verò eas esse dicemus? eæ sunt vt testatur Origenes, quę amore spõsi temporalis præpeditæ, & secularium negotiorum occupationibus distentæ, diuini amoris experientiam non habent. Hæ sunt mulieres coniugatæ, quarum numerus præ nimia multitudine subduci nequit. idcirco sapiens ait: *& adolescentularum non est numerus.* Concubinæ, (spõsum quidem amantes, sed Reginæ nomen necdum obtinentes) viduas significant, quæ ad Deum propius

 acce-

accedunt quam coniuges, & non æquè mundanis implicátur commerciis, at ſeſe ijs penitus non abdicant, nec eà perfectione, quæ ad Reginæ nomen conſequendum requiritur. Ferunt concubinatum amorem natura ſuâ mancum & imperfectũ eſſe, nimirum quòd illæ, vt tradit Rupertus Tuitienſis, ſyncerè & amore coniugali ſponſum non diligant, (cum contrarium in ſponſis veris obtineat) ſed eius amplexus quærant, carnali potius affectione & intentione. In hoc viduæ concubinas imitantur, quæ quamuis Chriſto mente & ſpiritu ſeruiant, cuperent tamen præterita coniugij temporalis oblectamenta reuiuiſcere; quæ cauſa eſt cur ad regiæ dignitatis culmen non perueniant. Solæ virgines, quæ totum amorem ſuum caſtè & ſyncerè in ſponſum ſuum effundunt, & omnem carnis affectionem à ſe longiſsimè relegarunt, ſolæ, inquam, virgines primas tenent in hoc ſpirituali coniugio, & ſponſo ſuo arctiſſimè deuinciuntur; adeoq; propriè & ſpecialiter ſponſæ & Reginæ appellan-

pellantur. Huic ſententiæ ſubſcribit profundiſsimus ille Theologus Gregorius Nanzianzenus; qui ſtatũ virginalẽ præ coniugali multis laudibus efferens, affirmare non dubitat, coniuges non poſſe commodè totum cor ſuum Deo addicere, eò quòd diſſectus & bipartitus amor ipſarum eſſe neceſſariò debeat, cum viris ſuis amoris obſequia legitima cogantur impendere; quod quidem animos alta & ſublimia cogitantem plurimum retundit, & affectionum ſpiritualium grana ſurgentia ſuffocat. Adhæc à diuinis officiis auertuntur, & in amore carnali fouẽtur mediantibus hominum ſecularium applauſibus, ludis iocíſue, aggratulationibus & conuiuiis genialibus quæ ſtatum coniugalem comitantur. Adde liberorum & totius familiæ ſollicitudines, quę mole ſuâ animam prægrauant, & terrenis curis ita affigunt, vt in altũ ſuſpicere nequeat, aut mentẽ in meditationem vitæ ſaluatoris adducere; quocirca humi iacere & ſerpere cogitur, & inſtar teſtudinis incedere in locis

Greg. Nazian. de laude virgin.

humilibus &depreſsioribus. Virginitas vero vt Aquila, Iouis armiger ales, duabus alis orationis & mortificationis promota, ſublimi volatu aërem penetrat, & ſupra nubes euolat, plagas inferiores aſpernata. Manet ergo in ſtatu coniugali ob amorem bifariã diuiſum, non ita liberum eſſe pietatis exercitium vt in ſtatu continentiæ, qui ſui natura diuino cultui eſt addictiſsimus. Nam vt idem Doctor tradit, quemadmodum ebulliente magnâ aquarum copiâ è fonte viuido, ſi aquæ illæ per fictilem aut plumbeum canalẽ trãſmeare cogantur, ſubitò in altũ prorumpunt, ob canalis anguſtias quæ aquas hac illac perfluere non permittunt; ſic cum tota virginum & continentium mens diuinis obſequiis occupata ſit, in varia non diſtrahitur, ſed rectà ad Deum finem noſtrum vltimum, & ſummam perfectionem tendit, omnes ſuas actiones in ipſius gloriam & honorẽ referens. Hoc ita apud coniuges non obſeruatur, nec tam vehemens eſt earum amor & deuotio; nam hæc non

non absimilis est fonti, cuius venę in multos riuos deriuantur, ita vt aquę ex ijs promanãtes, in altum non exiliant, sed solo dispersæ euanescant. Cũ itaq; status virginitatis ad summum vsq; diuini amoris fastigium conscendat, non immeritò eum reliquis anteponimus, & pro tanto thesauro, reliquis humani solatij opibus renunciamus. nec etiam mirum videri debet, si vir vxoris, vxor viri consortiũ fugiat, amore sponsi cœlestis accensa. Hinc legimus tot homines vtriusq; sexus quondam se temporali coniugio abdicasse, vt Iesu Christo proximè associati, ipsi in omnem æternitatem deuotè famularentur; viso quòd nemini quæstuosius inseruire possint quã ei à quo cuncta bona procedunt tam in hoc seculo quam in altero: & hoc quidẽ hominum genus verũ & perfectum matrimonium inire dicitur, cum sponso cœlesti, Dei filio. Nunc igitur obmutescant Zoili omnes, qui temporalis matrimonij solatia cõparanda censent ijs bonis, quę virgines & Nymphæ cœlestes in spiritu-
 ali-

alibus nuptiis reperiunt. *Meliora sunt vbera tua vino*, ait sponsa in canticis; id est, lac quod ex vberibus sponsi distillat, melius & suauius est vino virorum coniugatorum, nam consolationes quas ex vberibus Christi haurimus, & pudicæ deliciæ quas in vitę spirituali nunquam non percipimus, omni virili solatio, & sensualibus oblectamentis longè pręferuntur. Quamobrem eadem sponsa in personá virginum loquens, spõsum suum his alloquitur; *Exultabimus & lætabimur in te memores vberum tuorum:* deinde addit: *recti diligunt te:* id est, omnes iustitiæ cultores & virtutum sectatores amore tuo capiuntur. Nam, quicquam ne aliud nobis adferre posset pulchra & perfecta hæc vnio animarum nostrarum cum Christo, quam omne gaudium, lætitiam & exultationem? Quisnam sanæ mentis, ingenuæ voluntatis & bonæ conscientiæ, in amorem huius immensæ bonitatis non inflammetur? Quę virgo omnes procos nó respuat. vt bonum hoc infinitum & sponsum omnipotentem admittat,
Deum

Deum Deorum,& reliquis hominibus formosiorem amantem habeat? Quapropter tantum abest vt gaudium spiritualis coniugii conferre possimus cum temporali matrimonio, cum in hoc ne vmbra quidem fœlicitatis reperiatur; & si qua reperiretur subito euanesceret. Si autem cœlestis illius matrimonij tot tantaque bona appareant; quæ virginum erit tam fatua & sensibus aliena, vt vel cogitatione sponso huic, glorioso & immortali renunciet, quatenus alteri egeno & mortali societur? Ardua sane & magni momenti est hæc electio; verum multo periculosius est, nexum semel vinculum in hoc sacro consortio dissuere, & fidem datam violare. Cæterum ne virginum aliqua, in terreni mariti, aut sponsi cœlestis optione facienda turpiter hallucinetur, statui in medium producere rationes propter quas cœlestis hic sponsus, omni marito temporali citra exceptionem sit præferendus.

VALIDIS RATIONIBVS, & solidis argumentis demonstratur, Christum sponsum cœlestem omnibus omnino maritis esse præferendum.

INfinitæ reuera rationes occurrunt, propter quas Christus Saluator noster, fidelißimus animarum nostrarum sponsus, data optione præferri debeat cunctis hominibus: verum ne instituti nostri & breuitatis fines transgrediamur, aliquas duntaxat referemus; ex quibus virgines & viduæ percipiant, se non modo non esse miseras ob temporalis mariti absentiam, vt aduersarij nostri iactitant, sed è diuerso fœlicißimas, cum huiusmodi sponsum nanciscantur, qui formâ, patriâ, stemmate, opibus & maiestate omnes filios hominum exsuperat, ex quo etiam deriuatur omnis fœlicitas quam in hoc seculo persentiunt.

CAPVT I.

Ratio prima ex qualitate personæ desumpta, qua demonstratur cur Christus omni sponso seculari præponi debeat.

SI qualitatem personæ Christi intueamur, qui singularis est virginum

num viduarumq; sponsus; mihi sine vlla hæsitatione in eorum sententiam eundum videtur, qui eundem in omnibus & per omnia cunctis hominum maritis præferendum esse iudicant, dum facultas datur aliquẽ in virum eligendi. Primo quidem indubitatum est omnem nobilem, cæteris paribus, cuilibet Mercatori anteire, nobili Baronem, Baroni Comitem, Comiti Marchionem, Marchioni Ducem; Regem deniq; in signum supremæ maiestatis primum locum præ omnibus obtinere. Id si ita est, non video cur virgines eundem stylum in sponso eligendo non seruent, & mecum vnanimi consensu, re & verbis fateantur Christum in hac sponsi optione præcedere omnes creaturas, tanto interuallo, & priuilegio, quanto personam gerit augustiorem nobilioremve reliquis omnibus sponsis. Videte igitur ô vrigines, & mecũ remoto calumniæ supercilio perpendite, quis vester ille sit sponsus, quæ eius pulchritudo, Excellentia, Celsitudo, Maiestas. In Deo reperiri constat
 tres

tres personas, Patris nempe, filij qui verbum Patris dicitur, & Spiritus sancti; ex his persona Filij ea est cum qua spirituales hæ nuptiæ contrahuntur. O stupendum amorem filij Dei erga homines! E summo cœlo in terras delapsus est, quatenus animas nostras matrimonio sibi copularet. Quia verò ad nuptias illas contrahendas, eiusdem nobiscum conditionis & naturæ eum esse oportebat, cum alias duarum personarum coniunctio in statu matrimonij non benè procedat, nisi eiusdem sit ordinis & qualitatis, *Si qua voles aptè nubere, nube pari*, vulgo *dicitur*: Ea propter humanam naturam induit, & in fœcundæ virginis vterum fusus est, quatenus sibi nos desponsaret. Hinc verè & eleganter docetur, Christum habere duas naturas, diuinam & humanam, cui consequens est, vt in quantum naturâ dinina præditus est Patri & Spiritui sancto æqualis sit, in essentia, potentia, maiestate & gloria, in quantum autem humanitatis

tis pallio velatus eſt, humanæ nobiſcum infirmitatus ſit particeps. Verum enim vero, quia natura humana quam aſſumpſit, cum diuina coniungitur in Hypoſtaſi & perſona verbi, quæ ſecunda eſt in Trinitate perſona; ideo talis homo eſt, vt in omnibus quæ humanam perfectionem ſpectant, reliquis omninò hominibus antecellat. Eſſentiam eius quod attinet, *ſuper omnes eſt*, quoad ſapientiam, in illo vt teſtatur Apoſtolus, *reperiuntur omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ DEI.* Potentiã ſi quærimus, ipſi *Mare & venti obediunt.* Eloquentiam ſi deſideramus, *Nunquam ſic homo locutus eſt,* denique excellit in omnibus rebus quæ fingi aut excogitari poſſunt. *Rom. 5.* *Coloſ. 2.* *Ioan. 7.*

Nam ſicuti ferrum, dum in fornace excandeſcit, imbuitur itidem qualitate virtute & operatione ignis à quo accenditur; eodem modo Chriſtus Deus & homo, cum igne diuinitatis (vt ita loquar) totus arderet ob vnionem illam hypoſta-

postaticam, ita conglorificatus est Deo, vt non solum ea facere posset, quæ per rerum naturam vulgò homines operantur; sed etiam ea omnia quæ naturæ vires excedunt, & Deum authorem immediatè recognoscunt; adeo vt Christus homo tantæ sit virtutis & excellẽtiæ, quãtæ dici potest maximæ. Hic ille Rex est quẽ sponsa in canticis sponsum suum agnoscit; hic ille est, *electus ex millibus*, hic ille, *super omnes est.* Si quis igitur oculos nonnihil attollat vt magnificentiam & maiestatem personæ huius heroicæ circumspiciat, omnem confestim vtriusq; sexus hominem fastidiet, siue Regem siue Imperatorem, purpura vel bysso ornatum, aurea chlamyde rutilantem; laure florentem & adamantino diademate gloriantem.

Hanc sponsi sui excellentiam probè cognitam perspectamq; habuerunt virgines illæ quarum memoria in fastos Ecclesiæ relata quotannis celebratur; ideòque propter

ter Christum imperiosè reiecerunt & cum fastidio respuerunt omnes omnino procos quantumuis augustos & nobiles qui sibi offerebantur. Sancta Domicilla virgo Romana, neptis Titi & Domitiani Imperatorum consideratis & benè inspectis qualitatibus & priuilegijs quæ in persona filij Dei reperiuntur; videns etiam quot quantisque nominibus ipsi adstringeretur; & sancto eius amore accensa, Aurelianum nobilem & patricium, Titi Aurelij consulis Romani filium repudiauit, cui tamen Parentes eam matrimonio addixerant, ipsa deinde ad Euphrosynam & Theodoram sorores suas deducta, quatenus consensum blandis verbis elicerent vt Aureliano nuberet, quemadmodum illæ Sulpitio & Seruiliano nupserant, salua (vt sibi imaginabantur) religionis & fidei Christianæ professione; ijs tandem hæc paucis replicauit:

Sorores charissimæ, fidem coniugalem dedistis Sulpitio & Serui-
liano

liano viris illustribus & præclaræ familiæ, lubens fateor; sed amabo, an his libellum repudij mittere velletis, quatenus vili alicui rustico nuberetis? cui illæ, auertant superi, vt ne cogitatione quidem tam abiectâ simus, & tantum stemmati nostro dedecus inuramus: benè habet subiungit Domicilla, at vicissim à me procul absit, vt cogitem deserto sponso meo Filio Dei omnipotentis, amores meos addicere Aureliano homini mortali & egeno. Hoc responso Domicilla sororũ laqueos effugit, & improbam earum expectationem elusit, imò, quod plus est, solidis rationibus ipsis author fuit, vt sponsis suis mortalibus relictis, cœlesti sponso sociarentur, quod consilium protinus effectui demandarunt. Harum prudentiæ nihil cedere videtur, Sancta Pelagia Tarso Ciliciæ oriunda. Nam cum Imperatioris Diocletiani filius eius amoris saucius, eam in vxorem peteret, interrogata an consensum præberet, confestim signo S. Crucis pectus muniuit, sponsoq; Cæsareo,
&

& promissis eius reiectis cum fastidio, asseruit se sponsam Christi esse, nec alium præ ipso admissuram. Huiusmodi responso mater Pelagię exacerbata, filiam acriter obiurgare cœpit quod temerè eum sponsum repudiaret, quem nobilissima totius orbis matrona exoptaret, at Pelagio vultu pacato, perchara mater, inquit, ego longè potentiori & nobiliori Regi desponsata sum. O illustre & præclarum sanctæ virginitatis exemplum, quod Reginæ, & Principes fœminæ merito obseruare deberent. Huius virginis animum nullis machinis concuti aut expugnari posse didicerat miser ille procus; quapropter spe sua diffidens, amore exulceratus & dolore attritus, sibi ipsi violentas manus intulit.

Hac immatura morte mater Pelagiæ supra modum territa fuit, & metuens ne à se Imperator pœnas ob mortem filij reposceret, illico filiam suam apud Imperatorem regicidij ream fecit.

Hoc

Hoc audito Cæsar ira percitus, Pelagiam comparere iussit, seueram de ipsa vindictam sumpturus. Accessit illa Imperatorem, fidei, spei, & charitatis clypeo protecta, sistitur pro tribunali, grauis incessu, sedato pectore; cura tamen & sollicitudo honorem & Religionem suam defendendi, faciem nonnihil mutauerat. Quid tandem? Cæsar consideratis personæ moribus, forma vultuque non fucato, omnem confestim indignationem posuit, iram repressit, & leniori aspectu eam compellauit, quatenus se in maritum accipere, non abnueret; addit insuper promissa magnifica, quorum vnum erat, eam imperiali diademate ornatum iri. Verum Pelagia, animo plusquam virili Cæsarem & Cæsarea munera repudiauit, eumque præter opinionem, aspernata est; purpuram, sceptrum, diadema, solium & totius orbis monarcham nihili æstimauit. Siquidem castissima hæc Christi Sponsa, mente perpendens maiestatẽ Sponsi sui cælestis, præ ipso Imperatorem,

&

&Imperatoris progeniem nihili fecit; & priùsquam à proposito vel latum vnguem deflecteret, maluit tauro æneo inclusa flammis vstulari, quatenus fidem sponso cœlesti datam custodiens immaculatæ virginitatis palmam reportaret. Ijsdem gradibus ad cœlos ascendit S. virgo Basilia, & Sponsum suum cœlestem minoris non æstimauit; quæ cum è sanguine regio originem trahens, præpotenti cuidam viro despõsata esset, eum vltrò deseruit, postea cum apud Imperatorẽ Christianæ fidei rea postularetur, Imperator eam vel sponso iterum sociari, vel morte exterminari iussit. Illa audito sententiæ tenore, audacter dixit, Regi Regum se desponsatam esse; demum vitam sibi potiùs adimi permisit, quam fœdus cum sponso suo Christo initum abrumperet. Personam itaq; Sponsi cœlestis tantam esse constat, vt non plebeij duntaxat, sed & Patricij & regij, meritò ipsi palmam relinquere debeant.

CAP.

Capvt II.

Ratio secunda declaratur, quam venusta & perelegans Forma sponsi suppeditat.

Vvlgò receptum eſt, vt decora & venuſta Sponſi forma magnam vim habeat ad captandã ſponſæ beneuolentiam, & conſenſum eius exprimendum. Deus bone, inauditam ſponſi cœleſtis pulchritudinem ſi intueamur, quis omnem humani corporis pulchritudinem deformitatem non æſtimet? Quis ſponſum Chriſto venuſtiorē, blandiorem & amiciorem vidit? de forma eius olim figuratè loquebatur Regina Eſther, inquiens; *& facies tua plena gratiarum:* At ſponſam, precor, interrogatiuaculis examinemus, vt ſponſi nobis pulchritudinem referat. *Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum, qualis eſt dilectus tuus?*
Canti, 5. De colore ipſius reſpondebit, *Dilectus meus candidus & rubicundus.* Quam ſpecioſus eſt præ cæteris? *Electus ex millibus.* Qualem comam gerit? *Caput eius aurum optimum.* Ad oculos eius adum-

adumbrare ne graueris. *Oculi eius sicut columbæ super riuos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & resident super fluenta plenissima.* Genas verò ipsius qualiter depingis? *Genæ illius sicut areolæ aromatum, consitæ à pigmentariis.* Labiorũ ipsius decor quantus est? *Labia eius sicut lilia distillantia myrrham optimam.* De manibus quid asseris? *Manus eius tornatiles aureæ, plenæ Hyacinthis, venter eius eburneus distinctus Saphyris, crura illius columnæ marmoreæ quæ fundatæ sunt super bases aureas.* Deniq; vir nullus vnquam tam formosus extitit: *Species eius vt libani est, electus vt cedri,* quid vltra? *& totus desiderabilis.* O virgines quæ continentiæ votum Iesu Christo nuncupastis, respicite in faciem sponsi huius pulcherrimi, & voluntatẽ vestram tepidiorem intuitu formæ ipsius elegantis accendite. & vestigijs vitæ eius constanter insistite: Vobis calcar adijciat S. Augustinus, qui vos his verbis compellat. Si filios hominum spreuistis, eos in maritos acceptare recusantes è quibus mortalem progeniem suscepissetis, restat vt sponsum hũc cœlestẽ filium Dei,

&

& filium hominis omnibus hominibus formosiorem ardenter diligatis. Eodem sensu S. Ambrosius virgines alloquitur, inquiens; cum mulieri ad nuptias aspiranti, id maximè cordi sit, vt virum formâ speciosum nanciscatur, quaten de hoc ipso glorietur; consequens est vt hac in parte coniuges virginibus cedant, siquidem hæ verâ cum gloriâ prędicare possunt de sponso suo, *Speciosus formâ præ filiis hominum.* Reuera, si sponsi huius pulchritudo ineffabilis, pectoribus nostris ita infixa esset, vt quondam fuit menti nobilissimæ virginis S. Gertrudis, nulla me tenet dubitatio, quin eius imitatione omnem cæterorum hominum formam, obsoletam & aspectu indignam crederemus. Author ille qui vitam eius literis demandauit, scribit Pipinū, virginis Patrem ea tempestate nobilissimū, magno quodam luxu & magnifico apparatu epulum instruxisse Regi Dagoberto, & Aulicis eius, inter quos filius Ducis Lotharingiæ adfuerit. Hic à Pipino & Rege Dagoberto Gertru-

Gertrudem in vxorem ſibi dari petijt, cui petitioni Rex & Pipinus facile aſſenſum præbuerunt. Accerſitur itaq; mater & Gertrudis, quibus præſentibus, Rex ſanctam virginem vltrò compellans, eam exhortatur quatenus nubere vellet ſpecioſiſsimo & illuſtriſsimo Ducis Lotharingiæ filio, qui illic coram adſtabat totus auro rutilans; filia mea, inquit Rex, hunc tibi ſponſum trado, eum læta ſuſcipe, ſiquidem parentibus tuis, quos cernis, mirum in modum placet. Tum probiſsima virgo quæ iam dudum illuſtriorem ſponſi ſui cœleſtis formam oculis animæ perluſtrauerat, firmo & deliberato propoſito etiam iurata replicauit: Domine mi, inquit, ingenuè & bonâ fide tibi recipio, me nec huic illuſtri Principi de quo magnificam mentionem facitis, nec vlli mortaliũ nupturam: vnus mihi Chriſtus inſtar omnium & præ omnibus, illi vt ſponſa complacere cup o. O maturum & prouidum virginis huius iudicium! optimam profectò partem elegit, & commodiſsimam fe-

cit optionem. Nam si Christ⁹ quondam aliquod gloriæ & formæ suæ specimen in monte Thabor edere volens, S. Petrum in tantam admirationem rapuit, vt eius vultu conspecto, (qui erat sole rutilantior) exclamauerit, *Bonum est hic nos esse, faciamus hic tria tabernacula*, quantam pulchritudinẽ illam esse credemus, quã in monte fœlicitatis æternæ, in cœlo empyreo explicabit? Quam venustus erit sponsus & facie decorus, sedens ad dexteram Patris immortalis, si in terris adhuc peregrinans adeò conspicuus & præclarus extitit? O quantæ voluptatis erit eum suspicere in solio maiestatis recumbentem, in pompâ cœlesti, corona gloriæ coruscantem, & honore circumfulgentem? Hac sponsi pulchritudine olim exardescebat S. Agnes virgo celeberrima, ideoque virginitatem ipsi suam consecrauerat. O verba verè aurea & vecẽ cygneam ex ore sanctissimæ huius virginis emissam, quã merito cordi imprimere, & in dies recolere deberẽt animæ illæ quę Christum in delicijs habent.

habent. *Ipsi*, inquit, *desponsata sum, cui angeli seruiunt, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirãtur, ipsi soli seruo fidẽ, ipsi me tota deuotione committo.* Quisnam itaq; cõsiderata sponsi cœlestis elegantia & pulchritudine, qui cãdor est lucis æternę & splẽdor Patris, nõ pessundabit omnia hæc inferiora, quę ad momentum oculos recreant, & sensui tantisper abblandiuntur? fœlicem igitur vitam ducite ô virgines, quòd eo cõmodius facietis, si continentiæ votum accuratè seruaueritis: oculis animæ vestræ semper obuersetur blandus ille decor Iesu Christi Filij Dei, in quem Angeli cupiunt prospicere, radios claritatis eius obstupescentes.

CAPVT III.

Ratio tertia, quæ desumitur ab authoritate & potentia sponsi cœlestis.

IN elocandis matrimonio filiabus suis Parentes eius rei maximè curam gerunt, vt virum alicuius nominis, potentiæ & authoritatis deligant; siquidem vxor (vt loquuntur Iurisconsulti) forum mariti sortitur, eius gaudet priuilegijs, & pro

illius dignitate honoratur. Verumenimuero, quæ vnquam mulier tam bonis auibus nubet, vt sponsum accipiat celebriorem, potentioremve Christo Dei filio, per quem Pater cœlestis omnia condidit? *Omnia per ipsum facta sunt*: item, *per quem fecit secula*, inquit Euangelista S. Ioannes, & S. Paulus Apostolus. *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra*, ait ipse Saluator. Terra quondam ipsius potestatem cognouit, dum à facie eius contremuit, mare ad ipsius nutum fluctus posuit, & tempestates euanuerunt. Saxa quoq; & silices durissimi ad nictum oculi eius in frusta dissilierunt; eo in ara crucis moriente, sepulchra aperta sunt, mortui surrexerunt, infernus exhorruit, Sol obscuratus est, Luna & reliqua sydera pullum velamen assumpsere, Regi & Domino suo exequias agentia. Illius quoq; potentiam immensam experti sunt surdi, muti, cæci, valetudinarij, quibus auditum, loquelam, visum, sanitatem restituit. Quis vnquam priscis temporibus, aut futuris seculis tantæ potentiæ virum

virum reperiet? Quis vnquam nudâ voluntatis declaratione, terræ globum fundauit, aquas congregauit, aërem & cœlos patefecit, Solem, lunam, ſydera & firmamentum condidit? Quis vnquam mulieris ſponſus Angelis imperitauit, animas creauit, mundum gubernauit, Regna & Principatus ad nutum mutauit, & Regum corda regere potuit? Ille eſt, teſte S. Iob. *Qui adducit conſiliarios in ſtultum finem, & Iudices in ſtuporem, baltheum Regum diſſoluit, & præcingit fune renes eorum, qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis, qui multiplicat gentes & perdit eas, & ſubuerſas in integrum reſtituit; ſi continuerit aquas omnia ſiccabuntur, & ſi emiſerit eas, ſubuertent terram.* Verum quid prodigioſum & mirandum in hoc mũndo efficit? Ille rorem demittit & agros fœcundat, ille citra vllam hominis curam & culturam prata vireſcere facit, arbores creſcere iubet, quarum nonnullæ flores & vigorem foliorum ſuorũ nullo tempore deperdunt. Ille tandem ſexcentis herbarum & florum generibus terram

depingit, qui nobis odorem suauissimum & gratissimum exhalant Ille eandem terram replet fructibus, & plantis vires indit admirabiles. Ille syluas & dumeta volucrũ cantu resonare iubet. Ille animalia innumera ad vsum hominis destinauit, quædam perfecta, quædam licet corpore manca & contemnenda videantur, mirabilem tamen industriam pollicentur. Ille vniuersam hanc hominum societatem creauit, vnam quidem specie, sed moribus & humoribus discrepantem. Si Oceanum inuisimus, illic prægnardia cete constituit, Delphinas hominum amantissimos creauit, aquas salsas auget & conseruat, pisces & monstra marina tanto numero & diuersitate congregat. Aerem si peruadimus, illic ventos laxat, tonat, grandinat, fulgurat, montium, syluarum & turrium supercilia disijcit, & homines territat; deinde ad nutum omnia murmura componit in cœlo & in terra, Solem reddens lucidum, cœlos explicans, & pulso Aquilone truculento & procelloso, suauem

& innoxium mittit Zephyrum. Sed quid diuinæ maiestatis potentiam scrutari pergo? illa est Oceanus immensæ profunditatis & latitudinis, humani ingenij velis inaccessus. Consultum est vt vati Regio hac in parte acquiescam, & ipsi credam dum ait: Opera Dei altissima, & prorsus admiranda, ille solus operatur magnalia. Verum hic dicet aliquis, potentiam hanc de qua meminimus, conuenire Christo in quantum Deus est, consubstantialis & coæqualis patri, & ad dexteram eius assidet: in quantum autem homo fuit in terris, pallio ærumnarum nostrarum velatus, an hæc ipsi quadrant! Reuera, non agebat Monarcham terribilem, multis gentibus non imperitabat, in exhaustos opum cumulos non ostentabat, mare classibus bellicis non percurrebat, nec ipsi curæ erat,

Iura dare subiectis, & debellare superbos.

Sed quantum ex ipsius factis exterioribus colligere licuit, ille toto animo anhelabat ad salutē hominum

ſtipatus comitatu duodeno Apoſtolorum electorum. Ille omnibus vitæ ſanctimoniâ prælucebat; Prophetas omnes antiquos virtute miraculorum ſuperabat. Ille erat verbum efficax, & concionator facundiſſimus, præ illis qui vnquam voluntatem Dei annunciauerunt. Maxima verò potentia in ipſo deliteſcebat, ſingulari pietate in Patrem ferebatur, charitate erga proximum effundebatur, paupertatem voluntariam piè profitebatur. Omnibus reiectis, paucis contentus fuit: gratia, animi magnitudine, patientia, continentia, beneuolentia; deſpectu mortis, & humilitate abundauit; animo fuit non fucato, liberali, affabili, excelſo, miti & benigno. Valuit conſtantia in conſilijs, promptitudine in executionibus; ærumnis ſeſe ſubiecit, & paternæ voluntati accommodauit, in omnibus quæ ſalutem animarum concernebant. Deniq; ſui ſimilem in operationibus habuit neminem. Hic erit magnus, prædicebat Gabriel Archangelus in diuina ſua legatione.

Adhæc

Adhæc si ipsius res gestas intueamur, Regem eum præpotentem fuisse aduertemus. quis enim mortalium res magis arduas attẽtauit, quis contra hostem iuratum tam fortiter & prosperè decertauit quam Dei Filius? qui quamdiu in terris moram traxit, semper sublimibus rebus operam dedit, vt bonum pro malo reponeret; peccatores ad saniorem mentem reduceret; Sathanæ vires eneruaret; hominibus veritatem patefaceret, eos à prauis moribus vindicaret; mundi insidijs quibus petebatur resisteret. Finem vero & scopum in his omnibus nobilissimũ sibi proposuerat, non vt Crœsi gazas coaceruaret, non vt aurum (quod vix decem millia Camelorũ ferrent) instar Regũ Persiæ circumueheret; non vt delicijs afflueret, non vt plura imperia affectaret; sed vt salutem populo suo redderet (quod Principis est, vt ipse fuit, clementissimi) peccata nostra ablueret, Patri suo cœlesti nos reconciliaret, & ex tot diuersis hominum nationibus, vnum ouile fieret & v-

nus Paſtor; vnus Deus, vnâ fide coleretur; hic erat finis ipſius, quem ab æterno conſtituerat, & in ipſis cunabulis executioni demandare incipiebat; ad executionem verò illam ſublimen conſummandam, ſolus amor generis humani eum impulit; nempe vt inſtar Regis potentiſſimi, & capitanei bellicoſiſſimi, extremum illud prælium in ara crucis expediret, militaribus Capitaneis tamen valde diſſimilis: ipſi ſiquidem omni calliditate, induſtria, & armorum conflictu id vnum intendunt, vt magnam ſtragem edant, hoſtili ſanguine campos perfundant, & perduelles prorſus deleant; hic verò trophæum inſigne ſe ducturum exiſtimauit, ſi in Cruce pro inimicis ſuis vitam exponeret, omnibus vitam æternam donaret, & pro crucifigentibus ſe Patrem exoraret; quæ omnia è diametro pugnant cum truculentis illis militum noſtrorum deſiderijs. Quos hic Hercules, Hectores, Scipiones talia attentaſſe, nedum factitaſſe conſtat? huiuſmodi res geſtæ & ſubli-

sublimes ausus dignissimè præ cæteris ardui, & admirandæ potentiæ soli vocabuntur; hinc merito exclamat Propheta, *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terrâ.*

Veniant nunc sententiæ nostræ irrisores, & iudicent (modo omnem pudorem non excusserint) vtrum in bonis maximis numerandum non sit, habere sponsum tot nominibus, & rebus præclarè gestis illustrem; iudicent, inquam, vtrum inter hunc sponsum, & cæteros omnes tanta differentia non constituatur, quanta inter cœlum & terram, inter tenebras & lucem. Nunquam profectò S. Susannæ Virginis Romanę prudentiam satis laudauero, quæ amore sponsi cœlestis perfusa, constanti & generoso pectore omnibus extraneis curis se abdicauit, & omnem mundi potentiam & honores pessundedit, quæ ipsi offerebantur. Huic enim sanctæ virgini, Valerius Maximianus Imperatoris Diocletiani filius adoptiuus,

in regno successurus, in virum se obtulit; verum circumspecta & maturi consilij virgo, priusquam Imperatoris adoptiuum filium, naturali Dei filio in potentiâ sponsi præponeret, maluit vitam & sanguinem in summum discrimen adducere. At si virgo hæc prudentissima, tam potentem Principem nihili reputauit, quid vulgus mulierum facere deberet: cum plebeis illis & gregarijs mortalium sponsis. Viuat igitur Rex virginum potentissimus augustissimus, & inuictissimus, redemptor noster, viuat inquam sponsus æternus, animarum nostrarum deliciæ.

Capvt IV.

Ratio quarta explicantur, desumpta à nobili & præclaro sponsi stemmate

NObilitatis prosapiam, & auitam stirpē virgines nostri temporis in eligendo sponso plurimi faciunt, qua viri nobiles à fæce populi discernuntur, cæteris insigniores existimantur, & familiarū splēdor conseruatur. Adeste nunc animis

mis virgines Chriſto deſponſatæ, qui Deus eſt puritatis, homo caſtitatis, imò ipſa puritas & caſtitas; amabo, quis mortalium tot tantoſq; nobilitatis titulos recenſebit quot ſponſus veſter? quæ Principum Regumve ſtirps tam auitam & illuſtrem iactabit originem, quàm Ieſus Chriſtus ab æterno genitus? De antiquiſſimo eius (in quantum homo fuit) ſtemmate, S. Matthæus teſtis omni exceptione maior fideliſſimam ſcripſit hiſtoriam, ipſumq; deducit à tot Patriarchis, & Ducibus Iſraël, per tot Reges & Principes populi electi. Luculentum etiam præbet teſtimonium S. Lucas Euangelicæ veritatis præco, & auitam illam propaginem ſuo calculo comprobat: nam declarare volens, ſponſi huius nobiliſſimi propaginem è ſacerdotali ordine deriuatã, (prout S. Mattheus è regali ſanguine tractam docuerat) eam tandem ad Deum reducit inquiens, *Qui fuit Enoch*, S. filius, *qui fuit Seth, qui fuit Adæ, qui fuit Dei.* Non hic commemorare ſtatui originem ſponſi virginalis in quantum

Matth. 1.

Luc. 3.

Deus est. nam quemadmodum nihil reperimus quod cum Deo conferri possit, sic cum eius, & vulgari hominum nobilitate nullam comparationem instituere possumus. Mihi in mentem dubitare non venit, quin virgines, quarum annuam festinitatem Ecclesia recolit, nobilitatem hanc sponsi sui cum diuinam tum humanã accuratè considerauerint, cuius quidem contemplatione, proauitam regiamve hominum stirpem contempserint, vt ante demonstraui exemplo S. Susannæ virginis Romanæ, quæ Maximianum illustrissimum Principem repudiauit; & exemplo S. Pelagiæ, quæ nec Imperatori nec Imperatoris filio sociari voluit. Eadem (ni fallor) ratio mouit *S*. Petronillam, quæ natalibus quidem non adeò præfulgens, verum modestiæ ornamento, & forma tum corporis tum animæ insignita, Comitem insignem Flaccum nomine, in virũ accipere detrectauit, licet obnixè & instanter rogaretur; adeoq; metuens ne violenter ad illud coniugium compelleretur,

feruo-

feruore precum suarum à Deo obtinuit, vt vitam maturius cum morte commutaret, quatenus illibatã virginitatem quasi testaméto, filio Dei relinquerét. Ad huius virginis constantiam & sapientiam, S. Felicula virgo (& animæ, & corporis pulchritudine celebrata, tum etiam ob prçclaras animi dotes quibus excellebat, conspicua) proximè accessit, quæ itidem sponsi cœlestis intuitu, eidem Comiti libellum repudij misit, qui Petronillam morte præuentam amittens, Feliculam sibi sociare in votis habebat. O admirandum virginei pectoris robur & constantiã! In carcere teterrimo iam ad sex integros dies delituerat, custodijs pro foribus excubãtibus; cumq; eam interdum inuiserent vicinæ mulieres, & dicerẽt; Eheu nobilis virgo, cur tantũ pateris, cur decorẽ vultus tui in hoc obscuri carceris receptaculo finis marcescere; cur in vitę discrimẽ te conijcis? Agedũ insignem Comitẽ nostrũ tui amoris cupidissimũ in virũ suscipe; apud Imperatorẽ summę est authoritatis, & apud omnes in sũmo honore habetur, quid

moraris? amore maximo te complectitur, aſſenſum da, & confeſtim è carcere liberaberis, nec à ceremonijs Chriſtianorum, quibus adhæres, vel latum vnguem deflectere cogêris. Verum pijſſima virgo ipſis breuiter replicauit; Chriſti ego ſpōſa ſum, alteri amores meos nunquam addixero. Hæc vbi reſciuit Comes, eam capite damnauit, tum quod religionem Chriſtianam eiurare, tum quod oblato cōiugio nollet acquieſcere. Equuleo vbi imponeretur ad torturam, in hæc verba erupit: iam tandem fidelitatem ſponſi mei agnoſco, expectatione mea me non fefellit. Mouebantur animi Ethnicorum adſtantiū compaſſione, & ipſi vnanimi voce ſuadebant quatenus ſponsū quem toties ingeminabat, abnegaret; abſit, inquit, illa, vt eum abnegem qui tam tenerè me dilexit, mihi ſe totū tradidit, & pro mea ſalute, os ſuū felle potandum exhibuit, caput ſpinis confodiendum, corpus crucifigendum obtulit; tantis ipſi nominibus deuincta ſum, vt lubens volens ſan-

guinem pro ipſius meritis profundere ſim parata. O præclarę virgines, quæ ne deſiſteretis à nobiliſſimo ſponſi cœleſtis complexu, extrema pati voluiſtis! vos & veſtri ſimiles decet hæc tanta Chriſti nobilitas. Fortiſſimè pro ipſo ſtetiſtis, hinc memoriam veſtri indies recolimus, & vos fœlices, illuſtriſſimas & nobiliſſimas deprædicamus. Virginitas veſtra maximo in honore & pretio habita, immortalibus delicijs comitata, cœlos & terras in admirationem rapit, & vos in prima cœlitum acie collocat. Profari certè nequeo, quanta gloria & honore circumfluetis, dum ſponſus veſter magnificè triumphans aderit, viuos & mortuos iudicaturus, & oliuam pacis cum laurea victoriæ veſtræ coniuncturus. Facies ipſius à nobis occultatur, ſed flante tuba extremi iudicij, mundo reuelabitur; *Lampas contempta Lucerna eius, parata reuelari in tempore nouiſſimo*, inquit S. Iob. *Iob.* 12.
Illa die gloriæ ſuæ vela explicabit, & coram omni natione nobilitatem ſui generis manifeſtam faciet.
Tum

Tum Principes huius mundi, qui hactenus Christi fidem impugnauerũt, reuinctis manibus & pedibus ante ipsius tribunal consistent; *ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* Tum omnis eorũ
Isai. 2. maiestas euanescet: *& incuruabitur ipsi omnis altitudo virorũ.* Tũc tẽporis Christiani omnes qui fideliter seruierunt in hoc mũdo, corona gloriæ induentur, & cum ipso triumphum ducent, inimicis eorum ad inferos relegatis. O quanto tunc gaudio sponsa gestiet, dum tantam, tamq; gloriosam sponsi sui maiestatem conspica-
Prou. 3. bitur? *Nobilis in portis vir eius, cum sederit cum Senatoribus terræ.* Sponsus itaq; virginum nobilis est, & non modò nobilis, sed etiam nobilis nobilium; nobilis Regum, & Rex nobilium. Quamobrem, ipsam sedentem in
Apoc. 4. throno, vt scribitur in apocalypsi, viginti quatuor senes nobiles adorãt, & coronas suas ad ipsius pedes reclinant. Priscis temporibus inter iudiciorum solennia illud obseruabatur, vt Iudex ante portas ciuitatis sedens, ius redderet populo.
Sic

Sic ſponſus hic nobilis decreta ſua irreuocabilia promulgabit, in porta, id eſt, in exitu & fine tempo-rum, ſtipatus magna Aſſeſſorũ, Conſiliariorum, & Secretariorum corona, Apoſtolis nempe, Diſcipulis, & electis ſuis. Ab ipſius curia non dabitur appellatio, ſed vniuerſæ gentes eum nobiliſſimum & ſupremum Iudicem recognoſcent; illic apparebit magnificẽtia & pulchritudo ſponſæ, quæ gaudebit, &, *innixa ſuper dilectum ſuum & deliciis affluens*, ad cœlos aſcẽdet, vt perenni conuiuio nuptias cũ ſponſo conſũmet, omni bono & fœlicitate cumulata.

CAPVT V.

Ratio quinta, ab opibus & diuitiis ſponſi deſumpta.

INter cætera quibus mouentur mulieres ad ſponſum vnum præ alijs eligendum, diuitiæ & ampliſſimæ facultates poſtremum locum non obtinent. Ratio in promptu eſt, quia fœminæ viro locupleti nuptæ, commodius vitam tranſigunt, lautius

lautius epulantur, maiori familiæ imperat, & tenerius deliguntur. Verum enimuerò, veſtram hic requiram prudentiam ô virgines Dei, & Deiparæ imitatrices, dicite quæſo quid de opibus veſtri ſponſi ſentitis! an quiſquam mortalium gazas refertiores, prædia latiora, aut ditius ærarium poſſideat! an non vniuerſalis eſt rerum omnium poſſeſſor & Dominus? *mea enim ſunt omnia*, nonnè Patris æterni heres ex aſſe ſcriptus eſt? *Quem conſtituit heredem vniuerſorum.* Atqui ſi Pater eum nobis in ſponſam offert, ſi dicitur in Euangelio nuptias feciſſe filio ſuo, nonnè vnà cum ipſo omnia nobis largitus eſt? *Quomodo* (inquit Apoſtolus) *cum illo omnia nobis donauit.* Si itaq; mediãtibus nuptijs quas Chriſtus nobiſcum contraxit, quaſi corollarij loco nobis accedunt diuitię cœleſtes quæ terrenis longè ſunt ampliores: Quænam igitur virgo tam fatua erit, vt ſponſum opibus affluenté eligere conſtituens, Chriſto renunciet, quatenus hominem licet Crœſo ditiorẽ accipiat? Quid-

Paral, 24
Hebr. 7.
Matt. 22
Rom. 8.

nam sunt, rogo, aurifodinæ Principum, si cum in exhausto cœlestium diuitiarum puteo conferantur? quid aliud est auri vel argenti metallum, quam rubra & alba terra, limusve coloratus qui in puluerem redigetur? Meritò sanè virgines cum Apostolo, non minus prudenter quàm verè, fluxa hæc & peritura fortunæ membra, ne verbo quidem bona appellanda censuerũt, & amore Christi, vt lutum pedibus conculcarunt. Author quidãm refert, ætate sua virginem quandam pauperem extitisse, animæ dotibus apprime ornatam, cui Ludouicę nomen erat. multi raræ nobilitatis & authoritatis viri eam in delicijs habebant, & in vxorem deposcebant, propter formæ elegantiam & morum vrbanitatem quæ in illa elucebat. Illius pater non adeò nummatus vt opulentam dotem numeraret, ambabus (vt aiunt) vlnis desiderabat, quatenus Ludouica vni tot potentium Amatorum acquiesceret, & nuptias contraheret, quo factò, bona spe lactabatur, sibi & filiæ affatim prouisum iri *Bruman.*

iri de medijs ad vitam sustentandam requisitis, ne amplius tantis in anguitijs rei familiaris versaretur. Verum Ludouico virgo sancta omnino consensum dare renuebat,(instinctu Spiritus sancti, Praeceptoris optimi) acrius à patre impugnata, tuebatur se armis sexum decentibus, fletu nempe & lachrymis, nec vnquam eò adduci potuit, vt in potestatem diuitum illorum corriualium matrimonij iure deueniret; malens vili grabato recumbere & virginitatem seruare quam in plumeis & splendidis istorum culcitris delitescere: quam quidem optionem faciebat, quia certa spe nitebatur, venturum diem illum, quo sponsi locupletioris consortio in cœlis frueretur. Eiusdem sententiæ fuit virgo illa de qua meminit S. Ambrosius; quæ quondam ad sacrosanctum altare cum fugisset, vt illic Deo virginitatis votum nuncuparet, eam Parentes insequebantur vsq; ad ipsas fores Ecclesiæ, vt à pio proposito, insignis mariti commemoratione, & promissione facta,

Ambr. de virg. lib. 1. circa finem.

cta, reuocarent; tum virgo ad eos conuersa, *Quid agitis*, inquit, *vos propinqui? quid exquirendis adhuc nuptiis sollicitatis animum? iam dudum prouisas habeo. Sponsum offertis? meliorem reperi. Quaslibet exaggerate diuitias, iactate nobilitatem, potentiam prædicate. Habeo enim cui nemo se comparet, diuitem mundo, potentem imperio, nobilem cœlo. Si talem habetis, non refuto optionem, si non reperitis, non prouidetis mihi, sed inuidetis.* Huic tantæ virgini, Memoria nomen erat, quod elegātissime quadrat cum meritis vitæ ipsius, siquidem opes huius mundi contemnendo, æternam & beatam sui memoriam in cordibus sanctarum virginum reliquit. Haudquaquam inferior virtus reperta fuit in S. virgine Agnete, cuius vita omnium gentium literis ac linguis innotescit (describente eam Ambrosio) vt ait S. Hieronymus. Nam annum decimum tertium ætatis vix attigerat, cum Romani Prçsidis filius qui ipsius amore peribat, eā in vxorē postularet, & ad animū virginis expugnandum, magnificis opum & munerū promissis lactaret: verum

verum illa deliberato & prudenti animo huiusmodi responsum dedit: Alteri amores meos addixi, qui Præsidis filium opibus longè superat, ipsi datam fidem violare non decet. Cæcus & imprudens Amator ille, huic responso non acquiescens, sed amore virginis magis magisq; æstuans, vrget, premit, obtestatur ne se respuat, & precibus multiplicata munerum promissa coniungit. At virgo quæ inexhaustos cœlestium diuitiarum thesauros benè perlustrauerat, non dona tantũ contempsit ab isto proco memorata, sed & in risum soluta, eum his verbis excepit. *Discede à me pabulum mortis, fomes peccati, quia iam ab alio amatore præuenta sum, qui mihi satis meliora te obtulit ornamenta, & annulo fidei suæ subarrhauit me, longè te nobilior genere & dignitate. Ornaui: dextrochirio inæstimabili dextram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretiosis. Tradidit auribus meis inæstimabiles margaritas, & circumdedit me vernantibus atque coruscantibus gemmis. Posuit signum in faciem meam, vt nullum præter eum amatorem admittam. Induit me cyclade auro texta,*

ro texta, & immensis monilibus ornauit me. Ostendit mihi Thesauros incomparabiles, quos mihi se daturum promisit, si ei perseuerauero. Auditisnè ô virgines Christo desponsatæ, auditisne immensas vestri sponsi diuitias, quas hæc virgo nobilissima declarauit? Videtis quot eam ornamentis decorauit! An vllus vnquam Aurifaber gemmas tam pretiosas expoliuit attrectauitve, quam sponsus vester? An vllus tam preciosam coronam præparauit quam ipse? Si in hoc mundo Regum Magnatumve gazæ, adamantes tantæ admirationis & valoris asseruant, si carbunculos, Sapphyros & Pyropos habēt qui splendore & pulchritudine omnia reliqua superare iudicantur; quanto splendore credemus emicare cœlestes Adamantes, quos supremus ille Aurifaber auroram Solemne illustrans propria manu expoliuit! Huiusmodi lapidibus pretiosis tam copiosè abundat, vt ijs Ciuitatis suæ mœnia exstruat, quam condidit viuis lapidibus, sumptu purpurei sui sanguinis excisis. Id se ita habere testa-

Apoc. 1. tur S. Ioannes Euangelista. *Et erat structura muri eius ex lapide Iaspide, ipsa vero ciuitas aurum mundum simile vitro mundo, & fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum Iaspis: secundum, Sapphyrus; tertium, Chalcedonius: quartum, Smaragdus: quintũ, Sardonyx: sextum, Sardius: septimum Chrysolithus: octauũ Beryllus; nonum Topazius: decimum Chrysophrasus: vndecimũ Hyacinthus: duodecimum Amethystus.* Quæ virginum à sensibus adeo aliena reperietur, vt dona & diuitias tantas nõ expetat? quę huic sponso pręsentari & offerri non cupiat, vt cœlestib⁹ locupletetur muneribus, & ornetur gemmis quæ in diuino gazophylacio asseruãtur? de

Cant. 5. quibus ait sponsę sponsus: *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* Quid donorum & munerum posset anima nostra exoptare quorum copiam non habeat, vbi sponso huic coniuncta fuerit? qui solus vult & potest perfectè spõsas suas illustrare. Concludamus igitur eam fatuam & imprudentẽ esse, quę oblata à Deo specialiter dona, non acceptat; cuperet dubio procul aliquando se saniori iudicio vsam fuisse. CA-

CAPVT VI.

Ratio sexta cur spiritualis sponsus Christus temporali sit præferendus; desumpta ex commoditate bene & tranquille viuendi.

SOlent etiam mulieres libentius huic quàm illi viro nubere, ob spem quam habent vitæ commodius & suauius transigendæ, in huius potius quam illius viri contubernio. Nam vt verum fatear, licet corporalibus voluptatibus quis abundet, omnia tamen acerba videntur, ni mente etiam viuat iucundiori.

Hic sese latissimus campus aperit percurrendi miserias, fortunam aduersam, & molestias quæ in statu coniugij occurrunt, vnde etiam status ærumnosus meritò dicitur: verum breuitatis causa remitto me ad ea quæ superius obiter insinuaui, & assertionis huius veritatem fulciens illis Apostoli verbis: *Tribulationem carnis habebunt huiusmodi*, Vita etiam me deficeret, si tractare vellem & explicare fœlicitatem status, quem virgines in

 altero

altero ſeculo ſortientur, is enim tantus & tam glorioſus erit, vt dignè deſcr bi nequeat; Ciceronianę linguæ promptitudo retardaretur, & omnis humani ingenij acies in tam ſublimi materia retunderetur. Paucis itaque rem explicabo, quantum ad ſubiectum noſtrum ſatis eſſe videbitur; & declarabo quæ ſit futura lætitia & iucunditas ſponſarum Chriſti, dum deducentur ad aulam ſponſi ſui nuptiarum conſummandarum gratia; ex quo facilè patebit quantam haurient lætitiam dum in cœlis cõmorabuntur. Nam ſi gaudium & iucunditas ſpiritualis qua virgines perfruuntur, anteuertat omnem lætitiam quam mulier aliqua cum Marito ſuo poſſet percipere; nullo negotio quiuis iudicabit, omnem coniugem quantumuis fortunatam, miſeram & ærumnoſam eſſe, ſi conferatur cum ſublimi & glorioſo virginum ſtatu, quo Chriſtus animarum noſtrarũ ſponſus, dilectiſſimas ſibi ſponſas excipiet. Amabo, nunc auſcultent virgines quæ Deo ſeſe puras hoſtias &
inte-

integrum holocaustum consecrarunt, quanta pompa, triumpho & lætitia exultabunt, dum ex hoc corporis ergastulo, ad solium æternæ beatitudinis deducentur. *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.* Quæ igitur virgines illæ erunt ad regiam aulam deducendæ, vt nuptiæ consummentur? eas denotat S.Matthæus Euangelista inquiens: *quæ paratæ erant, introierunt cum eo ad nuptias.* In hoc tantisper seculo dum sponsus necdum venit, sponsæ spiritualiter se præparant, & ornant pijs desiderijs & sanctis operibus, hoc maximè spectantes vt in virtutibus profectum faciant mediante Dei gratia, quibus comantur & illustrentur, & pulchritudinem omnibus numeris absolutam sibi comparent, vt sponso suo penitus complaceant, & oculis ipsius arrideant, & eius pulchritudine satientur. O diem illam optatissimam, quæ animas nostras sponso suo coniunget! Prudentes duntaxat virgines cum eo introibunt, & cœlestibus nuptijs intererunt. Quod

gaudium, quæ exultatio tunc temporis, dum portas regni cœlorum tam magnificè exſtructas, poſtibus ſuperliminaribus adeò nitentes, triumphali laurea virentes, & in ſui gloriam & honorem patentes inſpicient? Verum enimuero magnam illam & prænobilem ciuitatem dum ingredientur auro & marmore ſtratam, Iaſpide & Sapphiro relucentem, nonne ijs in admirationem raptis licebit cum Propheta dicere; O Iſrael, quam magna eſt domus Domini, quam amplus eſt locus in quo habitat, magnus eſt nec finem habet, altus & immenſus. Quanta cordis lætitia geſtient, dum cœleſtis illius paláтij porticus perambulabunt, dum laquearia tam ſumptuosè incruſtata, & cubicula aulæis ab ipſo Deo pictis exornata, auro & argento præfulgida conſpicient? *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum!* Quanta erit obſecro magnificentia loci quem Deus ſponſis ſuis præparauerit! Si pompoſæ huius mundi ſuperſtructiones, & oculorum

Baruc. 3.

ornatus

ornatus beſtijs & hominibus communis tam præclarus eſt, quænam erit aula quam Deus condidit cœleſtibus duntaxat ſpiritibus? Adhæc quam iucundum erit videre Magnates illos & Proceres & incolas cœleſtis territorij, venientes obuiam ſponſæ Regis ſui explicata fronte & hilari pectore, vt eam ſaluam venire iubeant, & excipiant, nomine ſponſi cœleſtis? Quiſnam verbis declarare poſſet iucunditatem quam virgines perſentient, dum Chriſtus dulcis earum ſponſus, manu eas tenens in cœlos deducet? *Intrabunt cum eo ad nuptias.*

Reginæ huius mundi præclarum & magnificum eſſe credunt, ſi vrbem aliquam cum ſponſo ſuo ingrediantur celebraturæ nuptias; Dij boni quantus tunc erit triumphus, dum virgines inſtar ſponſarum & Reginarum cum Chriſto in gloriam Patris intrabunt? tum (vt ſcribit S. Ioannes) audient *vocem turbæ magnæ, & ſicut vocem aquarum multarum, & ſicut vocem tonitru-* *Apoca.3.*

 rum

rum magnorum, dicentium alleluia. Tum qui ad nuptias inuitati fuerint, Regem, Reginamue comitabuntur, accinentes in hunc modum; *gaudeamus, & exultemus & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se; & datum est illi vt cooperiat se byßsino splendenti & candido.* Quis mihi festa illa coniugalia describet, dum Deus Pater tentorio inaurato & triumphali curru insidere iubebit innumeras filij sui sponsas, deducendas ad generale illud conuiuiũ Regis gloriosi, vbi ille ipse Rex aßsidebit redimitus serto florum immortalium, quales nunquam oculus vidit, nec nares olfecerunt, & ipse primum signum dabit nuptialis cantici, vt sit generalis omnium beatorum concentus, dum vnione mirabili coniunget naturas duas adeò distantes & inæquales, quarum vna humana est & finita, altera diuina & infinita. Filius erit sponsus electus illius sponsæ quam ipse elegit & ornauit; Pater & Spiritus sanctus mediator erit, & conciliator harum nuptiarum gloriosarum & triumphanti-

phantium, in quibus Deus seipsum in pignus æternæ fœlicitatis offeret, & in seipso conuiuium faciet, in quo cœlicolæ omnes accumbant, O gloriosæ & beatæ virgines, sponsæ filij Dei! en fœlicitatem, en bonum, en gloriam vestram. *Beati qui ad cœnam Agni vocati sunt.* inter conuiuas illos, Virgines primo vocantur ordine, honoratiori loco sedebunt, & eminentiora occupabunt subsellia Illic prandium non instruitur, sed cœna, quam alia non subsequetur. Nec etiam est cœna vulgaris, sed cœna nuptialis, cœna lætitiæ, festiuitatis, applausus & exultationis, vt inquit Propheta, *Vox exultationis & confessionis, sonus epulantis.* Quicunque huic conuiuio intererunt, gaudiũ duntaxat & laudes Dei personabunt. Hæc non erit cœna temporalis, sed in perpetuas æternitates prorogabitur; ideoq; in scripturis nominatur cœna magna. *Homo quidam fecit cœnam magnam* Rex Asuerus, anno regni sui tertio, Proceribus suis omnibus opiparum conuiuium apparauit, quatenus gloriam *Luca 14.*

 diuiti-

diuitiarum, & magnificentiæ suæ pompam ostentaret: adeoque conuiuium illud in centum & octoginta dies produci iussit, quod certè longum tempus est, vnde scriptura conuiuium magnum appellat: sed cœna hæc longioris erit durationis, & semper epulæ affatim procurabuntur, quibus appetitus cum omni delectatione & suauitate perfruatur. O infœlices illos qui hac præstanti cœnâ carebũt, eo quod sese excusauerint, vnus ob villam emptam aut iuga boum; alter ob vxorem, quam duxit. O miseri, fluxis & caducis huius mundi negotijs
Luca 14 irretiti! *Amen dico vobis, nemo virorum illorum gustabit cœnam meam.* E diuerso virgines omni fœlicitate abundãt, eò quod huic cœnæ non intersint tantum, sed etiam propter ipsas instruatur; illarum nuptiæ celebrantur, & illarum matrimonium diu cum Christo initum consummatur. At quis mihi harum nuptiarum lætitiam & festiuitatem describet? quis vnionis & coniunctionis animæ nostræ cum filio Dei suauitatem explicet? qui Paradisus est spiritua-

lium deliciarum, & delectatio beatorum. quis fauorem, honorem & amorem sponsi erga sponsam exprimet? dum eam in conuiuio nuptiali blandissimè excipiet, fouebit tenerrimè, coronam in capite ponet, inquiens, *Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni, coronaberis de vertice Sanir & Hermon, pascuis leonum, & montibus Leopardorum.* Tunc temporis ipsi Angeli sponsæ dicent, veni spōsa Christi, accipias coronam quam Deus in æternum tibi præparauit. Hoc modo S. Lucia ab Angelis vocata fuit qui ipsi accinebant; ô sponsa Christi, ô columna immobilis, veni; omnes cœlicolæ aduentum tuum præstolantur, vt à Iesu Christo coronam gloriæ accipias. Eadem lætitia ferebatur præclara virgo S. Agnes, quæ sexus & ætatis suæ constantiam, & barbaram Tyranni crudelitatē superans, martyrio suo virginitatem decorauit. Nam cum in medijs ignibus versaretur, expansis brachijs deuotè Deū precabatur in hunc modum: Ago tibi gratias Pater omnipotens, te adoro, veneror & deprędico, quòd per merita filij tui

Cant. 5.

eluserim efferi Tyranni minas,& omnes carnis illecebras contempsi, saluâ virginitatis integritate: en ad te venio quem semper colui, quæsiui & desideraui. Hæc illa. Virgines autem omnes dum ex hac vita migrabunt, huiusmodi gaudijs replebuntur. Quanta lætitia erit in visione gloriosa, & vnione animarum cum Deo, qui centrum est cordis nostri, nostræ imbecillitatis fortitudo, & fœlicitatis complementum! Quantum haurient voluptatis, dum sedebunt in possessione æternæ gloriæ, regni triumphantis, ciuitatis magnificæ; dum recumbent in thalamo nuptiali diuino & cœlesti!
Cant. 3. Tunc verba cantici locum non habebunt; En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiũt, omnes tenẽtes gladios & ad bella doctissimi, vniuscuiusq; ensis super fœmur suum. Nam nullus erit hostis, nulli perduelles, nullus inimicus, omnes amicitiam sponsæ expetent, pax & quies nunquam à vobis recedet. *In pace in idipsum dormiam & requiescam.* Pax illa nullo fine terminabitur, nullis odijs

odijs turbabitur. talem mundus non dat, nec in vllo reperitur præterquam in Deo. Agedum igitur, *Fiat pax in virtute tua & abundantia in turribus tuis. Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion.* Quam ob rem *Quoniam confortauit seras portarum tuarum, & benedixit filiis tuis in te; qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te.* O pręclaram & fœlicem diem, ò illustre & beatum domicilium! quis tui non sit cupidissimus, quis te toto corde & totâ animâ non perquirat? S. Domicilla cum sibi ob oculos poneret regię cœlestis requiem & fœlicitatem, & quadam die familiariter disserεret de sponsi sui magnificentia, cum Euphrosyna & Theodora virginibus, Ingenuè, inquit, fateri debeo, me præclarum sponsum habere, nempe filium Dei, qui è cœlis in terram descendens, sponsum se virginibus dedit, quibus etiam recepit daturum se coronam gloriæ, si boni sui propositi tenaces fuerint vsque ad finem; vbi vero earum animæ ex corporibus euolabunt, deducet & introducet illas in cubiculum *Psal. 147.*

suum; illic vera gaudia percipient, æterna lætitia cumulabuntur, & fluxam caducamue huius vitæ delectationem, cum sempiterna exultatione permutabũt. Illic perpetuo cum Angelis feriari licebit, vitam viuét gloriosam & fœlicem, circumcinctæ liliis, rosis & herbis odoriferis, semper nuptialia festa celebrabunt, ducent in bonis dies suos, delicijs & voluptatibus cœlestibus affluent, quæ nunquam cessabunt. Ad hæc omnia danda & facienda se sponsus obligauit: in cuius rei fidem, ne homines de solutione dubitarent, cæcis visum restituit, mutis linguam expediuit, surdos audire fecit, ægrotos sanauit, & mortuos ad vitam suscitauit. En, quam certò virgines, quæ castitatis votum Deo nuncuparunt, æternam possessionem consequentur! Si cubile & thorus sponsalium Christi, in hoc seculo abundat & operitur floribus, rosis & lilijs; si domus eius odores exhalat suauissimos, tam affabre est ædificata, tam eleganter est incrustata, habens trabes cedrinas

&poſtes cypreſſinos, vt ſponſa nunc fatetur: *Lectulus noſter floridus, tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina*: qualis erit thalamus nuptialis & regius in cœlo? S. Catharina Senenſis cum adhuc eſſet iuuencula, huius cubilis & thalami inſignem vidit conſtitutionem. Sextum circiter ætatis annum agebat, cum poſtquam ſororem ſuam inuiſiſſet, & vnâ cum fratre ad domum paternam ſe referret, oculos in cœlum ſuſtulit, verſus templum S. Dominico ſacrum, vbi ſubito lectum conſpexit magnifice & regio luxu ſtratum; in cuius medio ſuper throno regio Chriſtus conſidebat facie rutilanti, veſtitu præfulgido, aſpectu maieſtatis pleno, ipſius latus vtrumque claudebant S. Petrus, & S. Ioannes, hic à læuâ, ille à dexterâ. Diadema triplici coronâ redimitũ geſtabat, micans auro & lapidib⁹ pretioſis. Fixis oculis hæc S. Catharina intuebatur, oculis animę & corporis! nec mora. Chriſtus ad eam ſe conuertit, blãdiſſimè arriſit;

arrisit, manum porrexit, & signo S. Crucis benedictionem impertiuit. Quid? virgo sanctissima tantam ex hac visione lætitiam hauriebat, vt quamuis in media platea consisteret, & ad discedendnm seu pergendum moneretur, hæreret nihilominus immobilis vt rupes, in extasin correpta, & amore eius quem viderat, æstuans. Paulo post, vbi ad se fuisset reuersa, strepitu, pulsu & clamore adstantium excitata, fratri suo dixit; mi frater Stephane, si eandem mecum visionem habuisses, me nullatenus interturbasses: & his dictis visio euanuit, & virgo præ lętitia in lachrymas abiens iter suum versus ædes paternas redintegrauit. Verumenimuero si tantum est breuis alicuius visionis gaudium & delectatio, quam lætitiam futuram creditis in thalami cœlestis possessione, in magni, nobilis & sacrosancti huius matrimonij consummatione? Quis sibi circa nuptias carnales nauseam non pariat, si vel çogitatione cœlestium nuptiarũ gaudia percurrat? Nunc itaque virgo sanctæ

ſanctæ virginitatis amore flagrans, cuius interuentu in hac vita dignè ſponſalia contrahit, in altero ſeculo nuptias peractura, audacter & liberè cum S. Febronia, quæ fuit flos virginum in Meſopotamia, dum à Iudice ad matrimonium compelleretur, dicat: Ego vero lectum in cœlis paratum habeo, qui hominis mortalis opera ſtratus non eſt, ſed manu omnipotentis: iam ſum deſponſata, nec diſſolui poteſt vinculum quod arctiſſimè conſtrinxi. Regnum cœlorum in dotem mihi aſſignatum eſt, & pro fructibus coronam cœleſtem percipio. Sponſo coniuncta ſum eleganti, ſpecioſo, immortali, virum mortalem & corruptioni obnoxium faſtidio. Hactenus adduxi exempla virginum multarum, quæ illuſtribus & præclaris coniugibus renunciarunt, Principes, Reges, & Imperatores reſpuerunt. Quidnam ad hoc eas impulit? nimirum, probè nouerant, Heroes illos, Alexandros, & Cæſares nobiliſſimos humanis ærumnis & calamitatibus ſubiacere, & eſſe ambi-

ambitionis mancipium, catenam ferream collo gestantes, quantumuis aurea videretur, extrinsecus duntaxat fulgebant, vanitate huius mundi circumcincti. E diuerso sciebant Christum esse sponsum salutiferum, Principem inuictissimum & gloriosissimum, qui maiestate sua omnibus natis & nascituris Regibus anteiret.

APOLOGIA.

Aduersus quartam obiectionem, quæ struitur in virgines ex defectu prolis.

Non molestum erit virginibus, vt existimo, audire obiectiones quæ adducuntur ad infirmandum & minuendum bonum status earum; siquidem etiam intelligent quomodo eas resoluere, & aduersariorum tela debeant retundere. His quoque obiectionibus propositis & discussis, non dubito quin magnam haurient consolationem, & se in pio proposito magis magisque confirmabunt. Prodeat itaque in medium

diam aduerſarius, omne virus acerbitatis ſuæ euomat, omnem difficultatis modum obiiciat: ſtamus in procinctu, omnem protinus difficultatem tollemus, tenebras ex oculis ipſius diſcutiemus, vt ipſe illuminatus, inſtar alterius cerei, è fœmina maſculus fiat, id eſt ex homine carnali in ſpiritualem transformetur. In arenam deſcendit quaſi vltimo congreſſurus, huiuſmodi iacula contorquens. Eheu, quid miſerabilius eſt, quam naturæ dono priuari, cuius intuitu, Deus fœminam viro coniunxit? Luctuoſum reuera eſt tanto bono carere, quod olim in antiquo Teſtamento tanti fiebat, nempe poſteris & pulchra prole deſtitui, & dulce matris nomen ignorare. Magna profecto eſt calamitas, vnum ſaltem filium non genuiſſe, in quo amorem noſtrum & ſpem ſenectutis ponamus, cui in hac vita diuitias cumulemus, & eius curam geramus, ſicuti Aeneas apud Poetam:

Omnis in Aſcanio chari ſtat cura Parentis.

Neceſſa-

Necessario igitur dicendum est statum virginitatis infœlicem & ærumnosum esse, vtpotè qui tanto bono careat, quo maius in orbe reperiri nequit. Nam homo immortalitate quodammodo donatur, beneficio generationis, & successione liberorum, ideoque sapiens ait; Pater eius obiit, at non prorsus obiit, nam filium sibi similem in viuis reliquit. Atque hæc quidem sunt quibus virginitatis oppugnatores eiusdē statū labefactare sperant, solo prolis amore ad pugnā accēduntur, & aciē nostram perfringere conantur, vt vastent exercitum virginitatis, qui ducitur sub auspiciis Iesu Christi & gloriosæ eius matris Mariæ.

CAPVT I.

His potissimum temporibus, procreandis liberis operam dare, non est verum bonum.

HOmo carnalis qui bonum & fœlicitatem suam collocat in carioso carnis fundamento, ad probandam miseriam quæ in defectu prolis & successionis versatur, sat validis argumentis vti videtur, si tempus naturæ & legis inspiciamus. Verum vbi manifestè docuerimus, magnam esse differentiam inter præterita secula, & hoc gratiæ tempus

pus, tota ipsius argumentatio eneruabitur & corruet. Liberorum sanè procreatio, res pulchra & expetenda fuit, quamdiu homo in statu innocentiæ permansit, & primæuam suam naturalemue integritatem retinuit. Sed vbi lapsus est, studium prolis ipsi nequaquam fuit expetendum. Vt hoc ipsum clarius explicem, non hic loquor de nuda & mera liberorũ procreatione in se sumpta, neque enim quicquam ab eius bonitate decessit: sed de illa loquor secundum adiuncta, accidentia, adhærentia, & concomitantia eius, citra quæ hodie nulla soboles potest suscipi, magna tamen impedimenta & molestias aduehunt. Mulier sibi gratulari merito deberet, si quod ex ea nascitur sanctum & perfectum esset; verum lugere potius debet, eo quod omnes quos lactat & educat, peccatores fiunt, & statim à conceptione rei & noxii sunt, & vnà cum suis progenitoribus ad interitum vergunt, communem & irreuocabilem mortis sententiam subituri, adeo vt omnes cum Propheta

pheta cogantur dicere, *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Quamuis Parentes vitæ sanctimonia polleant & Deo sint gratissimi, eo non obstante, proles quæ ex ijs producitur, filius iræ & filius perditionis est, cōmuni culpæ obnoxius, propter sanguinem generatiuum quo in vtero matris informatur. Adeoque ex ventre matris egreditur non vt Iacob electus & formosus, sed vt Esau crassus & deformis, tegmine & inuolucro peccati hirsutus, feræ alicui non absimilis. Nullus dubito, quin in statu innocentiæ, liberorum generatio homini fœliciter accidisset, quia liberi quos tunc suscepissemus, omnes probi, electi, & filij Dei fuissent, tot numero, quot Deus elegit ex corrupta humani generis natura, ad restaurandas Angelorum ruinas; siquidem omnes nati fuissent absque concupiscentia & rebellione carnis, absque vlla actione & passione violenta; sed hoc tempore, is rerum non voluitur ordo.

Nam-

Namque in procreandis liberis, matri vis infertur, Pater verecundatur, vterque confusionem patitur, ob dominium vel potius tyrannidem carnis, & concupiscentiæ suæ, quæ malum est hæreditarium, & morbus contagiosus, qui à primis parentibus ad nos vsque serpit, eo quod de fructu vetito comederint. Adhæc è corporali illa commixtione, non tantum nascuntur liberi qui sint in numero electorum & prædestinatorum, sed (quod maximè timendum & deplorandum est) qui adiudicandi etiam sint æternis ignibus & cruciatibus, mancipia Satanæ, membra Diaboli, instrumenta Luciferi, vasa iræ, filij perditionis, serui peccati, titiones infernales, qui in omnem æternitatem comburentur, nunquam extinguentur aut consumentur.

Audite quid SS. Doctores super hac re sentiant. *Illud credendum est* ait S. Augustinus, *quod Sanctorum numerus quantus complendæ illi sufficit beatissimæ ciuitati, tantus existeret, (in sta-*

(in statu Innocentiæ) & si nemo peccasset, quantus nunc per Dei gratiam de multitudine colligitur peccatorum, quousque filii huius seculi generant & generantur. Et ideo illæ nuptiæ dignæ fælicitate Paradisi, si peccatum non fuisset, & diligendam prolem gignerent, & pudendam libidinem non haberent. Hæc magnus ille Doctor, cui adstipulatur S. Gregorius in Moralibus suis, qui sic ait: *Si parentem primum nulla peccati putredo corrumperet, nequaquam ex se filios gehennæ generaret, sed his qui nunc per redemptionem saluandi sunt, soli ab illo electi nascerentur.*

Greg. lib. 4. Mor. c. 36.

Idem tenet Rupertus Tuitiensis in hunc sensum: Proculdubio, ait, si peccatum non obrepsisset, ij solummodo nati fuissent, qui nunc per gratiam Christi salutem consequūtur; tota verò reprobatorum multitudo nascitur, vi maledictionis illius cui fœminam Deus subiecit, *Multiplicabo conceptus tuos,* id est progeniem tuam, efficiamq; vt sæpius parias; adeoq; si peccatum non obrepsisset, tantus quantus est hominum numerus non extitisset, qui tandem subtrahi debet & in æternam gehennam

nam

nam magna multitudine relegari. Quisnam igitur in bonis numerandum esse ducat, vt liberis procreandis operam det, cum à tergo ipsi concupiscentiæ malum immineat, & verendum sit ne genimina viperarum suscipiat, aut insignes aliquot nebulones, & à Deo reprobatos, Cainos & Iudas, aut eos qui in scripturis nominantur filij superbiæ, filij Belial, filij mortis, filij torturæ & gehennæ. Iam posito casu vt alicui semel illud infortunium acciderit, prout multis sæpius accidit, nonne præstitisset, vt mater núquam concepisset & peperisset fructum tam infœlicem & prodigiosum, qui arborem suam dedecore afficit, terram quæ ipsum aluit, & cœlum quod ipsi illuxit, dehonestat? Reuera benè perpensis periculis, nemo sapiens est, qui non dicat cum Saluatore nostro liberrimè, *Beati vteri qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt.* Nam si execrandum & formidandum est parere monstra diuersæ formæ & figuræ, quæ præ se ferant canes, feles, leo- Luca 22.

nes, vulpes, ſues, vrſos & lupos, & huiuſmodi animalia, quãto eſt horribilius & infœlicius reprobatum aliquem gignere, qui ſit canis detractionibus, felis latrocinio, leo furore, vulpes impoſturis, ſus obſcœnitate, vrſus luxuria, lupus guloſa auiditate? an non ſcitiſſimè inquit Salomon, præſtat decedere abſque
Eccleſ.6. liberis, quam eos nebulones relinquere.

Ad hoc malum accedit aliud quod mulieres præcipuè affligit, & ipſas maximè ad lachrymas prouocare deberet. Nimirũ quod Deus peccatum à muliere & parẽte primo commiſſum, voluerit acrius & ſpecialius punire in perſonâ mulieris, quę marito ſuo dederat anſam peccandi, ideoq; ad eam conuerſus, multipli-
Geneſ.3. cabo, inquit, miſerias & conceptus tuos, & in dolore paries, &c. hoc illud eſt condimentum quod Deus delicato eius palato poſt guſtatum pomum obtulit. Ex illis verbis liquido conſtat, omnes mulierès ſubire condemnationem primæ pa-

rentis, quæ inuoluit neceſſitatem patiendi dolores ſi concipere voluerit.

Hanc ipſis calamitatem peccatum adtulit, nam alias mulier abſque dolore concepiſſet, quia, vt ait S. Auguſt. liberi in hunc mundum veniſſent, vt fructus maturi qui ſponte ex arboribus decidunt. Sed eheu! noſtris temporibus alia eſt ratio ſuſcipiendæ ſobolis, cum quęuis mulier, licet Regina potentiſſima ſit, debeat in tanto dolore parere, vt eum ſcriptura ſummis ærumnis & ineffabili dolori conferat. *Ibi dolores vt parturientis* inquit vates regius, & Apoſtolus, *Sicut dolor in vtero habentis*. Amabo, quis ita deſipit, vt nomine boni dignari velit illud, quod tanto dolore cõnſequitur, & tam carè emit, vt non raro ipſam vitam profundere debeat. Hac ſanè conſideratione potiſſimum moueri deberet illa, quæ vocationi & inſpirationi diuinæ reſiſtit. Prò quænam illa miſeria eſt, paupercula mulier grauida

Aug. lib. 14. de ciuit. Dei.

Pſal. 47. 2. Theſ. cap. 5.

debilitatur, & vt pariat ærumnis affligitur, ijsq; ad mortem: quidnam vero pariat? massam carnis nimirum, quæ mouere se, nec loqui potest nisi flendo & vociferando; onus illud nouem mensibus gestat in vtero in modum tympani protento: deinde post multos labores exhaustos & perpessas ærumnas, animam forte efflabit in ipso puerperio, & puer prognatus, postquam mortem matri conciliauit, in omnem sese nequitiam effundet, & ad numerum reprobatorum accedet.

En præclaram sanè fœlicitatem, quam tanti æstimare debeamus! en bonum insigne, quod plerumque comitatur extrema pernicies & calamitas! At contra hæc statim quis obijciat, fieri etiam posse vt mulier sanctum pariat, electum & dilectum Dei: concedo id fieri posse, sed

Eccles. 1. quis illud sibi certo promittat? nouimus ex Scriptura, quod, *Stultorum infinitus est numerus & incorrigibilis*: adhæc, *multi vocati, pauci electi*. vtrum autem creatura illa quam tu genuisti in paucis illis numeranda sit qui

ſtulti non ſunt, planè ignoro, & tu eadem teneris inſcitia: adeoque ſemper erit quod metuas & reformides, à quo ma'o virgines immunes habentur. At verò dices creaturam illam futuram vnam ex electis, quis enim contrarium audeat aſſerere? nonne accidit hactenus, & in dies euenire videmus vt parentes genuerint liberos vitæ ſanctimonia conſpicuos & Deum timentes? liberis igitur procreandis operam dare volo, ſpero eos legi diuinæ conformiter victuros.

Huic obiectioni tripliciter reſpondeo; & in primis dico, omne illud eſſe incertum & ab euentu iudicandum, ſicque nihil conſtanter aſſeritur, ſed potius in deteriorem partem præſumitur.

Speras quidem, at vide quam remota & incerta ſit ſpes; interim vero dum puerum in vtero geſtas, mirificè anguſtiaris, de partu periclitaris & cruciaris, in educatione plurimum deſudas, lentè & tarde ad ætatem maturam perue-

nit, & augmenta virtutis ardua sunt & difficilia; quæ priusquam in filijs conspiciatur, quot parētes morte præueniuntur? quám frequens etiam est liberorum numerus, quibus Deus filum vitæ abrumpit, in ipso exordio, aut flore iuuentutis.

Parentibus autem quibus hæc iactura obtigit, quid superest nisi mœror, querimonia, luctus?

Secundo dico, quòd Deus te non adstrinxerit ad hoc vt ea cures quæ ad te non spectant, sed liberum tibi arbitrium relinquit, vt quod bonum videbitur, facias. ipse electos suos probè agnoscet. nam, *Potens est de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.*

Tertio dico, parentes ex se non generare electos & filios Dei, sed reprobos & filios perditionis; hæc Ephes. 2. est doctrina Apostoli dicentis, *Omnes nascimur filii iræ*, hinc cogimur vnanimiter dicere, *Ecce in iniquitatibus conceptus sum.*

Quocirca bonum illud quòd à diuina.

diuina prædeſtinatione in nos deriuatur, matrimonio acceptum ferri non debet, quo mediante ſanguis corruptus, id eſt, peccatum originale in nos tranſmittitur; ſed diuinæ electioni adſcribi debet, ex qua bonum hoc proficiſcitur, per quam electionẽ ſeu prædeſtinationẽ, DEVS ab omni æternitate hunc & illũ ſaluare decreuit, eumq; vindicare à corruptione naturæ deprauatæ, cui addictus & condemnatus erat, mediante actu carnali.

Ea propter nihil eſt quod gloriari coniuges & de ſuo venditare poſſint; imò potius eſt quod lugeant & lamententur, ſiquidem per ſe nihil aliud præſtant quam quod corruptum & vitiatum ſanguinem tranſmittant, & conſequenter ex eo peccati corruptionem inducunt; quod perpetua ſobolis generatione in poſteros deriuatur, nam vt teſtatur Apoſtolus, *Per hominem vnum peccatum intrauit in mundum, & mors per peccatum*, quæ omnibus vtpote peccatoribus ingruit. Rom. 5.

Præterea verò, in statu innocentiæ, iucundum & expetendum fuisset prolem generare, quia liberi telo mortis non fuissent obnoxij (quæ sæpissime eorum vitam in medio cursu abrumpit) sed teste S. Augustino, post certum tempus, meritis obedientiæ suæ factum fuisset, vt in cœlos eueherentur, nec amarum mortis calicem prægustassent.

Aug. lib. 13. de Ciuit. Dei.

Verum hoc in statu, ob peccatum, nullus mortem effugere potest, nullus naturę conditionem euitare, adeoque omne corpus humanum sorti mortalitatis subiectum, corruptioni necessariò subiacet, in cinerem ex quo conflatum est reuertitur, vbi cibus & esca vermium sepulchro delituerit. *Putredini dixi mater mea es, & soror mea vermibus.* Quid quæso solatij hauriat Pater aut Mater, qui in conspectu suo habent liberos varijs morbis & infirmitatibus conflictantes dolere, lamentari, marcescere, pallere, languere, conqueri, interire, nec vllam eis medelam adferre possunt? Parentes nostri primi, quo gaudio affecti sunt dum viderent ex primo-

Iob. 17.

primogenitis ſuis, vnum probum, alterum impium eſſe, & tandem ſe vtroque miſerrimè & luctuosè priuari, ſiquidem vnus, primus reproborum, alter ſceleſto & calamitoſo facto à fratre trucidatus fuit, vnde experientia edocti, didicerũt quàm acerba mortis eſſet pœna, qua Deus ijs comminatus fuerat ob peccatum.

Hac autem tempeſtate quàm vulgaris eſt hæc apud Parentes calamitas! quoties liberorum immaturam & violentam mortem conſpiciunt, aut ſummo cum mœrore fatuas eorum debacchationes intelligunt, & patrimonij dilapidationem luſibus, laruis, ſympoſijs, & alijs expenſis, quas ipſi perſoluere tenentur?

Tantum ærumnarum proles dat inepta Parenti! *Euen. apud Plutarch.*

dicebat antiquus quidam Poeta. Teſtor nunc vos virgines pudicæ, quid vobis videtur, de accidentibus illis & coniugij ad nexis adiunctiſq;, an non infinitas ærumnas ſecum vehunt? quodnam igitur bonum poſitum eſt in liberorum procreatio-

 ne, quæ

creane, quæ cum pudore inchoatur, fit cum violentia, & cum indecentia consummatur! quæ ingenti cum dolore producitur, in continuo mortis metu conseruatur, tum animæ, tum corporis? Pulchrum reuera erat, vt ante sæpius dixi, in primæuo illo innocentiæ statu liberos generare, aureo nimirum illo seculo, dum tellus sponte sua fructus produceret, dum cœlum nullis imbribus velabatur, nec vllâ tempestatis inclementia horrescebat, omne sydus erat fœlix, Angeli cum hominibus conuersabantur; ipsisque omnia terræ animalia seruiebant; deniq; dum corpus semper pancraticè valuisset, nullo ægritudinis genere tentatum, nullo labore, molestia, fatigatione confractum; in tanta rerum omnium affluentia, & prospero successu lubẽs concesserim fuisse expetendum vt liberos generaremus, aleremus & educaremus; verum deterrimis & luctuosis hisce temporibus, in hoc seculo ferreo, dum terra ex se nihil aliud quam spinas & carduos producit,

cit, & quotannis excolenda est aratro, rastris, ligonib⁹ summâ cum fatigatione, vt executioni mandetur sẽtẽtia illa punitoria quam in hominẽ tulit Deus, *In sudore vultus tui panem tuum comedes.* ærumnosum sanè nunc est & miserum liberos habere, nũc, inquam, dum Angeli ex amicis inimici facti sunt, aer grandinẽ nobis & fulgura concitat, astra nobis malum portendũt, animalia nocẽt, homines insidiantur, & plurimæ nos circundant angustiæ, ita vt bellè nobiscum agi videatur, si ex hoc mundo palustri nos ipsos euellere possimus, tantum abest vt alios humeris nostris ferendos imponamus. Omitto iam molestias, & innumeras difficultates quibus parentum plerique obruuntur circa educationem liberorum; mitto quãm anxiè sint solliciti de filiabus suis in matrimonium elocandis, omitto varia & frequentia fortunæ tela, vt iacturam bonorum, simultates, ignominiam, infamiã & huiusmodi, quę ex improuiso aduolãt, & vitam coniugũ miserrimè dilaniant, vbi vident

ſe hæreditario iure nihil liberis ſuis relinquere poſſe præter inopiam & egeſtatem: illud in genere dico, eum qui familiam & numeroſam prolem alere conſtituit, exponi magno ſalutis periculo, niſi ſpecialiter diuina gratiâ muniatur, quæ eum in illum coniugij ſtatum vocauerit & conſeruet; maximam enim in ſe prouinciam ſuſcipit; ſiquidem parentes non ſolum tenentur prouidere liberis de honeſto victu & cultu, verum etiam ijs bono exemplo prælucere; eos bonis moribus & diſciplinis curare inſtitui, in delinquentes animaduertere, neque amore nimio proſequi; denique diligenter attendere, quatenus virtutibus addicti pietatem colant, & neceſſum eſt vt eos ad vitam ſanctè & honeſtè inſtituendam exhortentur.

Nam huiuſmodi ætas ordinariè officij ſui non recordatur, & flocci ducit adoleſcentiam ſuam luſibus alijſue nugis conſumere, laxis habenis in voluptates proruẽs. Quantus prò dolor in inferno parentum

nume-

numerus cruciatur, eo quod paterno officio bene perfuncti non sint, non cohibentes prauam liberorum affectionem quæ semper in vetitum currebat; nec vllum eis ponentes obstaculum! Quot rogo matres æternis flammis exuruntur, eò quod filiabus suis malo exemplo fuerint, earum mores non obseruauerint, sic, vt in mulieres improbissimas euaserint! permagna est hodie hominis calamitas, omnes peccatores sumus, humeris nostris magnam peccatorum sarcinam gestantes, at quid consilij, dum ob nimiam indulgentiam aliena nobis peccata imputabuntur? si laboriosum & arduum est onus proprium ferre, quo pacto, alienum etiam gestabimus? deinde ad hanc miseriam alia non minus grauis accedit, nimirũ, quod parentes laborare debeant quatenus liberis suis post mortem bona vitæ sustentandæ sufficientia relinquant. nam teste Apostolo, *Parentes debent thesaurizare filijs, non filij parentibus:* 2. Cor. 12
quę quidem obligatio, vt bene notat S. Gregorius, parentum animos mi-

tificè ad sordes & auaritiam propel-
lit. Hinc pleriq; omnes qui liberos
habent, incidunt in laqueos Satanę,
& in sordido auaritiæ cœno volutã-
tur, quæ radix est omniũ malorũ, &
vilis domina vitiorũ, quæ seruũ su-
um in vsurarum, hypothecarũ, con-
tractuũve perniciem præcipitat, &
tandem, ni bene attendat, ad infide-
litatem & execrabilem idolorũ cul-
tum perducit, vt affirmat idem Apo-
stolus. O quantâ mole coniuges ob-
ruũtur! illi enim vel pauperes sunt,
vel diuites, si pauperes liberos ha-
bent, quantis angustijs, quantis cu-
ris afficiuntur, vt eos alant & vesti-
ant? Si filias genuerint, quanta solli-
citudine coquũtur vt ipsis maritum
reperiant? ignorant demũ aliquan-
do quid de ijs faciant, & cui viro eas
obtrudant Non raro, mihi credite
de ipsarum existimatione, propter
paupertatem periclitantur, ni De-
us prouidentia sua humanis necessi-
tatibus opẽ ferat. Si verò diuitijs af-
fluũt, quales plerunq; in vrbibus re-
periuntur, tum ambitioni locus est,
superbia dominatur, vanitas inter-
cedit,

cedit, tacitq; vt ipsi suis bonis minimè contenti, aliena corradere præsumant fraudibus, dolo malo, vsuris & iniquis contractibus, conscientiam suam pedibus conculcantes, & nihil ducentes animam suam dæmoni mancipare, modò pinguem filijs hæreditatem relinquant, & eos ad honores euectos videāt. Ego ipse memini de quadam muliere, quę secum deliberauerat, velle filio suo facultates magnas cōgerere, etsi propterea in infernū rapi deberet; accidit interim vt ęam tam fatui propositi pœniteret, & obnixè à Deo veniam rogaret, quam, vt spero, obtinuit, verum noluit Deus; vt filius ille, ob peccatum matris, opulentus esset, imo ne hæres quidem, sed in summa egestate vitā duxit, contra omnem matris expectationem. En quò se pręcipites ferri sinant parentes, ob nimium amorem erga liberos suos! fœlix reuera est status virginitatis & continentiæ, qui talibus impedimentis non implicatur, & sunt immunes à tot obligationibus, quibus coniuges adstringuntur.

Verum

Verum obijciet aliquis, non omnes tam cœcos esse, vt sic bonis temporalibus inhient, & tam perditè studeant locupletandis liberis. Equidem existimo non omnes adeo delirare, sed ausim dicere paucos excipi qui non implicentur laqueis carnalis affectionis, quæ hominem partim excœcat, partim ita occupatum & intricatum reddit, vt sui obliuiscatur; *Stultorum* enim vt supra dixi, *infinitus est numerus*; commodè & prouide eos facturos puto, qui potius hæc retia fugient, quam sub spe euadendi se ijs inijcient, illud enim securum est, hoc periculosum. Restat nunc vt concludamus, liberorum procreationem ratione adiacentium & concomitantium, non modo fœlicem non esse, sed & multis ærumnis abundare-

CAPVT II.

Hac nostra tempestate, liberorum susceptio expetenda non est, vt olim tempore antiqui testamenti.

RAtionibus supra adductis non acquiescit, nec ijs mouetur petulans

tulans

tulans noster aduersarius, homo carnalis; verum redintegrato prælio, obijcit nobis laudem & gloriam, qua patres antiqui testamenti afficiebantur ob procreatos à se liberos, & posteritatis propagationem; quasi ignominiæ & infœlicitati verteretur apud antiquos, hærede destitui, qui tum bonis succederet, tum etiam nomen & stemma familiæ conseruaret. Ad illud breuiter respondeo, nostri, & antiqui temporis diuersam haberi rationem, quod quia superius multis explicaui, ideo lectorem beneuolum, eò remitto; hoc capite proponam aliquas duntaxat rationes ex quibus manifestum fiet, præsuppositam Patrum antiquiorum fœlicitatē, nullum præiudicium generare, circa bonum virginalis status.

Hebræorum populus, teste S. Augustino, in omnibus erat quasi figura & vmbra eorum quę futuris temporibus euenire debebant; quod & de ipsius productione & multiplicatione dicendum est. Nam tanta & tam numerosa populi istius multitudo, deno-

duobus comparat. vna comparatio sumitur à puluere terræ, altera à multitudine stellarum. Per multiplicationem pulueri similem, præfigurabatur generatio carnalis populi Hebræi, qui præter terram nihil spectabat, at per multiplicationem stellis similem, repræsentabatur spiritualis Iesu Christi generatio, quæ semini Abrahæ promissa fuit, vt scite notauit Apostolus, dicens, *& semini tuo, qui est Christus*. hac comparatione vt docet S. Augustinus, Deus non tã voluit numerũ designare, quã puritatẽ, claritatẽ, sublimitatẽ & splẽdorẽ sanctitatis, charitatis, virtutis & gloriæ filiorum suorum & Ecclesiæ. Nam quemadmodum permagnum est discrimen inter stellas, quæ omnes puræ & cœlestes sunt, ita non exigua est differentia inter eos qui ad spiritualem Iesu Christi generationem spectant, licet illi vitã sanctam & cœlestem transigant, adeoq; cum Apostolo dicant. *Nostra conuersatio est in cœlis:* Christus lumẽ & radios emittit instar solis: Deipara virgo lunæ æquiparatur; aliorum quoque sanctorum gloria instar

Rupert. & Rabbani in Gen. & in de ciuit. Dei c. 13.

Gal. 3.

1. Cor. 15.

ſtellarum reſplendet, præcipuè verò beatum illud ſydus quod virgo nuncupatur. Hebraici itaq; populi generatio corporalis, noſtram ſpiritualem figurabat; atqui iam figura euanuit, vbi figuratum apparuit. Hinc nihil amplius ſub figuris geritur, cum earum vmbras ipſa veritas depulerit. Vt verò rem accuratius examinemus, adducam elegantem rationem cur Patres antiqui teſtamenti, tam ſedulo liberis procreandis operam dederint, vt terram replerent. Quia nimirum verbum æternum incarnari, & ex gente illa Iudaica carnem humanam accipere debebat, adeoq; decens erat, vt in regnum & ampliſſimam rempublicam euaderet, quæ populum numeroſum haberet, vt inde manifeſtaretur, eum eſſe populum electum & à Deo dilectum, de quo Propheta dixerat. *Non fecit taliter omni nationi.*

Adhæc oportebat populum hunc electum, eo tempore quo filius Dei in terram deſcendit, eſſe omnibus numeris abſolutum. Quia verò ad iuſtam multitudinem populus iſte

nec-

necdum peruenerat, ſed ad eum quotidie acceſſiones fiebant, à morte Patriarchæ Abraham, cuius ſemini Meſſias certò promiſſus fuerat; ideò neceſſarium videbatur, vt gens Iudaica, egregiam (vt ita loquar) operam liberis procreandis nauaret, & terram rèpleret. Hinc rem illam ita cordi affixam gerebat, vt infamis & ignominioſus crederetur, qui ex juſtis nuptijs prolem non ſuſceperat: ſic à contrario ſenſu fœlix ille reputabatur, qui numeroſam prolem ediderat; & hæc eſt ratio cur antiqui Patres adeo de prole ſolliciti fuerint. Sed poſt Chriſti aduentum, & vbi populi numerus ſat frequens extitit, non video cur vlterius generandi cura nos moueat, & ad obligationem replendi terram adſtringamur, prout antiquæ legis Patres adſtricti leguntur. Soluti itaque ſumus obligatione illa replendi terram habitatoribus & incolis, quia ſic repleta eſt vt exgurgitet, pluresque homines contineat quam alere ſufficiat.

Turrim aliquam excelſam, aut pulchram

pulchram arcem ædificaturus, cæmenta, operarios & architectos quot potest, quærit; verum operę consummato, omnes ad vnum dimittuntur, nec ibi eorum operę amplius in vsu sunt, Patres antiqui amplam & insignem arcem pro aduentu Christi exstruebant; ideoq; omnem curam eò vertebant, vt homines gignerent, ad eam fabricādam, At cum ab hinc tot annis eam affabre ædificatam videamus, non opus est vt factum faciamus. Hominum multiplicatio quam antiqui Patres in præceptis habebant, similis erat conscriptioni militum, qui ad expeditionem aliquam mittendi sunt, ij cessante mox bello, collectis sarcinis exauthorati, militiæ sacramento soluuntur, & quilibet sese absque vlla belli solennitate domum recipit. Eodem modo apprimè decebat vt Rege & Principe cœli mundum ingressuro plurimæ cohortes & turmæ militū reperirentur qui stipendia ducerent eo in loco ad quem aduentabat. Præterea æquum erat vt multi magni Proceres Regi obuiarent, eum excipiendi & gratulandi

causa. Hinc per continuam temporum successionem post Abraham extiterunt illustres & famosi viri, nimirũ Patriarchæ, Prophetæ, Reges, Duces & ductores populi Dei, quales fuerunt Isaac, Iacob, Moyses, Iosue, Dauid, Salomon, & multi alij quorum mentio habetur in sacris literis. Vbi primum verò Messiæ aduentus fuit, tota hæc multitudo dissipata est, & ipse Messias nouus Rex alios sibi Patriarchas, Prophetas, & Athletas cõstituit, alios milites cõscripsit, ordine & disciplina castrorũ longè immutata, qui non sub carne prœliarentur vt antiquo, sed sub spiritu. Hinc generosus ille Archistrategus S. Petrus, cui sũma militiæ hui⁹ credita fuit, omnes tyrones suos sub crucis labaro stipẽdiantes his verbis compellat; *charissimi obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs quæ militant aduersus animam.* In hac militia strenuè nos habere debemus, non in præcedenti, nam nox pertransiuit, vt monet Apostolus, & dies effulsit; iã tẽpus est vt accingamus nos ad iter patriæ cælestis, & à sõno euigilem⁹,

res coniuges esse steriles. Hoc præmisso, sic ratiocinor: bonum virginitatis certum est, bonum fœcunditatis incertum, prius pro vltimo relinquere licet quidem non tamen consulit Apostolus nisi his qui non continent nempe vt non vrantur. Imprudens itaq; est quæ spe fructus incerti lactatur in matrimonio, & certum virginitatis bonum cum illa spe commutat. Narrari solet fabula quædam proposito nostro aptissime quadrans, nimirum fuisse canem, qui ore frustum carnis tenens, & fluuium ponte traijciens, forte fortuna vmbram suā in aquis conspexit, quæ & frustum carnis quod dentibus tenebat, ferre videbatur; credidit alium canem esse, qui longè ampliorem carnis partem haberet, adeoque auidè è ponte desilijt, prædam socio erepturus, qui mera vmbra fuit; verum vbi iam iam a-ctui proximus esset, ecce misero suū frustū decidit, aliud inane captanti, mansitq; stupefactus, quod neutrum haberet videretque, imò & de submersione periclitaretur, nisi natando ægre se, vndis eripuisset.

Fabula de Cane.

P Idem

quam consequantur. hinc tota vita cor dupliciter exulceratū seruāt, quòd pretiosum illum thesaurū abiecerint, & pro eo nihil reportarint. Nonne luctuosum est si quis pecuniam suam pro mercibus exponat, & postea mercibus & pecunia frustretur? Adhæc, quando vnquam audiuimus esse perfectum amorem inter coniuges, dum fructu matrimonij destituuntur, qui per se est fomes amoris & arctissimum amicitiæ vinculum. Demptis liberis, omne gaudium & solatium coniugij deperditur, & omnis lætitia in mœrorem conuertitur; adeoque facile coniuges dissident & rixantur; hinc odia sæpe accenduntur, simultates, litigia, & contentiones oriuntur.

Accedit huiusmodi fœminas vt plurimum miseras esse, eò quod rupta pace exteriori, interiorem quoque discindant, dum animæ quietem adipisci nequeūt. Omnem eò curam & operam intendunt, vt medicos consulant, pharmaca & potiones sumant, thermas frequentēt,

& huiusmodi remedia malo suo insanabili adhibeant. Vbi de humanis medicamentis desperarunt, ad Deum se conuertunt, aras votis infinitis onerant, nulla quiete fruuntur, iam huius, iam illius fœcunditati inuident, non nisi toruo & maligno aspectu aliarum liberos intuentur; si aliquam in puerperio, aut enixam esse intelligunt, maximè affliguntur, & fastidienti stomacho virus acerbitatis suæ euomunt, se ipsas turbant, & sibi perpetuo suam sterilitatem ob oculos ponunt; aliquando culpam in maritos conijciunt, quo casu vix dici potest qualia sibi persuadeant, quibusve tentationibus impetantur; interdum eo dementiæ veniunt, vt non optent modo mortem maritorum, sed & votis & precibus eam adesse rogant, vt aliorum complexibus fœcundentur. Mors quidem mariti aliquando interuenit, & ad secundas nuptias mulier conuolat, sed eodem effectu & euentu. en quo miseriarum & angustiarum deueniat mulier liberorum cupida. Quanto me-

to melius fuisset, frui placidè & iucundè spiritali virginitatis bono, quod sanctè & castè possidetur, citra metum eius amittendi. Temerarium igitur est certum pro incerto relinquere, etsi illud incertum maius bonum esset, ne dicam minus. Qui cor habet sedatum, prouidum iudicium, & sensus integros, hanc quæstionem decidat, idq; vnicè caueat, ne damnosam electionem faciat, ni seruis pœnitentiâ duci velit.

CAPVT IV.

Quamuis virgines liberis corporalibus procreandis operam non dent, fœtus tamen spirituales producunt.

PRobauimus sat solidis argumentis, nullam hoc tempore subesse rationem, cur bono virginitatis cedamus, ad liberos suscipiendos. Nam si gloriosa Dei mater perfectionis & sanctitatis speculum, audiens ex ore Angeli Gabrielis concepturam se filium Dei, tantopere pro thesauro virginitatis sollicita fuit vt quæreret, quonam pa-

cto saluâ virginitate id fieri posset. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* quí etiam virgo aliqua tam parui virginitatem suam æstimabit, vt eam perdere velit, quatenus hominis filium pariat, peccatorem & creaturam inopem? cum duorum bonorum nobis sit optio, quorum vnum maius, alterum minus est, nec tamen vtrumq; simul consequi valemus, prudentis est minori bono repudiato, maius eligere. Nonne id apud industrios & lucri cupidos mercatores obseruari videmus? nonne exorta in mari tempestate, si de vita periclitantur, mercium libenter iacturam faciunt, easq; in fluctus proijciunt? nulli rei quantumuis pretiosæ parcunt, vt vitam quæ opibus charior est, saluam retineant. Eadem est ratio cum sacræ virginitatis thesauro, quem vel honore, vel valore nihil antecedit; idcirco etsi motu naturali homo liberos habere desideret, quia nihilominus necessum est, vt in istius desiderij executione virginitas naufragium patiatur, ideo præstat vt desiderium illud

illud in mare obliuionis proijciamus, vltrò & intrepidè, quatenus tam pretiosum thesaurum sartum tectum conseruemus.

At inquiet aliquis, rationes illæ non adeo mihi displicent, ijs tamen non attentis, magno generandi desiderio teneor, pressuram puerperij experiri lubet, vt vel semel in vita probem quantus ille dolor sit, & postmodum lætitia illa reficiar de qua Christus fecit mentionem, his verbis: *Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius; cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ, propter gaudium quia natus est homo in mundum.* Ioan. 16.

Benè habet, id fieri cupio, sed vt fiat, non opus est refugere ad carnale coniugium, siquidem totum illud reperitur in spirituali matrimonio, cui suus est partus, pressura, fructus & gaudium.

Ad temporales nuptias quod attinet, adduci nequeo vt credam, eam quæ semel cruciatus & dolores illos acutissimos est perpessa, vlterius erga eos affici. Dulcis inexpertis Mars est, vt vulgo fertur.

O roſeum virginitatis florem! O candidum lilium caſtitatis, quam formoſum, quàm odoriferum, quam expetendū es! tu verè illud es quod omne in ſe delectamentum habet, quod noſtra cōplet deſideria, quod hominis voluntatem perfectè exſatiat, non ſenſuali quidem & carnali modo, id enim vile eſt & terrenum, ſed ſpiritualiter. Teneo itaque & doceo, virginē Deo ſacram, poſſe ſpiritualiter concipere & edere fœtus; liberos ſuſcipere & educare, preſſuram pati in partu, & eo in lucem edito, gaudium perſentire. Annon virgines Deo coniunctæ ſunt arctiſſimo fidei, charitatis & illibatæ virginitatis nodo? an non ipſæ norunt, Chriſtum verum Deum & hominem legitimum ſuum ſponſum appellari? an non ſe eiuſdem ſponſas fatentur? iam vero eritne credendum, vt Chriſtus qui alijs vim generatiuam indit, ipſe non generet? *Nunquid ego qui alios parere facio ſterilis ero?* Sponſus cœleſtis ſanctè & caſtè animabus noſtris coniunctus, facit per gratiam, vt il-

Iſai. 26.

læ ſan-

læ sancta & pia desideria concipiant, virtuti operam dent, & in ipsa accessionem faciant: idem sponsus efficit, vt siquid boni conceperimus, illud bona voluntate in lucem edamus, denique post pressuram & superatos dolores, gaudio ingenti nos recreat, eo quòd bona opera in mũdum protulerimus, quasi totidem animabus nostris liberi enati videantur. Hinc eleganter dicit Isaias, *Sicut quæ concipit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus à facie tua Domine. Concepimus & quasi parturimus, & peperimus, Spiritum salutis.* Concepimus à timore vultus tui, pertulimus pressuram fœtus, non carnalis quidem sed spiritualis, inquit S. Hieronymus: *Hier. in c. 26 Is.* Hæc est fœcunditas verè expetenda, ex qua elegantissimi pueri proueniunt, hæc generandi potentia ex charitate descendit. Nam quemadmodum mulier absq; fœcunditate, nihil generat, sic qui charitate destitutus est, filios salutis, qui bona opera dicuntur, nequit producere. At qui charitatem habet, is est in-

ſtar fœcundæ mulieris, quæ numeroſam prolem ſuſcipit. Reſtat nunc videre, qualiter charitas vt fœcunda genitrix, ſobolem procreet. *Charitas patiens eſt*, inquit Apoſtolus. O elegantem ſobolem! *Benigna eſt, charitas non æmulatur, non agit perperã, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt non irritatur, non cogitat malum; non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autẽ veritati; omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet*; quid vobis videtur de hac inſigni virtutum generatione? ô filios & filias omnem pulchritudinem excedentes! quos virginale coniugium procreat virtute Spiritus ſancti, ex ſemine filij Dei. hoc inſinuat Apoſtolus dum ait, Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Hi ſunt filij pro quibus initio angimur cruciamurve, & poſtmodum ſancta conſolatione omnis dolor abſtergitur mutatus in gaudium, vt inquit Dauid Rex: *Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua, venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos*

1.Cor. 13

Pſal. 125.

nipulos suos. eodem sensu dicit Christus, *Mundus gaudebit, & vos flebitis, sed tristitia vestra mutabitur in gaudium.* Ioan. 16.
Isti liberi à DEO benedictionem susceperunt, hominem enim in conspectu DEI iustum efficiunt, teste Propheta. Iustitia eius, inquit, in generationes producitur, super eos qui præcepta eius custodiunt. Psal. 16.

Hæc verba obseruatione digna sunt, vt quæ ad propositum nostrum optimè faciant; qui enim vocantur liberi liberorum, nisi merita quæ ex bonis operibus generantur? Siquidem illi qui legem diuinam seruant, bona opera efficiunt, per quæ iustitiam Christianam exercent, & merita sibi comparant, quæ liberorum loco sunt. O pulchros & fœlices pueros, ô sobolem sanctam, digna quæ vtero feratur, & genitricem suam beatiorem efficiens! Hi pueri nunquam fletibus aut vagitibus corripiuntur, nullam molestiam facessunt, sed omnem mentis alacritatem adferunt; impensas in vestitu nullas requirunt, per se enim vestiti sunt.

beatus, inquit, S. Ioannes, qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Victu itidem non egent, nam ipsi verbo Dei tenerrimè nutriuntur: *Non ex solo pane viuit homo, sed ex omni verbo quod procedit ab ore Dei.* Denique nulla re prorsus egent, nam, *dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.* Huiusmodi pueri à conspectu Parentum nunquam absunt, sed ipsis in omnibus prompti & expediti inseruiunt, vsque ad sepulchrum, & ipsos cœlos, opera enim illorum sequuntur illos. Isti ijdem pueri diuinam pulchritudinem imitantur, & Christo sponsæq; ipsius sunt similes, vt naturaliter sępe solet similis filius esse patri, & proles à parentibus suis aliquam lineamentorum proportionem retinet, adeoq; quoties in gremio cordis nostri tales filios concipimus, toties Christum in nobis ipsis gestamus. Ipsa veritas in fauorem virginum (hinc illud obs. ruandum iudico) benè locutus est, dum ait, quę
Matt. 12. est mater mea, & qui sunt fratres mei? Amen dico vobis, quicunq; facit

cit voluntatem patris, is frater meus eſt, & ſoror, & mater. Iam ſi lubet, audiamus quid circa hæc dicat S. Auguſtinus & SS. Patres; Virgines inquit ille, & glorioſa Deipara, matres Chriſti cenſentur, ſi voluntatem Patris eius opere compleant: hoc ſpirituali modo Deipara nomen matris Chriſti obtinuit beatius & honorificentius, quam modo illo corporali, cum ſcriptum ſit, quiſquis faciet voluntatem Patris mei, is frater meus eſt, & ſoror & mater; itaque quilibet fidelium mater eſt filij Dei, mediante charitate quę ipſos fœcundat bonis operibus. S. Ambroſius ab hoc ſenſu non multum diſcrepat, dicens: Virgo parui facit nuptias, conuiuia, munera ſibi oblata, vel liberos: in partu nullo dolore angitur, ſed cum honeſtate, & ratione debiti exigit à ſponſo ſuo amplexus fidei & ſpei, oſcula deuotionis & charitatis, vt tanquam virgo Deipara, decus virginum concipiat ex Spiritu ſancto, & à Deo impręgnata, pariat Spiritum ſalutis. S. Hieronymus conformiter dicit,

Aug. de S. Virg. cap. 5.

Hier. ad Euſto. c. 16.

sumite, vt nobis author est Isaias, *librum magnum & novum, & in illo scribite, stylo hominis*, postquam vero partum vestrum edideritis, dicite, *A timore tuo concepimus, & parturiuimus spiritum salutis*, tunc dicet Christus, hæc est mater mea. Virgo, inquit S. Gregorius Nyssenus, non concipit dolorem nec parit iniquitatem, nec opere hominis, in sanguine generat, sed eius generatio illud spectat, vt voluntatem Dei compleat; siquidem vbi virgo in penetralibus cordis sui integritatem spiritus benè informauit, tandem parit sapientiam, iustitiam, sanctitatem & salutem. dixit enim Christus, quicunque fecerit voluntatem patris mei, is est frater meus, mater & soror mea. Cur itaque desideret mulier concipere, parere, & educare liberos, cum concipere possit & educare sobolem tam formosam & fœlicem, liberos nimirum spirituales illos, merita & bona opera nostra? O virgines desponsatæ Regi Regum, voto & vinculo castitatis, corpore steriles, at animâ fœcundissimæ, in omni virtutum genere & illustribus

Isai, 26.

Gregor. Nyss. l. de incor. virg.

actionibus, quantâ fœlicitate circumfluitis, potissimum quando ętatem vestram transigitis in aliqua religiosa familia, vbi maior subest occasio exercendi actus humilitatis, obedientiæ, charitatis, & omnium virtutum: procul remotæ estis à vanitate mũdi perditi: fœlices estis reuera, cũ post vos relinquatis multam posteritatem, nempe merita vestra, & bona opera, quæ vos æternis gaudijs cumulabunt. Viuite igitur fœlices viduæ & virgines, actiones & opera vestra ad Dei gloriam referatis, qui ea immortalitate donaturus est, & vobis in altero seculo coronam glorię oblaturus. Adhęc virgines non solum præfato modo pariunt, sed etiam alio, qui nobilissimus & præstantissimus est. Nemo est qui nesciat hominis natiuitatem duplicem esse, vnam naturalem, aliam supernaturalem; Vna in vtero materno, altera in sacro baptismatis fonte vsurpatur; ad hanc quod attinet, Apostolus sic loquitur, *Secundum magnam misericordiam suam omnes saluauit, lauacro regenerationis &* Ad Tit.
reno-

renouationis Spiritus sancti, quem super nos effudi: abundè per Christum, vt per eius gratiā justificati, spe simus hæredes vitæ æternæ. His conuenienter S. Petrus dicit, *iuxta misericordiam suam, regenerauit nos in spe viua, &c.* S. autem Ioannes ait, *Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius, qui neque ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo facti sunt.* Hæc præclara sanè est generatio, quia in illa homines non sunt filij Adam, sed Dei, non naturæ communicatione, sed gratiæ & fidei dono, non propria voluntate, & belluina carnis voluptate, sed spiritali & diuina sanctitate.

Hinc propriè regeneratio spiritus appellatur, per quam homo vitam corporis non consequitur, sed vitam animę, quę est gratia & iustificatio, quia qui nascitur non fit filius hominis, vt eius hæreditatem capiat, sed nascitur filius Dei, vt cum Christo cœlestem hæreditatem adeat. In hac autem generatione potissimū sibi virgines gratulari possunt,

ſunt, nam illæ nominatim vnà cum cum Eccleſia pariunt Chriſto liberos illos regenerationis, & ſalutis, templa Spiritus ſancti, & Hæredes æternæ gloriæ; Quapropter S. Cyprianus conſiderans fœcunditatem quam habent virgines in productione talium liberorum inquit: *Gaudet per illas atque in illis largiter floret Eccleſia matris glorioſa fœcunditas. Quanto que plus copioſa virginitas numeroſu) addidit, tanto gaudium matris augeſcit.* Ex his verbis manifeſtè colligimus, virgines non eſſe ſteriles, ſed fœcundiſſimas, non ſimpliciter generatione naturali, ſed regeneratione hominum ſpirituali; qui quidem generandi modus excellit & ſuperat omnem alium carnalem modum, prout vita ſpiritualis & æterna quæ per illum confertur, antecellit vitæ corruptibili & corporeæ; prout etiam cœlum in quo renaſcimur, altius & illuſtrius eſt hoc globo terreno; & prout Pater in quo renaſcimur, qui Deus eſt, dignior habetur eo per quem in has mortales auras emittimur: Denique, prout glorioſior

Cypr. de habit. virg.

ſior & longè fœlicior eſt ſcopus filiorum regenerationis, qui eſt vt filij Dei vocentur, quã finis filiorum generationis, qui eſt, vt ſint filij Adam, filij iræ & maledictionis, & Hæredes mortis perpetuæ. Breuiter igitur caput hoc concludemus, aſſerentes, virginem non ea de cauſa miſeram eſſe quòd ſobole carnali deſtituatur, ſed potius deprædicandam ſummis laudibus, eo quod duplicis generis prolem ſpiritualem & ſpecioſam procreare poſſit; quæ ſpiritualis fœcunditas, boni, honoris & valoris ſui amplitudine, omnem thorum carnalem longè præcellit.

CAPVT V.

Anticipatio obiectionis, quæ oriri poſſet ex iis quæ ſupra aſſeruimus.

CONTRA hæc quæ memorauimus occurrit dubium ſatis vrgens, vnde totus præcedentis capitis textus parum ad rem facere videtur; quandoquidem aſſeruimus, generationem illam liberorum ſpirituali-

um, non ſolum virginibus & viduis, ſed etiam coniugibus eſſe communem. Bonũ igitur generationis carnalis, quæ ad coniuges propriè ſpectat, nullatenus minuendũ videtur prætextu generationis ſpiritualis, qua virgines gloriantur. Nam quod coniuges etiam de ſpirituali generatione cõmunicent, patet ex coniugio quod cum Chriſto inierunt; cum enim ipſę & omnes animę fideles Chriſti ſponſæ ſint, ex matrimonio ſuo corporali prolem ſuſcipiũt, & in vnione Eccleſiæ per Chriſtum fœtus edunt. Secundo patet ex earum fide, quia per regenerationem filiorum Dei, quæ fit mediante fide, vt teſtatur S. Ioannes, *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius*; adeoq; mediante fide quam tenent, vnà cum Eccleſia Catholica, matris nomen obtinent, ſicq; virginibus adæquantur, circa liberorum ſpiritualium generationem. Tertio huic rei argumento eſt ipſarum charitas, quæ cum fide animabus ipſis eſt infuſa. Filij procul dubio, quas animæ fideles in Chriſto gene- Ioan. 1.

generant, per copulam charitatis ſuſcitantur, vt ſupra declarauimus; charitas enim eſt quæ animam fœcundiorem efficit, ac illa quidem non ſecus in coniugibus quam in virginibus reperitur, ita vt omnes ijſdem priuilegijs muniantur circa ſpiritualem generationem. id confirmant verba Saluatoris dicentis, quicunq; faciet voluntatem Patris mei, is frater meus eſt, mater, & ſo-
Matt. 12. ror mea. hæc verba non ſolum ad virgines, ſed etiam ad coniuges referuntur; idcirco cum poſitæ ſint in æquilibrio priuilegiorum, non rectè fœlicitas virginum præponderare dicitur in generatione liberorum ſpiritualium ſed potius leuioris eſſe ponderis, ob acceſſionem ſobolis corporalis, qua virgines carere dignoſcuntur.

Hoc ſanè dubium aliquid negotij faceſſere videtur, ſed vbi nodo iſti triplici triplex cuneus iniectus fuerit, nullo negotio tota difficultas enucleabitur. Ad primum nodum ſiue rationem primam quod attinet, nempe de coniugio Chriſti cum anima ſi-

ma fideli, illa hactenus, vt opinor, ſat euidenter diſcuſſa fuit, dum tractauimus de gradu ordinis & dignitatis, in quo tum coniuges, tum virgines collocantur; ibi probauimus ſedem coniugum in illo coniugio tam humilem eſſe, vt vix in ſcripturis illius mentio habeatur; virginũ autem ſolium adeo eminere docuimus, vt per excellentiam ſponſæ Chriſti nominentur. Quocirca cum virgines in his nuptijs alijs palmam præripiant, & loco ſublimiori conſtituantur, hinc fœliciores ſunt in eorum liberorum generatione, qui ex ſancto illo coniugio producuntur. Hac de cauſa ſcitiſſime dixit Propheta, plures liberi ſunt deſertæ, quam coniugatæ. Virgo, deſerta appellatur, id eſt ſola ſeu ſolitaria, eo quòd virili conſortio careat, quo non obſtante, fœcundior eſt eâ quæ nupſit. Hæc ita ſe habere teſtatur D. Ambroſius, qui textum ſuperius allegatum ad probandam intentionem ſuam adducit; *Parturit, inquit, nos virgo, non viro plena, ſed ſpiritu. Parit nos virgo, non cum dolore membrorum, ſed* *cum*

Iſai. 54.

Ambr. li. 1. de virgin.

cum gaudiis angelorum. Nutrit nos virgo, non corporis lacte sed Apostoli, quo infirmam adhuc crescentis populi lactauit ætatẽ. Quęnam igitur coniugũ frequentiorem habet sobolem, quam ea quæ virgo manet, fitq; mater tot populorũ, cuius fœcunditatem ipsa scriptura, vt allegauimus, testatam reliquit? Pergamus nunc ad secundam rationem, quæ versatur circa facultatem generandi liberos interuentu bonorum operum, quæ in charitate perficiuntur. Huic itidem rationi superius occursum est. spirituales hi liberi qui in Christo generantur, fiunt per vnionem & coniunctionem animæ cum Christo; quæ quanto arctior est, quo pluribus obsequijs sponsum deuincimus, eo insignior & formosior soboles excitatur, & numerosior. E contra autem, quo zelus est tepidior, vnio magis laxa, & frigidiora erga sponsum obsequia, eo proles est rarior & minus grata. Iam verò quia virgines ratione sui status, arctissimũ amicitiæ fœdus cum Christo sponso suo inierunt, totæ ipsum anhelant, ab ipso dependent, ipsius placi-

placitis adhærent; hinc magno filiorum pulcherrimorũ numero locupletãtur, qui coniuges longè superat, eo quod hę tam frequenter cum Deo non communicent, terrenis occupationibus implicitæ, quæ ipsas in mille partes distrahunt, nec à virorum suorum negotijs vel latum vnguem deflectere sinunt. Hinc sponso suo Christo tam familiares & coniunctæ non sunt, tanto ardore & affectione eum non colunt, nec tantum temporis eius seruitio impendunt. Vnde consequens est, vt fœlicitas quæ ex virginali fœcunditate deriuatur, coniugalem longè antecellat, seu liberorum indolem, seu formam, seu numerum intueamur. Hæc potissimum est ratio, cur SS. Patres quotiescunq; virgines exhortari & consolari volebant ex hoc quod liberis carerent, statim ob oculos ponerent pulchram hanc, fœlicem & numerosam spiritualis prolis generationem, quam procreant, & secum ducent ad cœleste domicilium longè ampliori numero quam coniuges.

Restat

mabo. cur sanctus ille vir tam specio-
sa verba profert, nisi ob gradus ex-
cellentiam, & perfectionem quam
virgines in pulchra illa & fœcunda
generatione consequuntur? Sed o-
peræ pretium est hoc fusius explica-
re. Christus Saluator noster duo-
bus modis concipitur, nempe cor-
poraliter in persona propriâ, dum
carnem assumpsit ex venerabili vir-
ginis vtero; & spiritualiter, non in
corporeâ quidem substantia, sed
in persona mystica, puta in menti-
bus fidelium, quæ membra sunt, ipsi
tanquam capiti subiecta, & sic cor-
pus mysticum componunt, cui no-
men Ecclesia, & hoc planè modo in
fonte Baptismatis regeneratio per-
ficitur.

Dum Christus primo modo con-
ceptus fuit, in matrem sibi elegit
virginem Mariam, matrem integri-
tatis, Reginam castitatis.

Verum si secundo modo genera-
tur, Ecclesiam Catholicam pro ma-
tre agnoscit. Vt vero Ecclesia Ca-
tholica suo modo Christum conci-
piat, necessarium est vt Deiparam

virginem imitetur, quæ Christum primo modo in lucem protulit, & cum mente & corpore virginitatem professa sit, Ecclesia consequenter non mentis solum, sed & corporis virginitatem profiteri debet. Mentalem virginitatem in omnibus & singulis Christi fidelibus mediante fidei integritate profitetur, sed corporalem virginitatem, non ita: siquidem non omnes corpus suum illibatum custodiunt; adeoque Ecclesia solum virgo permanet in personâ virginum, quæ corporis puritatem & mentis integritatem Deo sartam tectam conseruarunt; & sic Ecclesia virgini Mariæ similis est, quod fieri non posset, nisi virgines statu & professione contineret, nec Christum secundo modo producere valeret.

Ad propositum nostrum satis accommodantur verba S. August. dicentis: *Sola Maria & Spiritu & corpore & mater & virgo Christi; Ecclesia vero in sanctis regnum Dei possessuris spiritu quidem tota mater Christi est, tota virgo Christi, corpore autem non tota sed in quibusdam*

Aug. de S. Virg. cap. 6.

busdam virgo Christi, in quibusdam mater, sed non Christi. Hæc ille. Quapropter cùm in hac matris appellatione virgines primum locum teneant, ideo munere fœcunditatis excellunt, & perfectiori gloria & fœlicitate suscipiendæ sobolis circumfluũt. Hinc magnum Ecclesiæ gaudium accedit, teste S. Cypriano, hinc per virgines florescit fœcunditas. Virgines itaque tanta materni nominis prærogatiua dotatæ, iure merito præmium gloriæ, fœcunditatis & fœlicitatis, alijs præripere dicuntur. Hinc SS. Patres, ijs qui bonum coniugij bono virginitatis præferendum censebant, hoc spirituale matris nomen semper obiecerunt. Sic S. Augustinus coniugum iactantiã reprimens, qua liberos suos carnales, vẽditãt, eas his verbis insimulat. Mulieres, inquit, quæ coniugali vita corporaliter pariũt, non Christum sed Adamũ pariunt, & idcirco vbi puer natus est, ad templũ currũt, vt Sacramẽtis imbuti Christi membra fiant partus earũ, quoniam quid pepererũt norũt, eum scilicet quem genue- *Aug. de S. Virg. c. 6. 7.*

genuerunt, in conſpectu Dei languidum ac mortuum eſſe. Et hæc dicta ſufficiant ad hoc ne coniugalis corporum fœcunditas vlterius ſpirituali ſe conferre audeat. ſic magnus ille Doctor Eccleſiæ. Illa, vt arbitror, compeſcent garrulitatem mundanorũ, qui voluptatibus tantum militant; ne deinceps virginibus moleſtiam faceſſant, dum eas ad coniugium exhortantur; cum ipſi ignorent huius & illius generationis dulcedinem, & vtramq; fœlicitatem non ſint experti, ſpiritualis nempe & corporalis coniugij, in quo tamen manifeſtum diſcrimen reperitur.

Aliquot exempla in medium producuntur, ad confirmationem eorum, quæ hactenus de bono virginum aſſeruimus.

CVm humani ingenij ea ſit conditio, vt protinus ad illuſtris & egregij facinoris imitationem rapiatur, & aliena facta ad multarum rerum cognitionem nos deducant; ideo omnibus ſanæ mentis viſum ſemper

ſemper fuit expedire, vt ad alicuius aſſertionis fidem faciendam nihil æquè conueniret, quam exemplorum enarratio, quæ rationes prius allegatas confirmaret. Accedit, quod exemplis audiendi legendive moleſtia plurimum releuetur, & voluntas accendatur, vt conſtanter & heroicè virtuti operam demus, qua gloriæ & nominis immortalitatem conſequimur. Themiſtocles in Græcorum exercitu Dux exercitatiſſimus, dicere ſolitus erat, victoriam & trophæa per Miltiadem reportata, ſibi nullum quietis locum relinquere, ſed perpetuò exagitare, ob maximum imitandi deſiderium, quo mouebatur, vt & ipſe facinus aliquod heroicum perpetraret. Hactenus quantũ per inſtituti noſtri materiam licuit, rationes adduximus, quæ cauſæ virginum patrocinari videntur; nũc operæpretium eſt, vt easdem confirmemus & illuſtremus exemplis factiſue virginum aliquot memorabilium, quæ ſe ante obitum præclarè geſſerunt, ita vt perpetuam ſui memoriam poſteris reli-

querent. Atque vt verum fatear, quid aliud sunt facta illa heroica quæ virgines, Spirituales Amazones, per vniuersum orbem designarũt, quid aliud sunt, inquam, nisi liber patẽs in quo magnificentiam & potestatem status virginalis inspectemus, euehentis actiones humanas ad dignitatem beatorum Angelorum, qui Deum propter seipsum, & virgines propter Deum diligunt. Amplissimus earum mihi numerus occurrit, sed ne siã prolixior, aliquot illustris & beatæ memoriæ seligam.

Capvt I.

Exemplum sanctæ Nymphæ virginis, quæ oriunda fuit ex ciuitate Panormo in Sicilia insula.

IN manuscripto quodam codice, quem vsque in hodiernum diem archiuum ciuitatis Panormi conseruat, & in alio prorsus simili, qui Romæ in bibliotheca Vaticana reperitur (teste Baronio in suo martyrologio) legimus historiam conuersionis, mortis & passionis S. Nymphæ virginis & Martyris. Fertur ad fidem Christi conuersa fuisse à Christianis duobus, quos ad se accitos venire iusserat, eo quod magnam delectationem hausisset, ex honesto &

modesto eorum incessu, eam postmodum in fide conformauit venerabilis senex S. Mammilius Episcopus vrbis Panormitanæ, qui eandem sacro Baptismatis fonte abluit vnà cum duabus virginibus nobili sanguine natis, quas ipsi Pater honorarias famulas cōstituerat. Episcopus vbi Nymphā lauacro aquæ regenerasset, eā hortatus est, vt Christo consecraret pretiosum virginitatis suæ thesaurū, vtpote virtutē ad quā De⁹ inuitauerat omnes qui excelsi & generosi pectoris darent specimen, & qui neruos & animum haberent viuaciorem, ad auspicandū & percurrendum vitæ perfectioris stadiū, sui ducis imitatione. Verū quia Nympha nouerat, se à Patre ad coniugium reseruari, & etiā à præfatis illis Christianis didicerat, q Deus ab ipso mūdi nascentis exordio dixisset, *Crescite & multiplicamini & replete terram*; hinc Episcopi petitionem reiecit, protestans, eo facto, se prçceptū Domini transgressurā; at Episcopus replicauit præceptum illud emanasse iam tum cum mundus primo nasceretur, Genes. 3.

& terra cultoribus & incolis esset vacua, adeoq; illud præceptum nec vniuersale ad quod omnes tenerentur, nec perpetuum fuisse. cui consequens erat nulli in particulari ademptam esse libertatem amplectendi cœlibatum; siquidem mandatum illud emissum duntaxat fuit, in fauorem humani generis, quod Deus multiplicari & conseruari volebat, vt nunc abundè multiplicatum cernitur, sicque præceptum illud præterlapsa secula respiciebat, propter necessitatem præsentem. His verbis probus & sanctus ille Episcopus zelo Dei flagrans, doctè admodum ostendit, quomodo postremis his temporibus gratiæ, honestum & vtile sit virginitatem conseruare, & castitatem profiteri ad maius gloriç & salutis augmentum; nam cum in Baptismo veterem hominem exuamus, & renouemur ad imaginem & similitudinem Creatoris nostri, in quo nec sexus differentia, nec coniugium carnis reperitur; vt inquit
Galat. 3. Apostolus in Christo, nec mas est nec fœmina nam omnes vnum sumus

mus in illo. Hanc doctrinam illico veram esse confirmauit subsequens miraculum; ecce tibi, vix Episcopus verba protulerat, affulsit in eodem loco lumen ingens, & Angelus multo fulgore conspicuus, manu præferens coronam, lilijs albis & rosarum candidis contextam, qua super caput virginis posita eam hoc modo compellauit: Sertum illud lilijs albis, rosisue candidis textum, tibi o virgo, è cœlis transmittitur, tanquam munus à sponso tuo: candidum, eo fine vt tuæ virginitatis candorem ipsi conserues, donec tibi gratiam donet, vt ipsa adnectas purpurei tui sanguinis colorem rubicundum. Veniant nunc igitur huius mundi assentatores, & rationem proferant, cur veterem matrimonij legem allegent, quæ mundo adhuc nascenti data fuit? Scimus alios esse mores pueriliis ætatis, alios viri maturi & senis spectabilis, vt eleganter inquit Apostolus, *cum essem paruulus sapiebam vt paruulus, sed quando factus sum vir euacuaui quæ erant paruuli.* Priscis temporibus sub vete- 1. Cor. 13.

 ri le-

ri lege, mundus Iuuenis erat instar pueri, adeoq; eius mores & modus agendi carnem & sensualitatem redolebat; sed in aduentu Christi mũdus iam adoleuerat, & florem ætatis attigerat, hinc indecorum erat, vt eius cogitationes humi serperent, & in sensualitatis cœno volutarentur, verum spiritualia prorsus & diuina spirarẽt. Quapropter hoc tempore gratiæ quod viuimus, non solum sacræ scripturæ nos exhortantur, ad retinendã virginitatis integritatẽ, verũ etiã ipsi Angeli è cœlis huc euolãt, vt nobis ad hanc virtutẽ amplectendã calcar addant. Nemo itaq; obsoletas antiquorum coniugiorũ consuetudines referat, ad expugnandum virginitatis statum, qui nunc rerum potitur & longi temporis vsu dominium sibi vendicauit.

CAPVT II.

Exemplum S. Domitillæ virginis Romanæ.

DOmitillam virginem nobilissimam Domitiani Imperatoris neptem, cum Aurelianus Consulis filius incredibili eius amore inflam-

matus

matus sibi in coniugē expeteret, illi vicissim vt oculis eius placeret maximè, ingentem curam & studium in corporis ornatu & cultu, diu noctuq; impendebat. Habebat autem Nereum & Achilleum Eunuchos à cubiculis, quos S. Petrus Apostolus Christo lucratus fuerat. Illi itaque cum Dominā suam gēmis & vestib⁹ auro splendide intertextis fulgentem quotidie cernerent, audacter dixerunt: Profecto si id studij & operæ quam in corpore ornando vt Aurelianum maritum consequaris, ponis, ad animæ ornatū transferres, immortalem Dei filium omnium seculorū Regem, sponsum & maritum habere posses, qui te eadem immortalitatis gloria donaret. Ad hęc Domitilla: Ecqua verò maior potest esse charitas quā matrimoniū cōplecti, suscipere liberos per quos dulcissima posteritas propagetur? & tā nominis quā generis perpetua dignitas cōseruetur! Tum Nereus, tu quidem ô Domina momētaneas hui⁹ vitę delectationes ob oculos tibi proponis, sed diuturna quæ sequūtur pericula

non vides: nam vt cætera sileam, ecquid matrimonium secum non adfert molestiarum? cur amabo corporis tui Dominum hominem extraneum eligere vis, quę ingenuitati tuæ ne parentes quidem dominari passa es? Regi cœlestis gloriæ seruire, vel instar vilissimi mancipij, mortalis hominis dominio, & voluntati te subijcere debes; elige nunc igitur, ô Domitilla, tibi datur optio, vt vel hominem mortalem multis ærumnis & fortunę ludibrio subiectum, cum quo eius deliciæ sunt pariter interituræ, accipias, vel Regem Regum impassibilem, Dei filium incredibili pulchritudine decorum admittas. Hæc & id genus alia multa cum Nereus & Achilleus prosequerentur, Domitilla suspirans, vtinam, inquit, iam olim diuina hæc scientia mihi obtigisset, certè nusquam nomen sponsę suscepissem, sed carnale hoc commercium prorsus respuissem. His dictis præclara virgo, mentem in aliam omnino sententiam adduxit, statimque firmiter decreuit se suæ virginitatis

tatis

ratis florem Christo intemeratum seruaturam; adeoque omnem penitus affectionem ab Aureliano auertit, & ipsi libellum repudij misit, in cuius locum, Regem gloriæ Christũ elegit, à quo nec pollicitis, nec minis auelli potuit, sed diutinæ relegationis tædium & carceres perpetuos perpessa cum sexcentis alijs ærumnis, maluit corpus suum ignibus deuorandum obijcere, quã thesaurum suæ virginitatis, & statutum ipsius præmium deperdere. Istud exẽplum nos profectò docet, nullum reperiri sponsum tantis natalibus illustrem & tot opibus affluentem tamque formosum, qui Christo filio Dei sponsi nomine non cedat. Deus bone, ad quantas dignitates, ad quos honores hæc nobilis virgo euehi poterat. quæ Neptis erat Imperatoris, desponsata clarissimo & illustri viro Aureliano, filio consulis Titi Aurelij, qui defuncto Imperatore in potentissimum Romanæ potentiæ imperium successit. Hæc tamen omnia flocci fecit, mundanam gloriam renuit, aurum, argentum, monilia,

murænulas, vestes pretiosas possundedit; vltrò aulicis delicijs, applausibus aggratulationibusue renunciauit, honores, dignitates & maiestatem deposuit amore Christi sponsi sui immortalis, quem liberè elegit, & prudenter reclamantibus omnibus retinuit.

Capvt III.

Exemplum S. Anatoliæ & S. Victoriæ.

Silentio non prætermittam illustre quoddã castitatis exemplũ, quod præclaræ duæ virgines Romanæ nobis reliquerunt, quarum vni Anatolia, alteri Victoria nomen erat. Hæ (si Adoni Archiepiscopo Treuirensi credimus) promissæ fuerant in matrimoniũ duobus nobilibus, quorum vnus Eugenius vocabatur, cui Victoria, alter Titus Aurelius cui Anatolia à Patre promissa erat. Victoriæ suus sponsus bellissimè arridebat, suus è diuerso Anatoliæ displicebat, quæ spretis nuptijs votum castitatis anteferebat. Hac de causa Titus Aurelius maximè angebatur, partim quod summo tantæ coniugij desíde-

desiderio flagraret, partim etiam quod ab eadem sperneretur nullo suo facto vel culpa precedēte. Is itaq; in illas angustias redactus, totus melancholicus & stupefactus, opē Victoriæ implorandā decreuit, vt ea mediante, Anatoliæ viscera permoueret. Paret Victoria, nec operā suam denegat, modo ipsi opitulari possit; moxq; ad sociam suam se confert, & omni arte, blanditijs, plausibus & promissis id potissimum spectat, quatenus eam cumproco ipsius conciliet, & in eius matrimonium consentire faciat. Quod vt leuiori (vt aiunt) brachio assequeretur, sui ipsius exemplum proponebat, ego verò, inquiens, Christianam religionem profiteor, nihilominus tamen licitè & voluntariè matrimonium amplexa sum, quod, vtpote omni seculo licitum & honestum, SS. Patres, Patriarchæ & Prophetæ nunquā aspernandū esse duxerūt, quorū semen passim in scripturis à Deo benedicitur. Tum Anatolia sermonē Victoriæ excipiēs, omnib. argumentis in contrariū adductis respōdit, ōes ei⁹ rōes discutit,

discutit, & eis bellissime ad sui status defensionem accommodat, & ipsi os quodammodo occludens hæc ait; O Victoria, vide vt vere Victoria dici possis, & Satanam hostem tuum vincas, & si tibi consultum velis, mecum virginitatem tuam conserua, egregium tunc facinus præstiteris: sui etiam ipsius exemplum proposuit quo illa permoueretur, quemadmodum paulo ante, Victoria imitationem sui allegauerat; à me, inquit, exemplum sumas, omne carnis contubernium repudiaui, omnes sponsos mortales reieci, Christi sponsa sum, Regis æternæ gloriæ propter seipsum. omnibus mundi oblectamentis vltro cessi, monilia mea in certum pretium redacta pauperibus erogaui; imitatrix mei esto cognata mea: exemplo meo sapias, sic recipio, quod facti nunquam te pœnitebit. Quicquid fluxum est & caducum spernas, quod mansurum est diligas; omnia pro omnipotente deseras, terram cum cœlo permutes, hæc fluxa fortunæ membra pro æternis & cœlestibus in v-

in vſuram colloces, ſplendidius lucrum exercere non poſſumus, quam vt menſæ argentariæ Dei commendemus, is vt in tuto nobis ſit creditum, cœlos ſub hypotheca obligauit, & æternam beatitudinem. At vt meis dictis fidem citius habeas, ſecretum tibi quoddam reuelabo, ad tui conſolationem & Dei gloriam; Vix ego pauperibus bona mea diſtribueram propter amorem eius, qui ea mihi contulerat, cum dormienti Angelus apparuit, præclari adoleſcentis formam gerens, & aureum diadema in capite portans, indutus veſte coccineâ gemmis intertexta, qui me hilari & blando vultu intuens, hæc inquit: O ſancta virginitas, habitatio tua ſemper in lumine verſatur, nec vnquam in tenebris iacet.

His dictis videbar mihi gaudio ſpirituali & diuina conſolatione perfuſa; paulò poſt vbi ſomnum excuſſiſſem, in terram prolapſa ſum, lachrymis præ gaudio ſtillans, Deumq; obnixe rogo, vt vigilanti mihi denuò conſpiciendum daret Angelum,

discutit, & eas bellissime ad sui statuus defensionem accommodat, & ipsi os quodammodo occludens hæc ait; O Victoria, vide vt vere Victoria dici possis, & Satanam hostem tuum vincas, & si tibi consultum velis, mecum virginitatem tuam conserua, egregium tunc facinus præstiteris: sui etiam ipsius exemplum proposuit quo illa permoueretur, quemadmodum paulo ante, Victoria imitationem sui allegauerat; à me, inquit, exemplum sumas, omne carnis contubernium repudiaui, omnes sponsos mortales reieci, Christi sponsa sum, Regis æternæ gloriæ propter seipsum. omnibus mundi oblectamentis vltrò cessi, monilia mea in certum pretium redacta pauperibus erogaui; imitatrix mei esto cognata mea. exemplo meo sapias, sic recipio, quod facti nunquam te pœnitebit. Quicquid fluxum est & caducum spernas, quod mansurum est diligas; omnia pro omnipotente deferas, terram cum cœlo permutes, hæc fluxa fortunæ membra pro æternis & cœlestibus

in vsuram colloces, splendidius lucrum exercere non possumus, quam vt mensæ argentariæ Dei commendemus, is vt in tuto nobis sit creditum, cœlos sub hypotheca obligauit, & æternam beatitudinem. At vt meis dictis fidem citius habeas, secretum tibi quoddam reuelabo, ad tui consolationem & Dei gloriam; Vix ego pauperibus bona mea distribueram propter amorem eius, qui ea mihi contulerat, cum dormienti Angelus apparuit, præclari adolescentis formam gerens, & aureum diadema in capite portans, indutus veste coccineâ gemmis intertexta, qui me hilari & blando vultu intuens, hæc inquit: O sancta virginitas, habitatio tua semper in lumine versatur, nec vnquam in tenebris iacet.

His dictis videbar mihi gaudio spirituali & diuina consolatione perfusa; paulò post vbi somnum excussissem, in terram prolapsa sum, lachrymis præ gaudio stillans, Deumq; obnixe rogo, vt vigilanti mihi denuò conspiciendum daret Angelum,

gelū, qui dormienti affulserat. Precibus meis exauditis, ecce idem repente lumen & fulgor inclaruit spiritus illius angelici, qui & oculos recreauit, & aures meas hoc præconio excitauit. Virginitas toga est purpurea qua qui induitur, in aliquo præ cæteris relucet. Virginitas lapis pretiosus est, & magnus Regis thesaurus cui fures insidiantur, vt eum furto subtrahant. O Anatolia, hoc monile solerter custodias, & diligentia in eo conseruando cum tempore sumat incrementum, hic subticuit & disparuit Angelus. Victoria huius narrationis contextu summopere delectatur, & paulatim de feruore rerum cogitationũue temporalium remittit; magno etiã mouetur desiderio seruandi & consecrandi Deo suam virginitatẽ, à priori itaq; proposito declinãs, victam porrexit dexteram ei quam à se superatum iri desponderat; adeoq; in amando Eugenio languit, & amores suos Christo addixit, in cuius gratiam suas omnes fortunas, quas tam in parata pecunia, quam alijs bonis habebat, pauperib⁹ distribuit, vt hoc

facto Anatoliam imitans, idem facere conaretur in virginitatis professione & conseruatione. Porro hę duæ virgines in amore Dei radicitus insertę, & humilitatis integritatisq; virtutib. armatæ oẽs mundi delicias adeo contempserunt, vt postmodum nihili facerent se à mundo derelinqui, qui easdem siti & inedia macerabat. Quapropter vt Victoria, postquã Christo victa erat, aduersariũ suũ vera victoria vinceret, & vbi Christo sponso suo plures virgines lucrifecisset, speciali priuilegio dotata est, vt nimirũ coronę virginitatis, martyrij palmã adiungeret; sicq; sancta hęc virgo ad sponsum suũ cõtendit, honore, gloria, fœlicitate & victoria Victoriam comitantibus. Quænam nunc matrona, quę mulier his auditis in magno pretio habeat pallas suas affabre confectas, vestes Attalicas, laciniatas, polymitas, segmentatas? quæ capillos suos tortuosos, innodatos, crispos & huiusmodi mũdanas vanitates nõ auerset cũ videat sanctas & nobiles has virgines omnib. bonis vltro & hilariter renun-

tigisset, nobilissimo cuidam iuueni Oboleno nomine à parentibus sponsa decernitur. Eiusmodi quidem desponsationem & promissionem filiæ suæ parentes non prædixerunt, donec ipsum tempus immineret, quo ad domum sponsi deduceretur nuptiarum celebrandarum gratia. Vbi virgo hæc prudentia annos anteuertens, & in scientia Sanctorum probè instructa, conspiceret se in tantas redactam angustias, & coniectam in periculum amittendi thesaurum virginitatis, aliò recurrere non potuit, quàm vt deuotè Christo se commendaret, vtpote integritatis suæ custodi & protectori. Nec mora, nemine facti conscio, Rex Obolenum ad se accersiri iussit, & ob clandestina quædam facinora conuictum capite multauit.

Hęc reuera manus Dei fuit admirabilis, quæ propositũ & consilium Patris dissipauit, & voluit, vt prætensus ille sponsus daret suorũ criminum pœnas, priusquam nuptias per verba de præsenti confirmaret; adeoq; Glodesindis quæ mente, & spiritu

ſpiritu integra erat, quoad corpus etiam inuiolata permaneret, & adhuc in virginali libertate perſiſteret. Aliquo poſt tempore alteri cuidam præpotenti viro in matrimonium à patre promittitur, ſed nec in hoc contractu conſenſum accommodauit, & heroicè oppoſuit ſeſe omnibus, quę pater intentabat vt eam à propoſito auerteret. Creſcebat interim quotidie votũ Parentis, magis magiſq; fiebat importunus, & in iram pronus; hoc comperto Glodeſindis, vt ſeſe manibus paternis eriperet, ipſumq; domi debacchari ſineret, ex ædibus clam ſe abduxit, vrbẽ Meten ſem petijt, ibiq; tanquã ad aſylum recepit ſe in templũ S. Stephani, intraq; aram & locum quendam conſeruandis reliquijs deſtinatũ delituit. Eam pater per miniſtros ſuos diligẽtiſſimè perquiri, & violẽta manu domũ reduci iuſſit. Poſteaquã miniſtri Metas perueniſſent, cognouerunt eam in tẽplo deliteſcere, eo protinus ſe deferũt, & primo minas propoſuerũt, ni ſponte ex eo loco diſcederet, quod vbi negaſſet, tẽplum milite cinxerunt, qui obſerua-

rent ne elaberetur; custodes circum circa constituerūt, qui egressam interciperēt, rati eā mox ab inedia ex eo receptaculo depulsum iri, nec vllam aliam viam tentandā esse quam famis. Sex illa dies integros ibi permansit, absq; cibo vel potu; sed Deus qui pullos coruorum pascit, famulæ suæ præsto fuit, eamq; cœlesti quodam ferculo sustētauit, nec passus est vt virgo hæc quæ totum amorem, & spem suā in se collocauerat, aliqua premeretur anxietate. Ecce tibi septima die quæ in dominicam inciderat, cum in templum frequēs hominum numerus ad obeunda solitæ & debitę pietatis exercitia cōfluxisset, in conspectu omniū astitit Angelus præclari adolescentis forma indutus, quem alij duo minores, sed cōptuli & cœlestes pueri comitabantur, recta tendentes ad locum, vbi virgo delitescebat, ea euocata & coram prodire iussa, candidū velū capiti eius imposuerunt, qui typus est virginitatis & professionis vitæ religiosæ: quo facto omnes tres euanuerunt. Attoniti spectatores, mutuò se circumspiciebant, & præ admiratione & gaudio obmutescebāt, postquam animum

nonni-

nonnihil collegissent, & virginem velo candido tectam vidissent, facili negotio animaduerterunt, astitisse illic Angelos qui virginem Regi cœlesti desponsarent. Huiusmodi nuncio accepto Dux desijt molestus esse filiæ suæ, eam in pristinam libertatem remisit, iram & furorem suum penitus mitigauit; necnon ij qui eam lacessiuerant, aut quoquo modo molestijs affecerant, obnixè veniam rogauerunt, ad pedes eius prouoluti; neq; verò ipsi laboriosum fuit ignoscere, cuius cor misericordia exuberabat, & flagrabat amore Regis benignissimi & misericordissimi. Postea cum omnes insidias castitati suæ tensas proditas & irritas esse cerneret, illico incredibili mentis lætitia gestiens, in cœnobium se recepit, vt inibi virginitatem perpetuam conseruaret, qua mediante sponsa Christi facta est. O quicunq; omnem corporis voluptatem eiurastis, & carni bellum implacabile indixistis, annon ex hoc exemplo euidenter discitis, quam exiguum sit coniugij pretium, si

cum

cum virginitate conferatur? Hinc videte quanti ęstimare debeatis cœleste coniugium, quod vbi à temporali infestatur, & hominum commentis & fraudibus affligitur, statim ab Angelo protectore defenditur. Ea igitur vera fœlicitas habenda est, quam incolæ cœlorum deprædicant nobisque commendant, non ea quam huius seculi homines iactitant.

CAPVT V.

Exemplum sanctæ Abram virginis, quæ fuit filia S. Hilarii Episcopi Pictauiensis.

IN vita S. Hilarij quæ à Fortunato posteris traditur, legere est insignissimum quoddam exemplum, quo excellentia virginitatis super coniugalem statum comprobatur. Cum vir ille sanctus in Phrygiam Asiæ minoris regionem relegatus esset, diuinâ reuelatione edoctus est, filiam suam vnigenitam, Abram nomine à nobili quodam & potenti viro in matrimonium peti, quam maternæ curæ custodiendam discedens reliquerat, & Iesu Christo sponsam

futuram designauerat. Hunc in finem manu propia literas ad filiam conscripsit charitate & sapientia refertas, quas in hodiernum diem vrbs Pictauiensis cònseruat veluti sacras quasdam reliquias. Tenor literarum huiusmodi erat; Filia dilectissima, multis abhinc annis tibi sponsum delegi cœlestem, cuius stirps ante cœlos extitit, cuius forma describi nequit, sed rosæ & liliorum decorem longè præcellit, oculos habet adamante & carbunculo rutilantiores, vestes niue candidiores, diuitias inexhaustas, bonitatem infinitam, sapientiam incomprehensibilem, benignitatem ineffabilem, dulcedinem thymo & melle suauiorem, immaculatam castitatem, cui similis nunquam extitit; odorem exhalat tam iucundum, vt myrrham & cynnamomum superet. Tibi igitur, filia, paterna sollicitudine author sum, vt semper lateri matris tuæ adhæreas, nunquam homini mortali tuos amores addicas, sed id vnicè commendo, vt tuum studium id intendat, quemadmodum

modum tanto ſponſo digna appareas; tu interim ſummâ diligentia ad ipſius aduentum te præpares, medi-antibus pijs deſiderijs & precibus, tum ipſum palam intueberis, te in cœleſtis regni hæreditatem vocabit, vt ibi nuptias conſummetis, ſumma gaudiorum & lætitiæ acclamatione. Hanc parentis epiſtolam filia magni fecit, & ſanctas ipſius admonitiones æqui boniq; conſuluit, & illarum energia ſummopere roborata fuit; adeò vt abſque mora ſplendidas ſponſorum repromiſſiones contempſerit, amores ſuos ab omni homine mortali abſtraxerit, & arctiſſimè ſeſe Deo immortali deuinxerit, mente ſeruans illibatum amorem, & ſynceram charitatem, donec Pater ipſius ab exilio reuocaretur. Is vbi poſt aliquod tempus fuiſſet reuerſus, filiam ſuam reperit (quod ipſi in votis erat) Dei amantē, prudentem, circūſpectam, & diuino ſeruitio prorſus addictam. Hanc, poſtquam affectu paterno fuiſſet amplexatus, alloquitur, tantâ dilectionis demonſtratione, quanta

pium Parentem decet, & ea verborum grauitate, quæ tanto Oratori conuenit. Elapſo aliquot dierum ſpatio, pius Pater & S. Epiſcopus filialis commodi ſtudioſiſſimus, ex filia percontatur, quatenus illa declaret intentionem & propoſitum ſuum, circa votúm perpetuæ virginitatis obſeruandæ; an paratam ſe putaret, vt iret obuiam ſponſo, qui ſtatim nuptias conſummare vellet, & ſponſam ſecum ad perpetuæ lætitiæ thalamos perducere. Ad hæc pia virgo reſpondet, ſe promptam & expeditam eſſe ad iter aggrediendum, quandocunq; poſtularet occaſio, ſiquidem paternis monita ſuaſionibus, iam dudum lampadem virginalem inſtruxiſſet, quam ſedulò quoque fouiſſet & muniuiſſet bonis operibus, & optimarum virtutum exercitijs, adeò vt more prudentum virginum, ſponſi ſui aduentum auidiſſimè expectaret. Patrem igitur obnixè orauit, vt quam citiſſimè fieri poſſet, nuptiarum ſuarum executionem procuraret, quia nihil tam ardenter expeteret. Pater filiam ſuam

am videns tam promptam, tam eleganter apparatam, & ad iter ſponſum verſus accinctam, in preces cótinuas fuſus eſt, nec prius ab oratione deſtitit, donec ſponſus petitioni ſuæ annueret, & filiam ſuam iure ſponſaliorũ ad ſe vocaret, quæ ſtabat in procinctu, & auidis auribus expectabat verba illa blandiſſima, *Veni ſponſa mea, veni columba mea.* Pij parentis orationem Deus exaudiuit; Nec mora, vbi virgo melleam illam vocem ſponſi ſui ad fores pectoris inſonare, & ſe ſauciatam amore videndi ſponſum perſenſit, accepta benedictione à Patre & à matre, quę tum forte fortuna præſens erat, fœliciter è corporis ergaſtulo in aſylum cœleſtis beatitudinis euolauit, vt aſpectu chariſſimi ſponſi frueretur, idq; citra vllam doloris compunctionem, membrorum afflictionem aut cordis anguſtias Hoc peracto, S. Hilarius maximas Deo grates repoſuit, ob tantum fauorem ſibi nec non filiæ ſuæ conceſſum, cuius corpus puriſſimum proprijs manibus abluere, ſepulchro compone-

re, & ipſi iuſta perſoluere voluit. O fœlicem & glorioſum obitum! O præclaram virginis mortem, quæ omnia huius ſeculi gaudia ſuperat! O finem proſperum, ô fatum inſigne, ô ſtupendum & expetendum virginitatis ſtatum! qui tot creaturas cœlo aſſeris, quot hic in terris ad gremium tuum confugiunt. Verum enimuerò mater virginis tam ſuauem & præclaram mortem intuita, à lachrymis temperare ſibi non potuit, non præ mœſtitia, ſed præ gaudio animi, potius appetens funus, & gloriam filiæ ſuæ, quam ipſius obitum lugens, adeoque deſiderauit ipſa frui eiuſdem ſponſi cœleſtis præſentia, cui mente ſe addixerat, & ſpiritu deuinxerat. Rogat itaque S. Hilarium, vt precibus ſuis tantum fauorem matri conciliaret, quantum filiæ. Pius Epiſcopus viſo feruore charitatis & deuotione, quam hęc mulier præ ſe ferebat, pro illa preces ad Deum fundere cœpit, & impetrauit, vt Mater vnà cum filia choris angelicis aſſociaretur; ſicq; ſubito citra vllum dolorem & mortis

mortis angustias, ad cœlos euolauit, vbi cor eius, & animæ thesaurus delitescebant. Sed quid ego infacundus id pertracto, quod omnium Angelorum linguæ nullatenus peragere possunt, nec describere maiestatem huius fœlicitatis, nec tantæ gloriæ splendorem, nec cœlestium nuptiarum celebritatem? quisnam eas temporali coniugio præferre aut comparare audeat, siquidem tanta cum diligentia S. ille Episcopus dilectæ filiæ suæ cœlestes nuptias procurauit, spretis temporalium illecebris? O filiæ Sion! O filiæ Christianæ, hanc praxin addiscite, Christo nubite, ipsi corpus & animam consecrate; ab eo petite, & concessum custodite virginitatis donum, quo vix est magnificentius in gaza Spiritus sancti. Hunc viuendi modum arripite ob amorem Dei, vt magnas ad virtutem accessiones faciatis, & vitam æternam superlucremini.

CAPVT VI.

Exemplum S. Euphrosynæ.

SI vllum reperitur virginitatis exemplum memoratu dignum, primas reuerâ facilè obtinebit vita S. Euphrosynæ, quæ totius ciuitatis Alexandrinæ laus & decus fuit. Illam pater vnicam habuit, quam speciali gratiæ priuilegio obtinuerat, mediantibus viri cuiusdam religiosi orationibus, qui ijs in locis monaste rio cuidam præerat. Euphrosyna omnibus naturæ donis ornata fuit, & tot tantisque dotibus cumulata, vt potentes quiuis magnates eam in vxorem sibi postularent. Hi proci tam importunè apud patrem institerunt, & tantum apud omnes virginis erat desideriũ, vt tandem coactus fuerit parens eam præcipuo & nobiliori eorum in vxorem destinare, sed, Ludit in humanis diuina potentia rebus; homo proponit, Deus disponit. Nam hæc virgo ab annis puerilibus, in Dei timore benè instructa & in pietatis virtutumue exercitijs edocta, cum die quodam fuisset patrem comitata, ad præfatum mona-

monaſterium, vt ab illo religioſo, progenitore ſuo ſpirituali peteret, quandam difficultatem ſibi reſolui: conſiderans ibidem decorem & excellentiam vitæ religioſæ, quæ animi lætitia & quiete abundat, inſolitæ deuotionis telo ſauciata fuit, & ad amorem virtutis accenſa, præcipuè verò ſeruandæ virginitatis firmum propoſitum accepit, ita vt cuperet vnâ cum viris illis religioſis vitam agere, quos adeò placidè, piè & beatè viuere cernebat, mutua charitate confœderatos. Illos vitæ ſanctimonia illuſtres credebat, & fœliciſſimos eſſe mortalium opinabatur. Quapropter ab eadem hora ſtatuit, quod nuptias nunquam eſſet contractura, vt commodius illud monaſterium, ingrederetur, vbi Deus occaſionem daret; noctu & interdiu expendebat, quibus medijs habitum iſtius ordinis acciperet. his cogitationibus cum maximè angeretur, forte fortuna ad ædes paternas pius quidam Religioſus aduenit, quem in conſilium adhibuit, & ſecreta cordis ipſi referauit. Bonus

 ille

ille Religiosus videns in hac nobili virgine pium & firmum propositum, & certam Dei vocationem, animum ipsius laudauit & corroborauit, quin exhortatus est allegatis scripturis, vt sine mora inspirationi suæ satisfaceret, & piam voluntatem effectui traderet, ijs medijs quæ Deus esset oblaturus. Illa monitis citra procrastinationem fuit obtemperans, nec vlterius examen fecit, siquidem in rebus arduis & sublimibus celeritate potius & executione opus est, quam deliberatione & mora. E vestigio & crines detonderi sibi iussit, & benedictione ab illo viro religioso accepta, sola in conclaue suum se recepit, vt pro fausto successu Deum supplicaret: hoc peracto, vestem muliebrem exuit, virilem assumit, & illo vesperi sic mutata domo egreditur, præsentibus ancillis suis, nec agnoscentibus; inde rectà ad prædictum monasterium contendit, sperans quod ibi reciperetur pro Religioso sub nomine Smaragdi quod assumpserat, & simulabat se nobilem adolescen-

lescentem, jam iam ex aula Imperatoris venientem, vbi magnum luxum, & multas illecebras vidisset, quas in posterum vellet euitare, id sese in votis habere dictabat, vt animæ suæ salutem procuraret, eumque in finem paratus esse, quiduis amore Dei tolerare, modo à Patribus monasterij susciperetur, & in numerum Religiosorum admittere dignarentur.

Nihil, inquit, in mundo remorari me potest, nihil obstat libertati seruiendi Deo, & viuendi iuxta boni Religiosi institutum. Mundus mihi planè sordet, & experientia vanitatis, leuitatis & inconstantiæ ipsius, mihi tantum odium generauit, vt nullum posthac ipsius commercium appetam.

Religiosi fratres plurimum gauisi sunt viso iuuene, & auditis ijs quæ commemorabat; & quamuis diturnitate temporis, vocationis & & animi ipsius veritatem probare non possent, tamen vehemens illud desideriũ,& verba illa prędmeditata

eos mouerunt, & pro ipsius virtute fideiusserunt. Eum itaq; omnes vnanimi consensu admittunt, & ordinis habitum concedunt, præmissis aliquot admonitionibus pro informatione, & ingressu religiosæ vitæ & monasticæ disciplinæ. Illa itaque mentito sexu inter fratres religiosos, vt nouitius, aliquot menses vixit, magnam indies accessionem faciens in studio pietatis, & virtuti gnauiter incumbens, nec vnquam cognitum est eam esse fœminam, ne suspicione quidem, donec aliqui Religiosi ipsius forma & decore accensi tentarentur, & carnis aculeo affligi se persentirēt, vel ad aspectum vultus eius & blandorū oculorum, nec scirent quid tentationes illas causaret. Superiori tandem scrupulum conscientiæ detegunt, cum præsentius remedium non inuenirent. Superior tandem consultum esse credidit, vt Nouitius ille nonnihil à consortio fratrum remoueretur, & actutum eundem ab ipsis disgregauit, assignans ipsi cellam à fratribus admodum remotam, com-
mittens

mittens insuper seni cuidam Religioso, vt,e m in regulis & exercitiis monasterij diligenter instrueret, & omnia prouideret quæ ad animę ac corporis, sustentationē requirūtur. Euphrosyna vt Nouitius Superiori simpliciter paruit, nec causas inquisiuit, siquidem à nemine agnosci cupiebat; nisi vt pauper & humilis Religiosus, indignus Dei famulus, cui placere studebat, proficiens quotidie in orationis, mortificationis & virtutum exercitijs, quærens Deum super omnia, & sui instituti obseruationem. Vbi triginta plus minus annos in huiusmodi palæstra consumpsisset, illuxit tandem illa dies qua Deus famulæ suæ labores remunerari voluit. Verum paulo ante obitum (ea est Dei in omnibus prouidentia) Pater virginis quem illa desolatum fugerat, totus mœrebat clandestinum & inopinatum filiæ suæ discessum, quam per omnes mūdi plagas nequicquam perquiri fecerat; ignorabat etiam, superstesne esset an mortua, nec quò terrarum deuenerat expiscari potuit; Ille

quadam die filiam ſuam accedit, fratrem religioſum eſſe credens, vt ſe precibus ipſius commendaret, & preces impetraret ad Deum pro vnica ſua filia quam ante triennium perdiderat. Filiam ſuam coram alloquebatur, nec eam agnoſcebat, nam genarum decor emarcuerat, præterea in loco ſat obſcuro erat, ita vt cum pio aliquo religioſo communicare ſe crederet, cuius probitatem & integritatē commendari audiuerat à fratribus eiuſdem monaſterij, quos frequenter conueniebat. Euphroſyna totum negotium diſſimulans Patrem ſuum benè agnouit, & natura quæ mentiri nequit, ex oculis ipſius multas lachrymas extorſit, quas pius pater ex aliqua cordis compunctione excitari putabat.

Interim illa pro amiſſione filiæ patrem conſolatur, eum prudenter exhortatur ad benè viuendum, & optimè de filia ſperandum, ita vt ipſe vehementer recrearetur, & eius dolor leuaretur. Porro deuotus hic Religioſus, aut potius virgo ſancta,

ſancta, ſui obitus horam imminere ſentiens, Deo eam ad cœleſtes nuptias inuitante, decreuit quod ſeſe patri ſuo manifeſtare vellet, qui nihil aliud expetebat, quam vt filiam ſuam adhuc ſemel ante mortem intueri poſſet. Vbi Pater denuò eam conueniſſet; Domine mi, inquit, quantum ex te colligo vehementer deſideras filiam tuam in hac vita ſemel conſpicere, & quomodo cum ipſa agatur ſcire cupis; atqui ſic habeto, te protinus eam viſurum; En ego filia tua ſum indubitata, tua Euphroſyna ſum, tu mihi Pater es. & vbi hæc ſedatè & graui vultu dixiſſet, ceruicem erexit, & faciem apertius oſtendit, ſic ſermonem continuans: Deus ante tot annos è mũdo me abſtraxit, huc per ſua gratiam deduxit, nũc ad regnũ & gloriã ipſius vocor; ne fias inde triſtis, nec amplius animũ tuum torqueas, ſed Deo hoc nomine grates agas; vnũ à te pater flagito, vt cũ Deo placuerit, vt huc venires, poſt mortem meam corpus meũ accipias, & ſolus illud abluas & ſepulchro componas quod

ex te

ex te generatum est. Vale mi pater, sponsus meus me vocat, ad eum vado, continuas preces pro te emissura; his dictis suauiter, nec non beatè spiritum efflauit. Pater filiæ suæ condolens, & gaudio & admiratiōne correptus Dei prouidentiam collaudauit, & defunctæ filiæ oculos clausit, & ex illo tempore mundo valedixit, in cellam & locum filiæ suæ succedens, vbi sanctè vitam peregit, & fœliciter ex hoc mundo emigrauit. Quisnam talis exempli relatione non accendatur in amorem castitatis & virginitatis? quænam illa est, quæ vitæ perfectæ studens & vocationem à Deo habens, sinet se tricis matrimonij illaqueari? quænam à Dei seruitio se patietur abduci, vt mortales liberos accipiat, qui fluxis & caducis fortunæ bonis succedant, cum in statu illo sancto tot pios actus, & bona opera facere possit, qui sunt partus præclarissimi & optimi, gratiâ & inspiratione diuinâ editi, nobis cœlestem hæreditatem collaturi? Census habebat hæc virgo amplissimos,
dotem

dotem habebat locupletissimam, erat hæres vnica patris ditissimi, omnia ipsi ex animi sententia eueniebant, domus ipsius potentium & nobilium procorum applausu personabat; ista nihilominus contempsit præ imitatione vitę Christi, quē elegit vt eum diligeret & seruiret, ex toto corde, vltro renuncians omni mundano solatio, ad sponsi sui gloriam & honorem; interim cœlesti consolatione fruebatur, tanta cum mentis lætitiâ & alacritate quanta dici nequit; nam virginitas cum religiosa vita coniuncta, est ianua biforis, per quam commodissimè intramus ad quietem paradisi terrestris in hac vita, & cœlestis in altera. Neque verò soli huic virgini contigit hæc fœlicitas, sed & multæ aliæ sunt, quæ eo modo mundo valedixerunt, & monasterium intrauerunt, vt illic sub deposito custodirent sacrum virginitatis suæ thesaurum; in magno semper pretio habuerunt, coniugium mysticum cum sponso cœlesti, quod omnem humanæ vitæ societatem
præ-

præcellit, omne matrimonium honore & fœlicitate tantâ superat, quantâ cœlum amplitudine terris est extensius, licet adhuc duraret matrimonium Adami & Euæ, quod Deus instituit & benedixit. Tale igitur coniugium à nobis est summopere expetendum, cum nihil in orbe terrarum tantum, tam pulchrũ, fœlix & gloriosum inueniatur, quam hæc perfecta vnio & coniunctio spiritualis animæ nostræ cum Deo, in omni corporis integritate, & cogitationum puritate.

Exemplum admirandum quod translator adiecit de S. Ebba Abbatissa.

NOn desunt fœminis oportuna ad castitatem propugnandam subsidia, modò velint. Anno Christi supra octingentesimum septuagesimo, accidit in ciuitate quadam Scotiæ ab hostibus occupata, vt rabidi inter prædandum milites, spe duplicis spolij, & bonorũ & pudicitiæ conuolarent ad cœnobiũ virginum: quamobrẽ illachrymabantur teneræ animæ, & amplius metuentes

entes irreparabile damnum virginitatis; quam dispendiũ sanguinis, commendabant se Abbatissæ, quæ fuit B. Ebba, stemmate ac virtute æquè illustris deinde sapiẽti consilio illud vnanimiter præstare decreuerunt, in irruptione militum, quod fieri viderent à superiore sua. Hæc igitur cum singulis mãdasset, de cultro sibi prospicerẽt, ecce tibi prodeunt in occursum prædonum virgineæ acies, matrem obseruant, & vbi illa euaginato ferro nasum & labia (horrendum visu) præcidit, incunctanter imitãtur strenuam matrem cordatæ filiæ, sauciant & mutilant sese, tanta omnium fœditate, tanto militum stupore ac rabie, vt viuę ab illis intra muros Monasterij exurerentur. I sacrũ agmen, I paradisum versus, inuicta phalanx: triumphate elusa vi virorum infractæ viragines; viua immolate sponso holocausta, & fœlicissimæ de flammis ad refrigerium transmigrationi vestrę accinite: *Transiuimus per ignem & sanguinem.*

Validæ rationes & argumenta, quibus bonum temporale virginum & continentium ostenditur & confirmatur.

IS viro stulto similis est (vt testatur Saluator noster) qui ædificat domum suam super arenam, & ille assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram: Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam & non cecidit, fundata enim erat super petram. *Hinc cum instituti nostri sit de statu virginitatis disserere, & quasi ædem sacram diuinæ maiestati extruere, nemini mirum videri debet, quod adhuc in allegandis probationibus, quæ bonum statum virginalis confirment, hæreamus; id siquidem eo fine facimus, vt profundum solidumue ædificii nostri fundamentum collocemus; adeoque rationes quas exaggeramus, repræsentant prægrandes lapides, in quibus Basis nostra inconcusso situ quiescat. Et quamuis hactenus plerasque insignes & vrgentes rationes produxerimus, vt luce meridiana clarius appareret bonum temporale, quo virgines & continentes perfruuntur; obiectiones etiam refutauerimus, quæ ad assertionem nostram infirmandam opponuntur, eandemque præclaris exemplis illustrauerimus; tamen vt sanctæ huius arcis propugnaculum magis muniatur, & ad eandem sese recipientes, reddat securos,*

Matt. 7.

nec

nec reformident pluuias tentationum, inundationes humanarum persuasionum, & flamina diabolicæ persecutionis; ideo statui plures addere rationes & argumenta, quo clarius virginitatis excellentia innotescat, & aduersarii, suæ garrulitati silentium imponere cogantur.

CAPVT I.

Prima ratio concernens bonum status virginalis, desumpta ex laudibus, quæ virginibus impenduntur.

QVantum bonum status virginalis sui obseruantibus adferat, maximè colligi potest ex laudibus quas sancti Patres & Doctores Ecclesiæ perpetuò virginibus deferendas crediderunt. Virgines itaq; & proximè ad eas accedentes laudum suarum amplam segetem intueantur, considerent, & vice solatij in memoriam reuocent, ea quæ de suarum laudum testimonio scriptis prodita sunt. S. Gregorius Nyssenus, loquens de laudibus virginum, & Oratoribus qui easdem celebrarũt, ait tantam esse virtutis huius excellentiã, vt qui rhetoricis verborum leno- *Gregor. Nyss l. de incor. virg. c. 2.*

lenocinijs, facundiæ floribus & coloribus eandem depingere vel adumbrare attentarint, ſemper oleum & operam perdiderint. Nam licet conueniés æquũue videatur, vt eloquentiæ floribus hanc materiam aſpergamus, tamen affectatæ voces illæ, neſcio quid dedecoris potius quam honoris adferunt, & ſemper rei veritatem ſuſpectam reddunt, adeoque quantumuis hæc angelica virtus deprædicetur, & eius gloriæ ſplendor exaggeretur, nihil tamen ad eius laudem accedere videtur.

Virginitas quippe in illo eſt prædicamento & eius conditionis, vt alienis non egeat præconijs, cum per ſe laudibus abũdet & redũdet. Quocirca ſicuti Sol, luna, ſtellæ, pretioſi lapides & id genus creaturæ, oculos aſpectantium in ſui pulchritudinem rapientes, nullo egent à quo laudentur, cum earum ſplendor, virtus & perfectio ſat euidens laudis argumentum præbeant; eodem modo ſanctæ Virginitatis & caſtitatis forma per ſe ipſam ſufficienter commendatur, vt non ſit opus

pus

pus Poëtarum carminibus aut oratorum facundiâ qui eius laudes decantent. Concludit tandem Doctor ille, quod quiſquis eius laudes deſcribere nititur, ſcire prius debeat, eam omni laude maiorem eſſe; nam qui ad eius valorem explicandum ſexcentas rationes allegaret, non plus efficeret, quã is qui aliqua gutta ſudoris è vultu decurrentis, Oceanum tumeſcentem reddere vellet. Idem Doctor poſtquam capite quodam de ſtatus huius dignitate dixiſſet, addit hæc verba: Quæ facundia, quis ſtylus, quis agendi modus virginitatẽ dignè laudare poſſit, quandóquidem tanta eſt eius excellentia vt in cœlis aſſideat lateri ſupremæ Maieſtatis, moretur inter cœtus beatorum ſpirituũ; in terris verò tantum poſſit, vt humani generis ſalutem operetur. viribus enim tantum potuit, vt Deum in terras euocauerit, qui nobiſcum verſaretur, & partim nos ad deſideria rerum cœleſtium excitaret, partim ſibi nos amicitæ vinculo coniunctiores efficeret.

Quid?

Quid?an igitur virginitatis laudes silebimus? minimè gentium, sed ait nos imprudentiæ notam vix euitare posse, si eius laudes silentio sepeliremus, & vnum è duobus diceretur, aut quod tantæ virtutis amore non caperemur, aut eam laude dignam non crederemus. apud se igitur statuit, quod velit haberi instar Stentoris cuiusdam, seu Præconis robustissimi, qui præclara voce auras auresue repleat, præconijs huius Reginæ illustrissimæ. Iam ad vos, virgines, mea se conuertit oratio, quæ estis vasa honoris in amplissimo Regis gloriæ conclaui, quid sentitis de tot laudibus, quid de cœlesti illo munere, quo De⁹ vos exornauit? nonne hæc omnia docent, quantum sit vestri status bonum, & quantis laudibus efferatur? At si oculos nostros conijciamus in eos, qui virginitatis laudes ex instituto celebrauere, & ipsi iam cœlestibus choris associati; multò euidentius patebunt quæ dicimus. quinam vero alij fuerunt quam Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Basilius,

filius, Chryſoſtomus, duo lumina Græciȩ Gregorius Nyſſenus, & Nazianzenus, & tot ſacri ſcriptores tam antiqui quam recentiores? Addo, vt finem huic articulo imponamus, hoc donum ab ipſo Deo mirifice laudatum eſſe, qui huius Reginæ ſponſus eſt; ſuam quippe ſponſam in Canticis hac laude proſequitur: *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te:* deinde dum eam à capite vſque ad calcem deſcribit, quid aliud inſinuare vult, niſi quod ſit fœliciſſima? vnde & meretur celebrari eius fama per veracem & omnipotentem Deum. Sed hæc ſufficere videntur quoad præſens caput, videamus nunc quibus excellat qualitatibus hæc præclara virtus.

CAPVT II.

Proponitur & explicatur altera ratio, quæ deſumpta eſt ex qualitate virginitatis.

SI ille qui ſyncerè Chriſtiani nomen profitetur, fœlix & prouidus habetur eo quod ſeſe in virtutibus exerceat; non dubito, quin fœlicior & ſapientior ſit cenſendus is,

qui circa virtutis excellentioris obiectum versatur. Virgines itaque, quibus & pro quibus verbo facio, tantisper aures arrigant, accurate quæ dicam, notent, tum nullo negotio perspicient, quanta sit sui status amplitudo. S. Hieronymus in primis, virtutem hanc apud Deum magno loco esse asserit, eique vehementer placere, & in illa nos Apostolicis parere consilijs, dum dicunt, Videte, quæ sit voluntas Dei, & eius beneplacitum. S. Gregorius Nyssenus docet virginitatem morte potentiorem esse. huic enim illa portas obstruit: & quemadmodum mors ab Adamo ducens originem, in Deipara virgine exterminatur; sic cum hæc mors regnet in coniugibus, quorum statum & vitam in momento perimit, eorumque charissima pignora adimit, nullam tamen potestatem sibi vendicat aduersus virgines, quæ nec in se, neq; post se aliquid morti obnoxium relinquunt. Accedit S. Ambrosius qui virtutem hanc, vt rē præstantissimam & potentissimā laudat:

Hieron. contra Iouin. c. 22.

Rom. 12.

Ambr. lib. de virg.

si qui-

ſiquidem illa tranſcendens nubes, & ſuper aſtra cœloſue volitans, Angelorum & Archangelorum choros exſuperans, pertingit vſq; ad ſolium Verbi diuini, quod gremio ſuo ſuſcipit, & in viſceribus abſcondit. Naturalium rerum indagatores, ferunt Monocerotem animal ferum & indocile, dum à venatoribus quæritur, pati vt ducatur quoquo verſum, ſi modo aliquem virginis odorem percipit; adeoque vt capiatur nullæ inſidiæ ſunt paratiores, quàm vt venator loco, quem beſtia pertranſire debet, virginem aliquam nudato pectore collocet. namque eius odorem accipiens Monoceros, protinus tanquam cicur & familiaris ſeſe in gremium virginis conijcit. Eodem modo Chriſtus incorruptæ virginitatis amans, retibus puritatis implicatur. Hic eſt odor ille quo filius Dei delectatur, hunc florem in delicijs habet, nec quicquã ipſi gratius accidere poteſt, quam ſi corpus incorruptũ, & animã innocentem, quo ſe recipiant, præparemus. Hinc frequẽter in ſcripturis Monoceroti

 com-

Psal. 25. comparatur, *Dilectus sicut filius vnicor-*
& 29. *nium*: item: *Exaltabitur sicut vnicornis cornu meum.* Idem S. Ambrosius loco citato docet, quòd hæc virtus diuinæ gratiæ suæ transcendat omnes naturæ limites. hinc talem quæstionem instituit; quis est qui virginitatem comprehendere valeat, siquidem natura eam legibus suis amplecti nequeat, nec eam imperij sui finibus contineat? S. Basilius paucis multa significãs, ait hanc virtutem vitæ perfectæ & integræ semen esse; eam verè magnam appellat, quod hominem apud Deum, diuinum efficiat. Sanctus Chrysostomus existimat virginitatem naturam aliquam sublimiorem, cuius certum præfert indicium, hoc nempè, quod priscis seculis pauci eam cognouerant; nostris autem temporibus, vbi plurimi eam intellexerunt & approbarunt, nobis non præcepto non est iniuncta, sed consilio duntaxat commendata, vt docet Apostolus. Idem Doctor alibi
1. Cor. 7. vt aliquod signum excellentiæ virtutis eius ostendat, refert, inter an-
tiquos

tiquos Philoſophos & ſapientes Græciæ, quoſdam extitiſſe quamuis exiguo numero, qui diuitias contemnerent; ſed qui virginitatem aut perpetuam caſtitatem ſeruauerit, & amore Dei à voluptatibus carnalibus abſtinuerit, legimus neminem. Solus Chriſtianus in huiꝰ floris preſtantiſſimi cognitionem deuenit; ſolus ille valorem huius gemmæ orientalis didicit, & tanto honore tantâq; fœlicitate dignus repertus eſt, qui hoc donum è manu Dei ſuſciperet. Virginalis decor, eſt adamas illuſtriſſimus, & monile pretioſum. Virginitas potiſſimum in cauſa eſt, cur olim Chriſtiana religio tanto in pretio & admiratione fuerit, per vniuerſum orbem. Adhæc dum SS. Patres & Eccleſiæ Doctores de virginitate meminerunt, omnes vno ore, eam virtutem angelicam eſſe fatentur; imò nonnulli aſſerere non dubitant, quòd & angelicam naturam tranſcendat; id quia breuiter declarari nequit, ſequenti capite trademus.

CAPVT III.

Demonstratur virginitatem non modo virtuti angelicæ æqualem, sed & superiorem videri.

QVanta dignitate Angelus hominem exsuperat, tanto etiam honoris gradu (inquit S. Ioannes Damascenus) virginitas coniugio antecellit, quia castitas virginalis angelicæ virtutis speciem constituit. Hanc sententiam tenent & approbant reliqui Doctores omnes; quibus rationibus ad id tenendum moueantur videamus. Ac primum vt rem commodius intelligamus, benè notandum est quod ait S. Ioannes Chrysostomus, qui scribens super caput quartum Geneseos, & ostensurus virginitatis statum angelicum & cœlestem esse, sic inquit: Ab ipso Saluatore discimus, quod virginitas donum sit superans vires humanas; quia cum Iudæi Christum odio persequentes eum in sermone capere vellent, huiusmodi quæstionem proposuerunt. *Magister, erant apud nos septem fratres, & primus vxore ducta defunctus est, & non habens semen, reliquit vxorem suam fratri suo; similiter secundus &*

Damas. libr. 4.

Chrys. in cap. 4. Genes.

tertius vsq; ad septimum. Nouißimè autem omnium, & mulier defuncta est: in resurrectione ergo cuius erit de septem vxor? omnes enim habuerunt eam. Respondens autem Iesus ait illis: Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei: in resurrectione enim neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei. Videtis ergo quemadmodum ij qui castitatem & continentiam in terris profitentur, beatos illos spiritus imitantur qui in cœlo sunt? Hæc Chrysostomus. Quapropter cum in cœlis nulla mentio coniugij habeatur, nec de liberis procreandis simus solliciti, & in tali statu homines Angelis similes dicantur; consequens est, vt illi qui in hac vita cœlibatum amplectuntur, beatos itidem spiritus imitari dicantur. Hinc S. Cyprianus diuinam illam sententiam respiciens, hæc inquit. *Quod futuri sumus, iam vos esse cœpistis, vos resurrectionis gloriam in isto seculo iam tenetis, per seculum sine seculi contagione trāsitis. Cum castæ perseueratis & virgines, angelis Dei estis æquales, tantū maneat & duret solita & illæsa virginitas, & vt cœpit fortiter, iugiter perseueret* *Cypr. de habit. virg.*

Alia etiam est ratio, cur ij qui perpetuo vitam cœlibem ducunt, præsertim verò virgines, aliquam habeant cum Angelis correspondentiam & similitudinem ; nimirum quia virginitas & continētia in hac etiamnum vita mortali repræsentat æternæ vitæ incorruptionem & immortalitatem. Idcirco Angeli S. Iuliano & Basilissæ sponsæ eius, (qui eorum suasionibus ac instinctu perpetuæ virginitatis votum Deo nuncuparant,) dicebant, *vos estis de numero nostro.* S. Augustinus ad propositum illud ait: Integritas virginalis, & carnalis consuetudinis immunitas, mediante sancta continentia & deuota castitate, status est Angelicus, & principium incorruptionis in carne corruptibili. Hinc testantur historiæ sacræ, quod sæpe virgines dederint aliquod specimen impassibilitatis corporum quæ nobis in altera vita concedetur ; dum in medios fluctus, oleum feruens & rogos instructissimos coniectæ, illæsæ nihilominus euadebant. Huius rei testimonio est S. Ioannes Euange-

uangelista, qui in oleum feruens demersus, incolumis prorsus exiuit. Sancti etiam tres pueri, vt censet S. Ioannes Damascenus, in ardentem fornacem præcipitati, flammas superauere, eo quod eorum corpora virginitatis beneficio mutationi seu passioni non essent obnoxia.

Tertul.
Hieron. contr. Iouin.
Damasc. lib. 4. ca. 25.

Eadem virginitas (si eidem Doctori credimus) prohibuit, ne leones famelici & efferi in S. Prophetam Danielem dentes conuerterēt, cuius corpus munitū erat velo virginitatis, quam tota vitâ professus est. Corpus S. Eduardi Regis Angliæ 36. annis post obitum ferūt esse repertum, eo splendore & integritate qua fuerat primo tumulatum; hanc corporis incorruptionem ipsi virginitas conciliauerat, quam hortatu S. Petri cum coniuge sua inuiolatam conseruauit: & huius virtutis merito narrat historia Regem hunc in delicijs fuisse isti Discipulo quem Christus in terris adhuc degens dilexit. Idem proditum est de corporibus aliarum virginum non exiguo numero, quæ post funera

Sur. Tom. 1.

putredine non sunt absumpta, nec vermibus adesa. Tertia ratio huius similitudinis est, quòd ij qui virginitatem profitentur, vitam potius angelicā quam homini mortali propriā ducant, ob sui ipsius contemptum & abdicationem a rebus terrenis, quibus hic status nihil curæ impendit. Vtramq; hanc rationem sequi videtur S. Ambrosius dum ait: Iam possidetis, ô virgines, quod expectamus. nos bonis duntaxat desiderijs pascimur, vos ea ad actum redigitis; estis & non estis ex hoc mundo, vestra quidem præsentia mundus delectatur, sed eam retinere nequit. O rem magnam & admirandam! Angeli eo quòd mentalem puritatem non seruauerint, e cœlo præcipitati sunt: vos autem integritate corporali subnixæ, ex hac terra emigratis, & iter ad cœlos arripitis. Accedit huius argumēti quarta ratio, nempe quod sanctus hic virginitatis & continentiæ status, ab imo conditionis humanæ nos erigit, & attollit (teste S. Isidoro) non solum supra naturam animantium

tium, quibuſcũ vitam cõmunem ducimus, ſed etiã ſupra dignitatẽ & excellentiã hominis, efficimurq; ſicut Aquilæ, quæ prę reliquis volucribus ſublimiori volatu contendũt, pudicitia & caſtitate nobis alas ſubminiſtrantibus, quib⁹ ad cœlos vſq; prouehimur. Quinta & poſtrema ratio deſumitur à pulchritudine virginũ, quam cum Angelis prorſus æqualem conſequũtur. Sic legimus in Actis Apoſtolorũ, S. Stephanũ Protomartyrem micuiſſe inſtar Angeli. *Actor. 6.* Verum enimuero, cum omnis proportio, ſimilitudo & correſpondentia amoris occaſionẽ præbeat, hinc fit vt Angeli ſummopere virgines diligant, & libenter ijs inſeruiant. S. Macarius aſſerit ſe obſeruaſſe, quod tempore quo ſacram ſynaxin diſtribuebat ſuis Monachis, nuſquã conſpexerit quendã ex ijs nomine Marcũ, eò quod prefatus S. Macari⁹ ſemper præueniretur ab Angelo, qui ob inſignem Marci caſtitatẽ, ipſi ſacroſanctum Chriſti corpus adminiſtraret. Neq; hoc ſolũ modo virginibus Angeli inſeruiunt, ſed etiam ho-

mines adhortantur & instigant, vt virginitatem voueant& obseruent, vt SS. Iuliano & Basilissæ contigit, sicuti latius declarabimus. Adhæc agunt & conuersantur familiariter cum virginibus, easq; ab omnibus tuentur insidijs; *Angelū Dei habeo amatorem*, ait S.Cecilia. *quæ nimio zelo custodit corpus meum.* Hinc S. Ambrosius inquit: mirum non videri debet, ó virgines, si vobis Angeli vigilant, siquidem in hoc mundo vitam ducitis angelicæ vitæ similem. Virginitas, inquit S. Hieronymus, Angelorum naturæ semper affinis fuit, nam dum in carne sumus, extra carnem viuere, non est vita terrestris, at cœlestis. Veniamus nunc ad alterum huius capitis intentum, & aliquid amplius fauore virginitatis afferamus; nimirum quòd SS. Patres docere non dubitauerint, virgines non solum Angelis esse similes, sed etiam quadantenus superiores. hoc dictu incredibile foret, nisi testes idonei & omni exceptione maiores id confirmarent. Virginitas inquit S. Ambrosius, humanæ naturæ conditio-

Ambros. de virg.

Hier.

ditionem excellit, quia homines ea præditi, videntur esse Angeli; imò gloria & triumphus virginum illustrior est triumpho Angelorum. hi enim absq; carnis impedimento viuūt, illæ de carne domita triumphū ducunt. Idem sentit quidam alijs Doctor: his terminis virginitatem Angelis comparari certum est, sed si bene eam consideremus, eo tempore quo cum carne militat, qua carent Angeli, & de ea victoriam reportat, fatebimur eam naturam angelicam superare. In eandem sententiam descendit S. Basilius, qui statum hunc supra choros Angelorum extollens, hoc modo loquitur: *Ii qui virginitatem seruant, Angeli meritò dicuntur, quia in carne corruptibili viuentes mortalium vitam illustrando tuentur. Angelique sunt non obscuri aliqui, sed nobilissimi & præstantissimi. Angeli namque in cœlis integritatem seruantes, liberi sunt à carnis nexibus, & loco & natura inuiolabiles, & apud summum regem omnium Deum constituti, qui errare non potest, nec in aula sua vllam irregularitatem obrepere sinit, quod in hac Ecclesia militante non obtinet. At verò*

Auth. li. de bon. pud.

Basil. lib. de ver. virg.

virgines, in terra carnis illecebris & volu-ptatibus diu reluctantes, ac diaboli tentamenta perpetua exercitatione vincentes, incorruptionem angelicæ puritati parem virtute præcipua ante Creatoris oculos custodierunt. Qua in re virginum statum pulcherrimũ meritò quisque admirabitur, & imitabitur.

Hæc S. Basilius. Concludam nunc cum S. Bernardo: Angelus, inquit, & homo continens, differunt dumtaxat in Bono & fœlicitatis gradu, non in viribus & animi magnitudine, verum licet integritas angelica fœlicior existat, tamen hominum castitas nobilior est. Habemus nunc quemadmodum status virginũ Angelorum conditionem superet, adeoque ad hunc articulum quod attinet, sat copiosè virginum fœlicitatem declarauimus; aliò itaque stylum dirigamus.

Capvt IV.

Tertiarat o explicatur, deprompta a gradu & ordine quam virginitas obtinet in Ecclesia.

Magno virginum solatio erit considerare & videre quantæ dignitatis & authoritatis prærogatiua

tiua virginitas in Ecclesia præfulgeat. Populus Israëliticus bonam reuera fœlicitatis partẽ assecutus est, dum à captiuitate liberatus exiuit, & manu Dei quodammodo plantatus est in colle fœcundissimo, tanquam Vinea Domini in terra promissionis, quam postea inter se diuiserunt. Hinc scriptura dicit: *Vineam de AEgypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam.* item: *Eiecit à facie eorum gentes, & sorte diuisit eis terram, in funiculo distributionis.* Verum enimuero in tanta populi frequentia, illi erant fortunatissimi, qui è tribu Leui orti erant, quia tribus illa inseruiebat tabernaculo Dei, & in eius præsẽtia semper versabatur. Nullus ex hoc tribu portionem aliquam de terrâ promissionis accepit, neq; qui ex illa erant vllã possessionẽ acquisiuerunt, sed hæredes Dei facti sunt ipsiq; legitimè successerũt. Hæc omnia leguntur in Deuteronomio, & Numerorũ capite decimo octauo & vigesimo. ex quibus licet colligere, quod inter electum Dei populum ij pinguiorẽ hæreditatẽ habuerũt, qui Deum

Psal. 79.

Psal. 77.

Deum vice successionis acceperunt.
Nunc vt illa proposito nostro accommodemus, sciendum quod dicit Apostolus, omnia isti populo sub figuris contigisse; adeoq; temporalis eius fœlicitas, spiritualem Ecclesiæ Catholicæ fœlicitatem præferebat, quam Deus multo amore & fauore prosecutus est. Sic amoris illud & successionis priuilegiũ, quo tribus Leui præ alijs tribubus decorata fuit, repræsentat nobis bonum & fœlicitatem eorum qui totos sese diuino cultui addixerunt. Id omnino proprium est ijs qui cœlibatum profitentur, & perpetuam virginitatem Deo consecrarunt. Hoc loco commodum est rationem subnectere, cur ij qui priscos Leuitas repræsentant, in hoc mundo fœliciores euadant; nimirum, quia duo potissimum habent quæ ipsis sunt magno honori & commodo, postquam mentis & corporis puritate, diuino se seruitio adstrinxerunt.

1.Cor. 16

Primum est, quod à terrena concretione omnino sint liberi, nec terrę hæredes existant, cũ hæreditatem suam

ſuam in cœlis expectent, dicentes cum Propheta, Portio mea in terra viuentium. Alterum eſt, quod ſint pars hæreditatis diuinæ. Id docetur in Deuteronomio, vbi Deus loquens de tribu Leui, inquit: *Date Leui veros eius, date Leui ſortes eius*, hæc ſunt verba ſcripturę iuxta verſionem 70. Interpretum, quaſi diceret, date Leui hoc quod æquum eſt, & ipſi iure hæreditario debetur. Leui fuerat pater tribus Leuitarum, qui nobis Chriſtum denotat, vt caput eorum qui ad cultum & obſequium diuinum deſtinantur; per *Veros* virgines intelligimus, quæ in veritate puras & immaculatas ſe conſeruant, & manent tales quales natæ ſunt, nec vllam caſtitati ſuæ diminutionē fieri permiſerunt. Huiuſmodi igitur perſonæ quæ *Veræ* ſunt in caſu puritatis & innocentiæ, ad Deum ſpectant, ſolius Dei ſunt, de grege & familia Ieſu Chriſti. Hoc modo S. Ambroſius illum locum explicat, & ſic ait: quid magis *verum* eſt quam illibata virginitas, quæ ſeruat ſigillum pudicitiæ, & naturalem integritatis Deut. 33.

gritatis

gritatis decorem? Dum per actum coniugalem mulier aliqua defloratur, illa aliquid accipit, ex quo dubium est an fructũ vel commodum sit perceptura; interim ab alio incertum quid suscipiens, nempe virtutem & habitum generandi, bonum proprium illudque certum deperdit, suam nimirum virginitatem & integritatem. Bonum itaq; cum quo nascimur verum est, non illud quod accipimus ex permutatione in actu matrimonij? quod à Creatore accepimus verum est, nempe puritas, non itaq; illud quod maritus nobis impertitur in actu coniugij. Date igitur vero Leui, Principi sacerdotum, vero Aaron, vero Melchisedech Iesu Christo saluatori & redemptori nostro, date ipsi, inquam, *Veros eius*, tales, quales creauit, non quales per copulam coniugalem facti sunt, vt ipse opus manuum suarum agnoscat, nullatenus immutatum: custodite sigillum integritatis, quod à natiuitate vestra vobis impressit; date igitur vt

monet

monet ipse Deus, *Date Leui veres eius, date Leui sortem eius.* Christus dominus Leui noster est, ipsi date legitimam hæreditatis portionem, virginitaté videlicet & castitatem, in illa delicias omnes ponit, in illo statu ipsi maximè placemus, cum nihil circa nos reperitur quod sit nobis obstaculo, & ab ipsius amore nos auertat: hic status est in quo lætatur & gloriatur Apostolus dicens, *in qua & sorte constituti sumus.* quocirca quemadmodum in veteri testamento terra sorte diuisa fuit, sic & in nouo aliqua sorte, id est, certa & speciali Dei gratia, ad ipsius seruitiū vocamur. hinc scriptū est in Euangelio, *partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem.* In antiquam illam bonorum diuisionē materialia mūdi bona veniebant, sed in hac reperitur sors & personalis alicuius muneris distributio. 1. Cor. 7. *Virginitas vestis Christi.*

In illam diuisionem cadit curarū & occupationum possessio, in hac fit fauoris & gratiæ collatio; in illa agrorum colendorū fiebat partitio,

in hac anima nostra possidetur & colitur per manum Dei; adeoq; omnis pia anima dicit de Christo verbis propheticis, *Possedisti renes meos*, id est, tu Domine affectiones meas imples & regis, & inordinatos carnis meæ motus coërces, qui sedem suam fixerunt in renibus, vt in omni puritate viuam, & loco carnalium appetituum, in medio cordis nostri versentur spiritualia desideria. Agite igitur ô virgines, magis magisque corpus & animam Deo consecrate, eum laudate & imitemini, quatenus iure merito dicatis, *Portio mea Dominus, quid mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram?* hæc verba non congruunt coniugibus, quia illę necessario maritis suis placere & inseruire debent, sed virgo & cœlebs nullibi occupatur, præterquam in seruitio Dei, & hoc vnum spectat vt ipsi placeat. coniunx est possessio & fructus mundi; hæc est hæreditas & portio Christi, quæ est de tribu Leui multis prærogatiuis & fauore multo decorata, & nihil cum terra commune habet; quicunq, alium viuendi sta-

Psal. 138.

Psal. 118.

di ſtatū amplectitur, cum Pſalte regio dicere nequit, *Portio mea Dominus*, hæc S. Ambroſius. ex quibus apparet quanta ſit excellentia & præeminentia virginitatis, cum per ſe ſit poſſeſſio & fructus verus, verum & proprium bonum, portio quæ ſpecialiter adſcribitur Chriſto, qui ipſe eſt ſimiliter pars & poſſeſſio virginum. Sed vt ad ſequens capitulum veniam, huic breuiter finem imponam, addita inſigni ſententia S Cypriani, qui de hac virtute angelica in hunc modū loquitur, *Virginitas eſt flos Eccleſiaſtici germinis, decus atque ornamentum gratiæ ſpiritualis, læta indoles laudis & honoris, opus integrum, & incorruptum, eſt imago Dei reſpondēs ad ſanctimoniam Domini, illuſtrior portio gregis Chriſti* hæc ille; verum adhuc clarius ex ſequenti capite apparebit bonum huius integritatis virginalis Deo in perpetuum conſecratæ. Cyprian. de habit. virg.

CAPVT V.

Explicatur ratio quarta deſumpta ab excellentia & dignitate rerum quibus virginitas comparatur.

Poſitis

Positis ijs quæ supra commemorauimus, apprime instituto nostro conuenit videre excellentiã & dignitatem rerum quibus virginitas comparatur. Virgines itaque nec non continẽtes, hæc attentè legant, & Deo humiliter gratias agant, eo quod à Deo sint electi & benedicti præ cæteris, & donis gratiæ cœlestis cumulati. Quicunq; virginalem statum re & nomine profitetur, in illo aliquam obtinet similitudinem sanctissimæ & indiuiduæ Trinitatis quæ per se purissima est & beatissima.

Gregor. Nazian. Gregor. Nyss. l. de virg.

Id testatum reliquit S. Gregorius Nazianzenus, & S. Gregorius Nyssenus, qui disertis verbis asserit quod ratio, propter quã Deus ex natura sua purissimus, dicitur creasse hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ suam, sit hæc, nimirum quia homini nonnihil de puritate sua impertitus est, qua animas nostras ornauit & cohonestauit: & pulchritudo illa quam homo per peccatum perdidit, nobis beneficio castitatis & continentiæ restauratur, vbi sacro baptismatis

matis lauacro abluti & regenerati fuimus. Hæc eſt drachma illa cuius Euangelium meminit, quę non prorſus eſt deperdita, ſed ſub fimo delitescit, & ille quidem fimus iuxta interpretationem eiuſdem Doctoris, eſt impuritas carnis, qua ablata & reſciſſa ferro continentiæ, ſtatim refulget lapis pretioſus diu perquiſitus & perquiri dignus, caſtitas nimirum & continentia. Hinc fit vt ſimilitudo illa, quam virgines cum Deo communē habent, ijs non conueniat qui hanc virtutem negligunt aut penſi ducunt eam conſequi & puritatem vitæ profiteri.

Nam quamuis omnes vulgarem illam & generalem ſimilitudinem cum Deo habeant, qui nobis animam inſpirauit dotatam ratione & iudicio, & inſtructam tribus potentijs, voluntate, memoria & intellectu, tamen in hac ſimilitudine magis rara & ſingulari, qua homo in hac vita proxime ad Deum accedit per obſeruationem vitæ pudicæ, nullam habent communionem, quia non ſunt puri & integri veluţ virgines

nes, quod tamen neceſſariò requiritur, ad hoc vt Deo efficiamur ſimillimi, qui actus eſt puriſſimus omnis mixtionis expers. Et quemadmodum Deus tanquam imaginem ſuæ diuinitatis in cœlo collocauit ſolem & lunam, ſic in Eccleſia virginitas eundem ſplendorem repræſentat, quamdiu cum amore Dei coniuncta eſt. Vnde fit vt virgines nominatim à Deo diligantur & foueantur, qui in honorem virginitatis nonnunquam mirabilia præſtitit. Cum ſanctæ Brigidæ virginitas in dubium vocaretur, tetigit illa lignum altaris, quod ſtatim incœpit reuireſcere, in teſtimonium virginitatis. Imo inter Ethnicos, cum Claudia virgo Veſtalis ſuæ virginitatis ſpecimen dare vellet, cingulum ſuum maximæ naui alligauit, quo nauem quoquo verſum deducere & regere potuit. Tuccia virgo etiam Veſtalis ad eundem finem aquam ex Tyberi hauſtam in cribro vſq; ad Capitolium deportauit. Aemilia eiuſdem ordinis virgo de inceſtu commiſſo ſuſpecta, & delata,

A lo & Sur. Tom Martyr. Rom. 1. Febr. Pli. libr. 28. cap. 35.

quod

quod incuriâ ſua ignis ſacratus extinctus eſſet, ad oſtendendam innocentiam Deum ſuppliciter orauit, deinde velum ſuum ſuper extinctos carbones proiecit, & ecce velum flammis abſumitur, quæ carbones rurſus accenderunt. Quiſpiam forte dixerit hæc ope Dæmonis facta fuiſſe, at S. Thomas putat, id tribuendum eſſe miniſterio Angelorum in fauorem virginitatis, quam Deus præ omni ſtatu diligit, & fauore proſequitur propter antedictam ſimilitudinem. *S. Thom. in q. de poten. q. 6. art. 5.*

Alteram ſimilitudinem deſumimus ex perſona filij Dei incarnati, qui corpore & anima purus vixit: & quamuis præceptis legis ſe ſubijceret, quantum ad circumciſionem, templorum frequentationem & huiuſmodi, tamen nunquam legi ſe ſubiecit quantum ad nuptias contrahendas, & liberos procreandos; ſed virginitatem elegit in ſponſam dilectiſſimam, & in ſua & matris Mariæ perſonâ, vt ait S. Hieronymus, Patri ſuo dedicauit, conſecrauitque virginitatem vtriuſq; ſexus. O blan- *Hier. in Apol. ad Pamma. cap. vlt.*

 diſſime

dilſime Ieſu, effice nos cupidos prę-claræ tuæ puritatis, caſtitatis & continentiæ, illam virtutẽ ore proprio laudaſti, eius magnitudinem commendatam reliquiſti exemplo vitæ tuæ puriſſimæ, illius obſeruandæ conſilium nobis dediſti, gratiam tu quoque tuam impertire, & conſequenter omnes virtutes, quæ huic nobiliſſimæ Dominæ adhærent. Præterea ſanctus ille ſtatus aliquam ſimilitudinem habet cum glorioſa virgine Maria, ſuper omnes virgines ratione puritatis benedicta, & ſuper omnes coniuges fœcundata, quæ voto caſtitatis corpus & animã ſuam Deo deuinxit, omnium virginum facilè Princeps, Chriſtus teſte S. Ambroſio, ex virgine naſci voluit, vt mulieres inuitaret ad magni faciendam & ſeruandam virginitatem ceu theſaurũ incomparabilem ſibi maximè vtilem & Deo acceptabilem. Adhæc ſi Deus vt gloriam & maieſtatem huius virtutis oſtenderet, voluit vt filius vnigenitus & perdilectus, in mundum veniens ex virgine naſceretur, & tam elegans

Ambr. de inſtit. virg. c. 17.

diui-

diuinitatis flosculus & sanctitatis lilium ex hoc germine prodiret; deinde si hęc ita disposuit, vt sacrosanctum virginis vterum efficeret sacrarium perfectæ & summæ sanctitatis, & templum diuinitatis, meritò virgines comparantur huic Dominæ gloriosæ, quæ diuinitus electa fuit in matrem Saluatoris, hæ siquidem eius seruitio & imitationi se deuouerunt, & quemadmodũ teste S. Hieronymo, Christus in persona sua masculorum virginitatem Patri suo consecrauit, sic benedicta virgo Maria, Deo in sua persona dedicauit virginitatem omnium fœminarum. Virginitas itaq; ad imaginem & exemplar Christi, & matris eius informatur mediante virtute & integritate, adeò vt fiat tam expressa & natiua Dei similitudo, quàm ingenium humanum cogitare potest. Accedit quod virgines Angelis similes sint, vt præcedenti argumento probauimus, vbi declaratum est, virginitatem esse virtutẽ angelicam; ob hanc similitudinẽ S. Gregorius Theologus de beatis illis spiritibus loquens, sic ait:

 Nil

Nil veneri tribuunt, sed puri candida Regis
Pneumata sunt, durant in virginitate creata.

Præterea personæ illæ cum corpore, tum anima puræ, similes sunt Ecclesiæ, quæ simul est mater & virgo; sic etiam virgines matres dicuntur vt ante ostēdimus, & tamen virginitatem illæsam retinent, & virgines verè & propriè, re & nomine appellantur; cuius tituli prærogatiuâ, tenent primas virtutis & honoris inter omnes status virorum & mulierum, nam vt scitè notat S. Augustinus, cum alia membra Ecclesię sint virgines spiritu tantummodo & mente, hæ corporalem etiam integritatem profitentur. Porro virgines in persona sua præferunt similitudinem omniū præcipuorum Patrum & Doctorum Ecclesiæ, qui omnes continētiam amplexati sunt: hanc assertionem vt confirmaret S. Hieronymus, hæc ait; Apostoli virgines fuerunt, aut post nuptias perpetuam continentiam professi. Ad Episcopos, Presbyteros & Diaconos

Hier. in Apol. ad Pammac.

nos quod attinet, illi aſſumuntur vel virgines, vel vidui, vel ſaltem ſuſceptis ordinibus, perpetuam caſtitatem ſeruant. Addam hic pro corollario aliam pulchram ſimilitudinem, quā virgines Chriſti ſponſæ habent, cum illa quæ olim in populo Dei beatior & glorioſior habebatur; quòd quidem vt benè intelligatur ſciendum eſt, in veteri lege permiſſum fuiſſe ſummo ſacerdoti vt vxorē duceret; verum enim verò illa vxor talis eſſe nō poterat, quæ vidua, repudiata, vel deſerta fuiſſet aut corrupta. Sed oportebat eam eſſe virginem, ſiquidem lex expreſsè volebat; *Pontifex id eſt ſacerdos maximus, inter fratres ſuos virginem ducat vxorem, viduam autem & repudiatam & ſordidam atque meretricem non accipiet, ſed puellam de populo ſuo*: Huic puellę virgo Chriſtiana comparari poteſt, nam ſicut illa propter ſuam integritatem, apta erat vt fieret ſponſa Pontificis in lege, qui digniſſimus & honoratiſſimus inter Iudæos populum Dei; ſic hæc digna eſt vt fiat ſponſa Chriſti Domini noſtri, & ſa- *Leu. 21.*

cerdotis maximi secundũ ordinem Melchisedech. Sat fusè hunc articulum pertractasse videor, ad alterius considerationem veniamus.

Capvt VI.

Quinta ratio desumpta ab effectis mirabilibus, quæ circa personas virginum contingere dignoscuntur.

MVltò apertius & facilius virginitatis bonum nobis manifestabitur, si magnos & mirabiles effectus attendamus, quos producere solet pretiosus ille continentiæ lapis circa illos à quibus possidetur. Extra controuersiam est, nec vllus dubitat quin flos pudicitiæ homines
Sap. 4. supra modum speciosos efficiat, id ipsa testatur sapientia dicẽs, ô quam pulchra est casta generatio cum claritate; *Casta generatio*, id est, eorum qui castitatem profitentur non solum pulchra dicitur, sed & pulcherrima & nimis pulchra, dum bonorum morũ claritate & lumine exornatur, & pijs operibus refulget. Hinc Rebecca dicitur fuisse formo-
Gen. 24. sa & venusta, virgo casta, & virile consortium nesciens, Puella decora

nimis.

nimis virgoque pulcherrima, & incognita viro; illa fuit idæa virginis Christianæ, quæ excellit in venustate corporis & animæ, nec opus est vt faciem suam coemptitia cerussâ & fuco exornet, vt apud seculares fœminas receptum est; nam faciem per se decoram & elegantem gerit, & gratiosa apparet in conspectu diuinæ maiestatis & Angelorum. Neque verò mirum est eam formosam esse, cum debeat adduci vt spōsa ad filium Dei speciosum præ filijs hominum, qui verus Isaac dicitur, qui fuit, est, & futurus est gaudium & lætitia & iucunditas totius mundi. Adhæc quis ignorat virginitatem esse thymiama fragrantissimum, quòd vndique suauem bonæ famæ & existimationis odorem exhalat? Hinc sapiens eam lilijs odoriferis confert; *Sicut lilium inter spinas, ita amica mea inter filias*; Vnde S. Ambrosius dicit, lilia Christi vel maximè virgines censentur, quarum puritas tota pulchra & perfecta est; & in ijsdem canticis legimus; *Cant. 6.* *Ambr. de inst. virg. c. 10.*

 dile-

arefacta, quæ præstantissimos odores diffundit; huius rei argumento est, quod sanctissimũ & purissimum Christi corpus, post mortem vnctũ fuit vnguentis pretiosis, quæ corpus benè olere faciebant, ex quo velut è terra benedicta, egressa est insignis hæc stirps virginitatis, & lilium pulchrum castitatis. Talis igitur est odor vestimentorum sponsi & sponsæ, talis est odor bonæ famæ & existimationis quam virgines habent in hac vita, dum vulgus probos eorum mores, deuotionem, sancta & præclara exercitia intuetur. Hoc ipsum non solum aliquam familiam lætiorem reddit, sed etiam pagos, vrbes & Prouincias. S. Hieronymus in Epistola ad virginem Demetriadem, proposito nostro conuenientèr, pulchrè ostendit, quomodo tempore huius virginis acciderit id quod asserimus; ait itaque numerum virginum valde multiplicatum fuisse, & suauem huius floris odorem longè lateq; diffusum, ob piã & sanctam resolutionem, quam præfata virgo de seruan- *Hier. epist. ad Virg. Demetr.*

quoque vrbibus Christianæ quoq; gloriæ triumphus auditus est. Hæc S. Hieronymus. En itaq; quomodo vnius virginis flos tam longè latèq; suauem odorem diffudit. Possem hic ad longum recensere singulares & notabiles effectus, qui eduntur virtute status virginalis, sed quia nimis prolixum foret, breuiter aliquot speciales & memoriâ digniores adferam, qui ex hac causâ proficiscūtur, semperq; vestigijs SS.Patrum & Doctorum Ecclesię inhærebo. Magnus ille & pius vir Ephrem Syrus, agens de castitate cuius caput est virginitas, in admirationem prorūpit his verbis. *Ephrem Syrus.*

O castitas quæ homines Angelis similes efficis! O castitas recreans corda eorum qui te possident, & animæ alas tribuis vt in cœlos euolēt. *O castitas quæ gaudium spirituale paris, & omnem mœstitiam ex animo depellis! O casta & commoda possessio, quam flammæ depopulari nequeunt, nec à feris inhabitatur! O castitas currus spiritualis, quæ rapis & ad cœlos euehis eos, qui tibi insident!*

O castitas quæ domicilium habes in piis & humilibus mentibus, quæ vanos homines, sanctos efficis, & è terrestribus cælestes progeneras! O castitas quæ medium tenens inter corpus & animam vires & flores, vt rosa tempore verno, & quæ instar vnguenti pretiosi, totum Ecclesiæ penuarium reples odoribus! O castitas procuratrix Spiritus sancti! O castitas Deo & Angelis eius accepta tantopere, quæ nuncia es voluntatis eius, quæ semper grata es tam Deo quam hominibus, cuiuscunque illi sint conditionis! hæc & tanta est exclamatio Patris illius venerabilis, qui declarat quanto in pretio gemmam hanc habeat. Idem Pater etiam excitatus multitudine admirandorum fructuum, quos hæc virtus producit, exclamat denuò, *O castitas quæ omnes carnis illecebras odio prosequeris, cui omnis formæ elegantia turpis putatur, & tædiosus est comæ ornatus. O castitas inimica voluptatis, & victrix sensualitatis! O castitas lumen & columen corporum, splendor oculorum, honor animæ, quæ eandem tueris à caligine tenebrarum lucem meridianam semper ipsi præferens! O castitas quæ corpus in officio contines, & ipsum coercens directo volatu cælos penetras!*

O ca-

ô castitas mater dilectionis & honestæ vitæ, soror & sodalis Angelorum! O castitas quam pura es corde, quam blanda voce, quam elegans facie! O castitas donum manus Dei, cumulus gratiarum, munus benignitatis, oblatio suauitatis, donum scientiæ & sapientiæ! O castitas portus tutus & trãquillus! O castitas quæ paßiones mitigas, & omnem perturbationem è mente hominum eximis! ô castitas iustos illuminans, improbos excæcans, quæ momentaneo cursu arripis præmium & coronam gloriæ! ô castitas quæ longè depellis ignauiam & mærorem, & cum diligentia & alacritate conuersaris! ô castitas diuitiæ perennes, menti & corpori infusa, nutrix & tutrix virtutum & gratiarum, matrix sancta in qua formatum fuit sacrosanctum Christi corpus! ò virtus admiranda, ò donum inæstimabile! qui te habet, magnum bonũ possidet, & opimum thesaurum, qui vsui erit in extremo mortis articulo; Sic S. ille Doctor virtutem hanc deprædicat, cuius laudes & admirationes quæ nimirum promanant è tam præclaris effectibus, multum faciunt ad acquisitionem & conseruationem huius puritatis, & ad extirpationem omnis contrariæ affectionis. Hic o-

peræpretium eſt adnectere ea quæ S. Cyprianus ſcriptis tradidit in laudem nobilis huius Heroinæ. *Virginitas*, inquit, *Sua ſorte contenta eſt, alterius auxilio non eget, domat concupiſcentiam, iudicium exorbitans dirigit, ſtimulos carnis tollit, carnalium affectionum ardorem extinguit, membra corroborat, corpus in officio continet, carnem caſtigat & quodammodo mortificat, ita vt tam mas quam fœmina vltra ſexum ſuum nihil cogitet, & tam efficax eſt hæc virtus, vt vena originalis ſenſualium deſideriorum in vtroque propemodum ſexu exareſcat, ita vt vterque ſexus limites ſuos non excedat, & tamen de vtroque quilibet participet, & tertia ſpecies hominum conſtituatur magis cœleſtis & ſpiritualis; adeoque forma illa in qua omnes rediuiui apparebimus, qua Angelis omnino ſimilis erit, iam nunc viuis coloribus depingitur coram toto mundo in perſonis virginum*; addit idem S. hæc verba, *caſtitas eſt honor corporum, ornamentum morum, ſanctitas ſexuum, vinculum pudoris, pax domus, concordiæ caput virginitas ſollicita non eſt cui placeat, niſi ſibi ſemper verecunda, ſemper ornata ſolo pudore, bene ſibi conſcia de pulchritudine ſi improbis diſplicet, nihil ornamentorum quærit, decus ſuum ipſa eſt. Virginitas eſt*

Cypr. de habit. virgin.

perseuerans infantia, voluptatum triumphus, filios non habet, sed filiorum contemptum habet, non habet fœcunditatem, sed non habet orbitatem. Castitas est requies sanctitatis, expugnatio infamiæ, munimen virium, propugnaculum bonitatis, ruina malitiæ, victoria animæ, optimæ corporis exuuiæ, abundantia gloriæ, carcer peccatorum, custos incolumitatis, flagellum lasciuiæ, signum synceritatis, exilium scandalorum, exercitium continentiæ, euacuatio luxuriæ, pax virtutum, belli præsentis neruus, omnis impuritatis euerriculum, receptaculum honestatis, inimica sordium, clypeus pudicitiæ, vituperij fuga, mors corruptionis, destructio peccati, triumphus gloriæ, arma generositatis, flos integritatis, exclusio lubricitatis, festum honoris, dedecoris euitatio, voluntas boni operis, nequitiæ lorum, domicilium pudicitiæ, frenum lasciuiæ, præmium gloriæ, subiectum triumphi, infortuniorum clades, requies salutis, vita mentis, honos corporis, vita Angelorum: huius virtutis freno omnia vitia coercentur, eius catenis constringũtur manus & pedes dissoluti luxuriæ; in ipsam velut in rupem durissimã omnis æstus, & inundatio carnis & sanguinis elidi-tur; in hac spumosus furor maris concupiscentiæ placatur: hæc Sanctus Cyprianus.

Cui-

Cui nunc erit adhuc incognitum virginitatis bonum cum tot, tantos, & tam præclaros videat castitatis effectus, & tot audiat virginitatis laudes? At verò malignum os occludamus ijs qui hæc de virginitate bona abnegant, & Venenatæ linguæ conuicia in eam euomunt, addam pro clausula huius capitis sententiam alius cuiusdam Authoris grauissimam, *Pudicitia*, inquit, *est vinculum honestatis, fons castitatis, Pudicitia nihili facit placere hominibus, soli Deo studet. Pudicitia semper est verecunda, & mater innocentiæ. Pudicitia semper est aspectu iucunda, omni tempore gestat togam honestatis velut auro purissimo contextam; natiuam tantum pulchritudinem quærit, nec peruersis displicere curat. Non quærit vestes acu pictas, neque crispatos crines, neq; inaures pretiosas; paucis est contenta sibi ipsi est ornamento & pulchritudini excellenti; totam se Deo vouet & dedicat, Christo se connectit, mẽtalis puritatis vinculo. Hæc expugnat omnia de membris illicita desideriorũ prælia, pacem nostris corporibus inducit, beata ipsa & beatos efficiens, apud quoscunque habitare dignatur.* S. Athanasius virginitatem his

Auth. li, de bon. pudic.

Athan. de exerc.

his verbis extollit. *Continentia*, inquit ille Doctor, *est magna virtus, ingens gloriatio puritas, magna encomia virginis, O virginitas opulentia indeficiens, ô virginitas corona immarcessibilis, templum Dei, domicilium spiritus sancti, O virginitas margarita pretiosa vulgo inconspicua & à paucis inuenta, O continentia amica Dei ab Angelis celebrata! O continentia apud multos odiosa, sed apud dignos spectata, ô continentia mortem & infernum profligans, & ab immortalitate possessa, ô continentia gaudium Prophetarum, & gloriatio Apostolorũ! o Castitas Angelorum vita, & sanctorũ corona! beatus ille qui te tenet, fœlix ille qui se tibi consecrat, & qui obdurat in tolerantia;* hęc ille, iam vt obiter alludã ad hoc nomẽ *cœlebs*, quod omnibus illis cõuenit qui castitatem profitentur; id nihil aliud significat, (vt prophanus Author obseruauit) quam vastę molis & magni ponderis excussio; Caninius, inquit, ingeniosè visus est, cœlibes dicere, velut cœlites, eò quòd onere grauissimo vacant. Similiter vates Lyricus de docto quodam viro loquens, ait: *Quintil. lib. 1.*

Nil ait esse prius, melius nil cœlibe vita. *Horat. epist. 1.*

Verum

Verum in ſubſequens caput reſeruemus ea quæ Pagani & Gẽtiles quondam ſenſerunt de bono & excellentia huius ſtatus, & quantis honoribus illum ſint proſecuti.

CAPVT VII.

Sexta & vltima ratio deprompta ab exiſtimatione quam Ethnici ſemper de virginibus conceperunt.

PRopoſitum argumentum S.Hieron. multis amplificat ſcribens contra Iouinianum,& luce meridiana clarius, oſtendit excellentiam ſtatus huius Angelici ſupra coniugium; ad illum itaq; lectoré cupidum plura videndi remittimus. Nobis aliquot exempla producere ſufficit, ad dignoſcendum quanto in pretio gentiles olim virginitatem habuerint; Magni ſane apud ipſos momenti fuit; nam Sapientes Græciæ ipſius laudes tanto clarius celebrauerunt, quanto pertinacius crediderunt, Mineruam ſapientiæ & ſcientiæ Deam virginem eſſe, ex cerebro Iouis enatam, quæ virgo ſemper coniugium reſpuit, nec vllam

turpi-

turpitudinem in animum admiſit, cuius vitandæ gratia Palladem Gygantem trucidauit, qui eam vi rapere & ſupprimere conabatur, vnde in perpetuam rei memoriam, ipſi Palladis nomen impoſitum eſſe tradunt, vt refert eloquintiæ Princeps Cicero. *Cic. libr. 2. de nat. Deor.*

Ad hæc virtutum effigies aut ſimulachra ſculpebant vel pingebant in forma virginum. Iuſtitia, teſte Heſiodo, eſt virgo inuiolata & intemerata, quæ ſemper conuerſatur cum verecundia, ſimplicitate, & pudicitia. Verum laus & encomium virginitatis non ſolum inter Græcos (populum doctum & excultum) audiebatur, ſed etiam permadebat nationès barbaras, quales erant Gymnoſophiſtæ Indorum qui aſſerebant & accuratè defendebat, Buddonem quendam ſectæ ſuæ Authorem, ex fœmina natum non fuiſſe, & ex ipſius latere virginē quandam prodijſſe.

Sed licet quæ nunc commemorauimus fictitia ſint & fabuloſa, tamen

tamen multum faciunt vt videamus quanto in pretio virginitas habita fuerit apud ipsos Ethnicos, qui solo lumine naturali ducebantur.

Plut. in lycur. A fabulis autem recurramus ad priscas tam Græcorum quam Latinorū historias. Lacedæmonij, Messenienses & vicini populi pro more obseruabant vt reciproco officio suas filias mitterent vt sacrificijs interessent, arbitrabanturque sacrificia Dijs acceptiora esse, & eos petita facilius concessuros; Plures apud ipsos puellæ perpetuam virginitatem cōseruabant, Pharetræ & venationi studentes, quèm viuendi modum à Lycurgo Legislatore suo acceperāt. Athenienses ad seruandum ignem sacrum qui in templo exstructus erat, mulieres viduas eligebant quæ perpetuam continētiam & castitatem vouerant. *Plat. 6. de leg.* Platonis leges si inspicimus, ij qui sponte matrimonium deserebant vt castè & continenter viuerent ab omnibus colebantur tanquam prudentiores & meliores. Adhæc, nonne gentiles Idololatræ virginis astrum per excellentiam

inter

inter duodecim signa Zodiaci referebant, à quo vniuersum orbem moueri asserebant, quod fortè fecerunt vt ostenderent quanta sit vis & potentia virginitatem profitentis. Sybillæ quamuis Ethnicæ, quæ iuxta quorundam opinionem decem numero fuerunt, in compensationem virginitatis, à Deo notitiam rerum futurarum acceperunt, ita vt præscirent incarnationem, natiuitaté, vitam & passionem Saluatoris nostri; adeò vt post varronem dicat S. Hieronymus, quod diuinatio fuerit præmium virginitatis; hinc illę apud omnes orbis nationes celebres euaserunt. Vt verò ad Latinos veniamus, quis ignorat quanto in pretio & veneratione habuerint virgines suas vestales, virgini & Deæ Vestæ consecratas, vt attenderent ad ignē illum incorruptibilem; sic namque sperabant, imperij sui statum fœliciter successurum quamdiu ignis ille per virgines foueretur. Dum Consules aut Dictatores Romani curru triumphali cęsis fugatisue hostibus in vrbem vehebantur, nemo

Var. rer. diuin. Aug. lact. Han.

Plutar c. in vit. Num. Tit. Liu. lib. 6. fast. Suet. in Iul. Cæs. cap. 3. Aul. Gell.

erat

erat cuiusuis ordinis aut conditionis, qui obuius currui triumphali factus non deberet protinus loco cedere, excepta virgine vestali, cui vni si obuiaretur, triumphator assurgebat, currus sistebatur, & virgini loco cedebat. Si ipsis per vrbem incedentibus, facinorosus aliquis capite damnatus, & iam iam plectendus occurreret, eum liberare & venia donare poterant. Salutabantur & tanquam Deæ per vrbem deducebantur cum tædis & facibus, nec in eorum præsentia quisquam obscœnum verbum hiscere audebat. In Amphitheatris vel consessibus publicis eminentiora occupabant subsellia. Tabulæ testamentariæ illustrium personarum ipsarum custodiæ committebantur, sicut & instrumenta publicorũ contractuũ & confœderationis. At quid Romanos mouebat, vt tot tantosq; honores vni mulieri deferrent, nisi virginitas quam profitebatur, quæ etiam semper habita fuit vt summa virtus, res ardua & excellens, honore & veneratione dignissima? Nullus

lus itaq; in posterum poterit hæsitare & controuertere de bono & fœlicitate virginum, cum in promptu sint testimonia omnis antiquitatis, tam Ethnicæ quam Christianæ. Sed quia huc vsq; sat copiosè, licet non sufficienter, tractuerimus de hac fœlicitate, tempus est vt alio nos conuertamus, & cœlos versus progrediamur, vbi liceat intueri alteram partem boni status virginalis, quæ fœlicitas est æterna, non huius sed futuræ vitæ.

Laus Deo virginique Matri.

LIBER

LIBER SECVNDVS.

Boni quod producit status Virginitatis & continentiæ, nimirum

De æterna beatitudine.

IN huius argumenti contextu versabimur circa gloriam & æternam fœlicitatem, quæ erit tanquam ornamentum, & vestis nuptialis virginum, nobilium sponsarum filij Dei. Hactenus in capite libri huius, cum examinaremus quoduam esset bonum virginitatis, iuxta authoritatem Isidori docuimus, bonum hoc in duplici fœlicitate consistere, terrestri vnà, cœlesti altera; ad primam quod attinet, qua in hac vita fruimur, huc vsque sat copiosè de ea disseruimus; superest vt de altera aliquid scribamus quæ æterna est, quã expectamus & speramus in futura & immortali vita. Cum itaq; mei nunc sit instituti de futura fœlicitate qua specialiter virgines potientur; Lubens in hoc imitabor eos qui agris excolendis operam dant; qui quidem vt amplam sementem colligant, id primò obseruant vt spinas, carduos, tribulos, & lolium extirpent funditus, terram accuratè purgant, priusquam ipsi semen committant; idem mihi obser-

obſeruandum videtur. Nam multæ ſpinæ & tribuli mentes quorundam obſederunt, temeritas nimirum, & craſſa quorundam ignorantiæ, qui ſibi perſuadebant bonum quod virginitas adſert, non extendi vltra vitæ præſentis metas, ſed temporale & tranſitorium eſſe. Iam verò annuente Dei gratia paratus ſum has incredulitatis ſpinas, & inutiles ignorantiæ radices euellere; vbi autem terram benè expurgauerimus, ſemen ipſi credemus, & purum veritatis & doctrinæ granum ſpargemus; & in locum meſſis, Deo propitio, tandem accipiemus coronam gloriæ, præmium & mercedem debitam & ſpecialiter reſeruatam iis, qui amore Dei virginitatem vel continentiam ſeruauerint.

CAPVT I.

Oſtenditur eos turpiter erraſſe, qui aſſeruerunt bonum virginitatis, præſenſentis vitæ duratione circumſcribi.

SI ſancto Auguſtino credimus, fuerunt quidam tam veſani & deliri, vt crederent bonum virginalis fœlicitatis non eſſe neceſſariũ propter regnum cœlorum, ſed propter præſens ſeculum, nec propter eam quicquam in altera vita expectan- *Aug. de S. Virg. cap. 6.*

V dum.

dum. Huius opinionis aſſeclæ ſententiam ſuam fundabant in verbis
1. Cor. 7. Apoſtoli ſcribentis ad Corynthios, *exiſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem.* Docet, inquiūt, Apoſtolus virginitatem & continentiam bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem, id eſt, quæ nunc reperitur in coniugibus, qui multa pati & tolerare debent, *Tribulationem carnis habebunt huiuſmodi*, quod euitat is facillimè qui continētiam amplectitur, nihil itaque mercedis in altera vita expectandum eſt. O Sophiſticum & reprobatum argumentandi modū, ex vnius boni affirmatione, alterius negationem adſtruere; quia verò hoc argumentū non eſt ad formam, (vt dicunt Logici) iure merito conſequentiam negabimus cōceſſo antecedēti; fatemur, & veriſſimum eſt, quod virginitas bonum ſit reſpectiuè ad inſtantem neceſſitatem, id eſt, ad multas ærumnas corporales & anguſtias huius vitæ; nam huius ſtatus beneficio virgines & continentes ab his malis eripiuntur, & extricant ſe è laqueis mundi & carnis, quibus impliciti ſunt coniuges,

ita vt virgines tanquam aues in libertatem assertæ, dicant; *Laqueus contritus est; & nos liberati sumus*; at his omnibus positis, negamus in hoc solo consistere bonum virginitatis; Affirmamus itaq; bonum hoc, initium suum accipere in hac vita, sed illius perfectionem prius reperiri in altera. Apostolus teste S. Augustino directo se contra aduersariorum nostrorum ignorantiam opposuit, dum in solatium cuiuslibet virtutis eleganter inquit; *Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus*; ratio patet, quia omnes Christi & legis ipsius contemptores, ex animi sui sententia voluptatibus perfruuntur, quas vltrò longè à nobis reijcimus. Nostra itaq; spes & expectatio, non solum cum hac vitâ cômensuratur, sed etiā ad alteram extenditur, vbi gloriosa Dei visione perfruemur, & potiemur regno quod nobis ante constitutionē mundi præparauit. Hinc renunciamus nostræ sensualitati & voluptatibus, nec ijs indulgemus vt Ethnici & infideles; verū tanquam

Deo; qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est. Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta & corpore & spiritu; quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. In his verbis duo notanda sunt, vnum quod is qui vxorem non habet, operibus pietatis vacet vt Deo placeat; alterum quòd ea quæ matrimonio coniuncta non est, studet seruire Deo, vt sit sancta corpore & anima; primum notabile eò facit, vt distinguamus eos qui cœlibatum & castitatem profitentur, ab ijs qui continentiam non seruant; ratio autem differentiæ in hoc posita est, quod alij incumbunt seruitio diuino, & ea curant quæ Dei sunt; alij negotijs secularibus implicantur, id vnum spectantes vt hominibus placeant, nam maritus vxori, vxor marito placere studet. Secundum notabile ponit discrimen inter virginem, & coniugatam, hoc nimirum, quòd illa sancta sit corpore & spiritu, hæc non ita, iam quis ita rudis & hebes est vt ex hac distinctione non perci-

piat, quod virgo ſpem & expectationem ſuam ad alteram vitam referat! nam vt diſtinguat eum qui perpetuam ſeruat virginitatem, ab eo qui non ſeruat, Apoſtolus non dicit, vnum euitare moleſtias huius temporis, alterum non vtique, licet id in ſe verum ſit; ſed de caſto & continēte plura addit, nempe quod non ſit ſollicitus placere vxori ſuæ. Similiter, vt tradat differentiam ſtatus virginalis cum ſtatu coniugali, non dicit quod coniunx patiatur tribulationem carnis, à qua virgo liberatur, licet & hoc verum ſit; ſed ſpecialiter dicit hanc eſſe ſanctam corpore & ſpiritu, illam verò minimè talem haberi. Hæc duo ſic inter ſe collocata manifeſtè declarant virginitatis bonum extendi, non ſolum ad hanc vitam, ſed etiam ad alteram; cui enim dubium eſt, quin placere Deo referri debeat ad ſtatum futuræ gloriæ? teſtatur
Pſal. 58. id Vates Regius dum ait; *vt placeam coram Deo in lumine viuentium.* Propheta exactè nouerat, hoc placere Deo, quod tantopere deſiderabat extendi ad

di ad

di ad æternam vitam, hinc firmiter proponit velle se placere oculis Dei in lumine viuentiũ; ratio propositi est, quod in eo potissimũ cognoscitur vtrũ quis sit seruus Dei, si in hac vita ipsi placere studeat, & in omnibus facere satis, Hinc Apostolus horrebat placere mũdo, ne Deo displiceret, verè, dicit, *Si placerem hominibus, Dei seruus non essem*; vnde infertur, quòd placere hominibus vanum sit & periturum; placere Deo durabile & æternum: Idipsum probatur alio quodam textu Apostoli, qui vbi in epistola sua disseruisset de peregrinatione, quam in hac vitâ peragimus, vt tandem ad cœlestẽ patriam appellamus; docet, ad iter fœliciter percurrendũ, nihil aliud curandum esse, quam vt Deo placeamus in conuersatione piorum hominum; ea propter inquit, studemus benè viuere & ipsi complacere, siue præsentes, siue absentes simus; Apparet igitur è citatis locis, quod placere Deo propriè & specialiter ad futuram vitam referatur. *Gal.* 1.

sancti Spiritus compulsi, ad deuotionem sibi calcar addunt facilius quam virgines quæ solent promptè obedire, & acquiescere motibus diuinarum inspirationum, qui leniter aspirant & inflant vela bonæ voluntatis, cuius beneficio euadunt in filios Dei, & per hoc instituuntur hæredes æternæ gloriæ? qua fronte igitur dicemus, quòd merces virginum in hac duntaxat vita percipiatur? Idem S. Augustinus alium textum allegat, ex quo clarè colligitur quicquid superius deductum est. Nam cum Christus apud S. Matthæum dixisset de indissolubili matrimonij vinculo, & Apostoli iudicassent, *non esse bonũ nubere*, Christus verò respondisset, *non cuiuis id esse datum, sed iis solum quibus id à Deo concederetur.* postea subiunxit; *Quidam Eunuchi sunt à natiuitate, sunt Eunuchi quos fecerunt homines, sunt etiam Eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter regnum Dei*; hoc in loco manifestè docet, tria genera Eunuchorum reperiri, id est eorũ hominum qui generandi potentiam non habent, quorũ postremi nullam à na- Matt. 19.

ſtimonium, vbi Deus Eunuchis voluntarijs ſpecialiter promittit multa, de quibus ſuo loco tractabimus; inter cætera verò pollicetur nomen immortale dicens ore Prophetico. *Deus dicit hæc Eunuchis qui Sabbatha mea custodient, & eligent facere voluntatem meam, & pactum meum ſeruabunt, dabo illis in domo mea & in muris meis, nomen ſempiternum quod non peribit.* Isai. 56. Si hoc pollicetur Deus Eunuchis qui Sabbatha eius myſtica cuſtodiunt, & non neceſſariò ſed ſponte propriâ elegerunt ſe conformes reddere ſuæ voluntati; ſi etiam aſſerit nomen illud quod daturus eſt nunquam periturum; quanta precor illa eſt temeritas dicere & defendere, quod virgines in hac vita totam mercedem accipiant, & ab alterius vitæ præmijs excludantur? Vtique, ait S. Auguſtinus, ſcriptura ſacra noluit tegere ſilentio id, quod expreſsè tam fatuam opinionem iugulabat; nec quicquã omiſit quod facere videretur ad defenſionem paruuli ſui gregis, vt omnes aduerſariorũ conatus eluderentur;

dixit quippe de Eunuchis suis daturũ se in domo sua & in muris suis illustriorem & eminentiorem sedem, & multo honoratiorem eâ quam obtinuissent pro omnibus liberis suis quos è carnali commercio suscepissent; postea vt promissa sua Deus magis magisque confirmaret & amplificaret, & æterna esse ostenderet, adiunxit; *Nomen sempiternum dabo iis*, quasi diceret; quid obmurmuras & tergiuersaris ô cœca mundi malitia, quid perdis & peruertis, cur soli veritatis meæ, tuorum figmentorum nubes obtrudis? cur tenebràs quæris in tantâ luce verborum veritatis? quænam hęc insania? cur statui virginali mercedem temporalem assignas? *Nomen sempiternum dabo iis*, qua ratione iam asseueras eos qui vt Deo placeant, nuptias respuunt, eiusque sancto seruitio vacant perpetuam castitatem profitentes; aliam mercedem non habere, quam in hac vitâ temporalem? cur per regnum cœlorum, cuius amore Eunuchi facti sunt, vis intelligi præsentem vitam? *Nomen sempiternum dabo iis?*

ho iis: quam dictionem *sempiternum*, si sumas pro longæuo & durabili ad tempus, non autem in æternum; Deus iterum reclamat, vbi mox adiungit, *quod non peribit.* Quidnam ergo pertinacius disputas, quid vltra quæris? hæc S. Augustinus doctissime scribens ad illud Isaiæ. Foelicitas itaque virginum non solum in hoc seculo versatur, sed altius pergit, donec tutum portum inueniat, in quo nulli fluctus oriantur, sed omnia prosperè succedant cum gaudio & alacritate in regno coelorum. Virginitas est arbor vitæ, dans vltra præsentem vitam quam producit & informat, beatam quietem, & immortalitatis gloriam. Hic status, situs & radicatus est in medio Ecclesiæ, id est, euectus inter præcipuos ordines reipublicæ Christianæ, ad similitudinē arboris vitæ, quæ plantata fuit in medio Paradisi inter arbores terrestres. Verum quid opus est vlterius veritatem huius rei inquirere, cum ipsa sapientia tam clarum & euidens ferat testimonium. *O quam pulchra est casta generatio cum cla-* *Sapi. 4.*

ritate! immortalis est enim memoria illius, quoniam & apud Deum nota est, & apud homines; cum præsens est imitantur illã, & desiderant eam cum se eduxerit, & in perpetuũ coronata triumphat, incoinquinatorum certaminum præmium vincens. Si itaq; memoria castæ generationis immortalis est, quo pacto fiet vt cum hac vita finiatur! & si nota est & apud homines, & apud Deũ, qui æternus est, qua fronte affirmant isti bonũ castitatis esse temporale? & si virtutis huius memoria post mortẽ recolitur, quomodo arctissimis huius vitæ terminis coercetur! Si hæc virtus in perpetuũ coronata triumphat, quomodo scopus eius dicetur is, vt se extricet & eripiat è molestijs quibus cõiuges subiacent? deniq; si coinquinatorũ certaminũ præmium vincit, quis audebit ipsi denegare æternæ coronę gloriã, & palmã regni cœlestis? Quapropter iure merito Isidorus elegantẽ illam virginitatis definitionẽ scripsit, in qua expressit duplex bonũ ex ea emanans, quorũ vnũ consistit in euitatione pœnarũ & molestiarũ coniugibus impendentium, vt reditus quidam ordinarij,

alterum in possesione & vsufructu mercedis cuiusdã gloriosæ. Ad rem bellissimè facit S. Ambrosius declarans verba Apostoli, dico propter honestatẽ & vtilitatẽ, vestram; *honestas inquit, est quia est vita sancta & munda, vtilis est & commoda, quia dignitosa est apud Deũ, & lenis in hoc seculo, quia citra ullas molestias vitã fœliciter & honoratè transigit* Hac occasione motus idẽ Doctor scribens super alia verba Apostoli; *qui virginem suã in matrimoniũ non elocat*, ait, *melius agit*, quia *apud Deũ meritum illi collocat, & seculi sollicitudine illam liberat.* Ad hanc sententiam proximè accedit S. Ioannes Chrysostomus, nam hũc Psalm. i: versiculum explicans: *Adducentur Regi virgines post eam, adducentur in templum Regis*, hæc inquit, Vates ille Diuinus non ad præsens tantum respicit, sed etiam ad futurum se refert, hoc modo loquutus, quia virgines cum lucidis & ardentibus suis lampadibus, obuiam ibunt Domino, & admittẽtur in templũ sanctum eius, in quo cubile suum regium sterni & ornari iussit. Hinc S. Basilius ad virginitatẽ exhortans, proponit cõsiderationes præmii & gloriȩ huius immortalis; quia *Magnũ munera quidam.*

Ambr. in 1. Cor. 7.

Chrys. in Psal. 44.

Basil. de ver. virg.

dam & præclarum virginitas est, inquit, possessio amplissima, & ijs qui custodient eam, reseruatur merces copiosa; attendite igitur ad verba Saluatoris qui vos allicit & inuitat; facite, vt monet Isaias, quod vult Deus & in quo benè sibi complacuit; arcete à vobis omnem maculam & sordes, natiuā illam, & impressam à Deo pulchritudinem custodite, quid enim aliud magis optat & quæris Deus quam hanc corporis & animæ puritatē? Concordat huic sententiæ B. Laurentius Iustinianus, qui præclarè scribit hæc. Sponsus cœlestis, amantibus sui mercedem vitæ præsentis, simul etiam futuræ; in hoc quidem mundo eximit à molestijs, & beat lætitia, in altero seculo, vitam æternam confert. Alibi verò sic ait: In hoc mundo aliqua reperitur merces, ac in altero consummatur; hic arrhæ dantur & primitiæ, illic omnis lætitiæ & gaudiorum cumulus circumfluit. Liquet ergò bonum & fœlicitatem virginitatis non finiri per præsentem vitam, sed etiam in alteram proroga-

B. Laur. Iustin. de casf. connub. c. 5. & 10.

ri, quæ ſit fine caritura. O electæ, & omnipotenti Deo virgines benedictæ, benedicite & laudate Deum, qui mentē veſtram vera fide imbuit, & rebus donum carni & ſanguini contrarium impertiuit. Fœlices verè vos prædico, & dupliciter quidem, quæ vno actu duo negotia expediuiſtis; nam voto virginitatis quietem & libertatem in hoc ſeculo obtinuiſtis, & in altero magnā cœli portionem præſcripſiſtis.

CAPVT III.

Nonnulla proponuntur ſigna fœlicitatis, qua virgines in altero ſeculo perfruentur.

NOn incommodum hic videtur aliquot ſigna futuræ fœlicitatis ſubijcere, qua virgines poſt hanc vitam perfruentur, vbi in hac vita aliqualē prægustauerint; quam quidem prælibationem Deus interuenire voluit, vt amici & ſerui eius aliquam conſolationem animæ ſuæ haurirent in hac vita. Dico itaque quod Deus, pater miſericordiæ & totius conſolationis, in hoc ſeculo, aliqua ſigna & arrhas futuræ fœlici-

tatis

tatis, virginibus oſtendere voluerit, ijs præſertim quæ inſudauerant alacriter virtutum exercitio, & amori rerum æternarum impensè dederãt operam. Adferemus ergo aliquot exempla quarundam virginum illuſtriora, quæ factorum inſignium laude mundum compleuerunt.

Capvt IV.

De S. Nympha virgine Panormitana.

IN peruetuſta quadam & manuſcriptâ hiſtoria, quæ adhuc hodie aſſeruatur. In Siciliæ ciuitate Panormo; legimus virginem hanc nobiliſſimam ex vita emigraſſe, cum omni alacritate & gaudio mentis, ſeclufis etiam anguſtijs & dolore; poſtquàm multis annis iucundè vacaſſet contemplationi creatoris vitæ & operum eius; ſed priuilegium illud & prærogatiua moriendi citra horrorẽ & acerbitatẽ mortis, quid aliud indicabat, niſi ad oculũ oſtenderet & polliceretur proximam & indubitatã eſſe fœlicitatem illam & gaudia ſempiterna, de quibus ſcriptum eſt, ſuper caput ſuũ habent perennem lætitiam, & continuum gaudium

dium poſſidebunt; quod accipi debet de ſanctis omnibus, nominatim verò de virginibus ob maiorem gloriæ promiſſionem.

CAPVT V.

Aliud exemplum antiquæ cuiuſdam virginis memorabile.

PAlladius(quem inter antiquos & approbatos Authores referũt)in vitis Patrum, mentionẽ facit virginis cuius nomen reticet: quod vbi illa ſexageſimum annum tranſegiſſet in perpetuo ſtatu virginitatis & virtutum exercitijs, quo tempore nunquã limẽ ſuæ domus egreſſa memoratur; euenit tandẽ vt occaſione poſtulante exiens,obuia fieret Chriſtiano cuidam qui ad palmam martyrij deducebatur Collutus nomine; is eam compellãs ait, vocatus hodie ſum ad Saluatorem noſtrũ,comitare tu nobiſcum pranſura: Conuenerãt autem multi Chriſtiani in oratoriũ quod(quia illic Martyrum memoria colebatur) martyriũ olim nominabant. Virgo itaq, aſſumptis,in ſportula, viminea, pane, oliuis, oleo, & herbis ad cõficiẽda acetaria,Martyrem

ſequi-

ſequitur, & ad oratorium venit, ibique precibus vacauit, vnà cum alijs in eodem loco congregatis. Vbi vero exiuiſſent omnes, ad S. Martyrem conuerſa dixit, cibis meis benedicas & in agone meo tuis precibus opem mihi feras; impertita benedictione virgo refectionem ſuam ſumpſit; Poſtea ad preces redijt donec Sol occideret, quo tempore domum reuerti debebat; ad quam cum veniſſet, matri ſuæ librum quendam commiſit tradendum cuidam Epiſcopo, & ait; Chara parens, ad ſponſum meum vocor, iter meum tuis precibus commendo. Suprema miſericordia Dei hoc die finem meis calamitatibus imponi voluit, & vitę mortalis curſum abrumpit, vt veniam ad immortalem quæ nec fini, nec morti eſt obnoxia. His dictis, ecce citra vllam febriũ infeſtationem, cerebri pertubationem, & doloris moleſtiam, ſuauiter & beatè Spiritum Deo transfudit, vbi membra ſua diſpoſuiſſet eo modo quo ſepulchro reponi voluerat. Quis nunc dubitabit, quin ſponſus cœleſtis

ſtis hanc virginem ſic præparari iuſſerit, hortatu & conſilio Martyris illius; vt dum ad cœlos vocaretur, expedita eſſet & accincta ad coronam æternę glorię capiendam? Hæc illa eſt cygnea vox qua Chriſtus eam vocabat, *Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni coronaberis.* Cant. 4. Quiſnam ex hoc ſuaui obitu & leui ſomno non colligit gaudium & quietem, quâ in altero ſeculo potiebatur? hic ſomnus eſt de quo meminit ſponſus in fauorem ſponſæ ſuæ dicens; Ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. Cant. 3.

CAPVT VI.

De quadam ſancta Virgine cui Coleta nomen erat.

AVthor quidam fide dignus Stephanus Iuliacus nomine, recēſet hiſtoriam virginis cui nomen Coleta, quæ ſpeciali Dei beneficio deſignata erat ad reformationem Religioſarum ex familia S. Claræ. Illa vbi ſpiritum in manus Dei tradidiſſet, horas duodecim permanſit eodem vultus colore & formâ quam dum moreretur gerebat. Verum elapſis

lapsis horis duodecim, totum corpus colorem permutauit, niue & albastro candidius factum est, & venæ cæruleum colorem prætulerunt. Quod sanè stupore & admiratione dignum fuit, vnde supra tricena millia hominum confluxerunt è diuersis locis, vt hoc ipsum conspicerent. Nunc amabo, color ille niueus & cæruleus, & ista corporis dispositio, quid aliud denotabat, quam puritatem, innocentiam, & deuotionem huius virginis? Suis profectò virtutibus coronam gloriæ consequuta est, & cœlo dignam se exhibuit. Ecce quam mirabilis est Deus in sanctis suis, præsertim verò in virginibus.

Capvt VII.

De virgine Iulia & quadam Abbatissa

IN vitis Patrum legere est (vt refert Surius in Historia Sanctorũ) quod cum sancta & religiosa virgo Euphrasia extremum diem obijsset, quædam virgo nomine Iulia defunctæ commẽdata, tribus diebus inhæsit sepulchro, lugens interitũ sororis suæ spiritualis, & optimę sociæ. Vbi quar-

quartus dies illuxerat, illa iucundo vultu ad Abbatissam venit, monens vt Deum per se oraret, siquidem ad Christũ vocaretur precibus Euphrasiæ, cui in obitu & post obitũ plurimum se cõmendauerat. Petita igitur & accepta benedictione ab omnib⁹ Religiosis sororibus cũ magna charitatis demõstratione, sequenti die in cœlos euolauit vt cœlestis columba quã allicuit suauis & fragrãs odor spõsi, idq; citra vllius infirmitatis aut ægritudi is indicium. Tribus postea diebus elapsis, Abbatissa vocari ad se iussit quasdã sororũ seniores, monuitq; vt se prępararent ad electionem alterius Abbatissæ, quæ in locum suũ succederet. Quidnam hoc rei est, excipiebant illæ, quid ais Domina? quamobrem aliam Antistitem eligamus? tu nobis es idonea, animo simul & corpore incolumis; quid an forte de prouida negotiorũ administratione desperas? nequaquã filiæ meæ, inquit illa, sed meritis & precib. Euphrasię, Christus me ad suas vocat nuptias, prout etiam Iuliæ sorori nostrę contingit.
Soro-

Sorores igitur habita ſuper hoc diligenti deliberatione legitimis modis aliam Abbatiſſam eligunt Throgoniam nomine, cui cum altera certam bonæ adminiſtrationis methodum præſcripſiſſet, vt & reliquis ſororibus, quomodo parere ſuperiori & viuere deberent, tandem ijs valedixit in omni pace, amore & charitate. His peractis in templum ſola iuit, ingreſſa portam clauſit, quam ante ſolis ortum aperiri vetuerat. Altero manè cum ſorores ad viſendam Abbatiſſam conuolaſſent, defunctam placidè repererunt. His exemplis manifeſtum eſt, virgines earumq; preces tantum pondus habere apud Deum, vt quiduis ab ipſo, & ſupra vires naturæ impetrent, ita vt iucunditatem & delectationem hauriant ex morte, quæ alijs acerbiſſima contingit.

CAPVT VIII.

De ſancta Catharina virgine religioſa, S. Brigittæ filia.

NArratur in vita S. Catharinæ filiæ San. Brigittæ, quod cum è corporis carcere emigraſſet, multi

Religioſi

Religiosi integra die & nocte, in cubiculo vbi obierat, viderint stellam clarissimam & pulcherrimam, quæ immota permansit, donec corpus ad sepulchrum deferri debuit; tum verò stella funus comitata est intra & extra fores Ecclesiæ vsq; ad sepulturam, & dum alij quiescebant, illa pariter supra feretrum inhærebat. Deus bone, quodnam illud portentum est, vt stellæ cœlos deserant & virginis honorent exequias! nihil sanè aliud significari putem, nisi quòd quæ in terris virginali professione Christum imitantur, certà etiam & amplissima in cœlis fœlicitate illustrentur.

CAPVT IX.

De S. Gordeberta virgine quæ in Galliis oriunda fuit.

SVrius in historia huius virginis, quæ oriũda fuit ex pago quodam prope Ambianum in Picardia, narrat quod cum anniuersaria eius obitus memoria recoleretur, in magnâ populi frequentia qui eo pietatis studio confluxerat; finito sacro, & vbi quisq; ad suas ædes redijsset, sa-

cerdotes etiam & Aeditui abſceſſiſſent, extinctis luminibus omnibus præter duo; deniq; vbi poſt prandium reuerſi fuiſſent, vt Deo gratias agerent in templo in quo ſacrum virginis corpus erat reconditum, Ecce tibi templo reſerato omnes cereos, lampades & candelas ardere conſpiciunt, vnde in ſtuporem conuerſi ſunt. Sed & maiori admirationi ipſis fuit, quod cerei & lampades illæ totis ſeptem diebus arſerint, nec vllatenus cera vel oleum diminutum fuerit; Id nempe ſignificabat virgines eſſe lampades, & cœleſtia luminaria in hac Eccleſia militanti & triumphanti, & quòd in cœlis fruantur lumine gloriæ, quo Deum intuentur vt obiectum omnis gaudij & delectationis.

CAPVT X.

De S. Opportuna virgine.

SAnctus Adelelinus Sagienſis Epiſcopus, conſcriptam reliquit vitam S. virginis Opportunæ, quæ eximiæ virtutis & ſingularis modeſtiæ Religioſa fuerat. Hæc cum in extremo vitæ articulo eſſet conſtituta,

tuta, sub matutinum crepusculum in ipsius cubiculo ingens lumen apparuit, vnà cum odore fragrantissimo præter omnium adstantium expectationem. Subito virgini cum morte luctanti, adest S. Cæcilia & Lucia Opportunam inuisentes. Illæ regali luxu ornatæ erant, togam byssinam albam gestantes, & pallam attalicam gemmis pretiosis intextam, capita ipsarum tecta erant velo aureo gemmis orientalibus onusto, carbũculis nempe & adamantibus; in fronte gestabant vittam decussatim ex adamantibus contextam fulgore admirabili, manu verò præferebant lilium puritatis cum palma immortalitatis. Opportuna hæc videns, vtramq; prior compellans, saluete ait sorores meæ Cæcilia & Lucia; quid iubet vt faciam Gloriosa Virgo, Regina cœli, Domina Angelorum, ecce ancilla sum ipsius addictissima licet inutilis; cui SS. virgines responderunt, ô formosa Christi sponsa Opportuna, Virgo Virginum eademq; Matrum Mater te expectat, & vult vt

nos comiteris vt gaudeas & fruaris præsentia filij sui quem elegisti, coluisti, & cui sedulò seruijsti. Vade igitur gloria & honore coronata, vade accēsa lampade obuiam sponso tuo, hæc illæ & disparum erunt; moxq; in quadam cubiculi parte teter & horribilis dæmon astitit, verum virgo imperterrita, audacter ipsi dixit; peruerse & maligne spiritus author omnium malorum quæ hominibus eueniunt, adiuro te per Deum viuum, vt ex angulo illo non discedas; tum sorores suas vocans, ait, En spiritum immundum omnis nequitiæ procuratorē, contra quem noctu & diu conflixistis, qui maleuolis susurris aures vestras tentat, sexcenta figmenta proferens vt eas impleat; en nebulonem modo quietum & immotum fauore Christi; videte vt in angulo illo delitescat totus confusus, & ærumnosus, apparere non audens. O sorores meæ, ne sinatis quæso vt vobis sua calliditate imponat, ne suggestionibus ipsius obtemperetis; ille est inueteratus dierum malorum qui stimulis inui-

inuidiæ ſemper agitatur, & omnem mouet lapidē quatenus nos in fraudem inducat. Rogo vos vnicè, ne cum Eua poma ipſius vetita deguſtetis, ne callidis eius dictis aurem accommodetis, qui ſeditiones in cœlo & in terra ſuſcitauit. Eheu, an pro morſu pomi, àn pro momentanea delectatione offendamus maieſtatem illius Domini, qui tot bonis & muneribus nos cumulauit? Hæc vbi protuliſſet ad Sathanam conuerſa ait, in nomine Saluatoris noſtri, mouearis hinc & ſubito egredere, infamis & truculente Chriſti hoſtis; abſit enim vt me circumuenias ſicut Euam primam parentem; his dictis dæmon euanuit. Opportuna interim munitur ſacris Eccleſiæ ſacramentis; adueniente autem hora obitus, cum videret nouâ lætitia vires refici, ſermonem ſuum reſumpſit, dixitque, en Dominam meam, glorioſam virginem Mariam, en ad me properat. Sorores meæ, quas in hac miſeriarum valle poſtremùm video, huic virgini vos commendatas velim; tum aperiens & extendēs

bracchia sua, quasi Deiparam vellet amplecti, anima è vinculo corporis dissoluitur & emigrat. Nonne hæc omnia euidens testimonium præbent fœlicitatis, qua virgines in altero seculo specialiter potientur.

Hæ SS. virgines Cæcilia & Lucia è cœlis tanquam Diuinæ nũciæ missæ, qua de causa in terras venerunt, nisi vt huic virgini nunciarent ingressum ad æternam fœlicitatem? Adhæc virgines tanto honore affi-i vt legationes à Regina cœlorum ad eas decernantur, quid aliud indicat, nisi quod virgo Deipara sit Mater, Domina & Magistra virginum, cui curæ est eas adducere & sociare Christo, filio suo perdilecto, & animarum nostrarum sponso fidelissimo? Dæmon autem ille teterrimus cur ita horridus & portentosus apparebat, nisi quia erat percitus œstro inuidiæ, & crepabat odio boni & fœlicitatis quam virgines præ omnibus alijs in cœlo consequuntur. Porrò aduentus & visitatio Reginæ Angelorum, manifestè vt reor indicat, quod virgo Maria statim præsto sit

sto sit, & opem ferat virginibus cum morte conflictantibus, vt eas confortet, recreet & securè perducat in gloriam sempiternam.

CAPVT XI.

De sancta Gudula virgine, quam sancta Gertrudis in sacro fonte Baptissimatis suscepit.

IN Historia S. Gudulæ nobilis virginis Brabantinæ (vt refert Surius) legitur, quod cum illa decederet, octaua nimirum Ianuarij, eruperit prope sepulchrum ipsius arbor, virens & florida, in medio hyemis, contra omnem naturæ ordinem, ita vt omnes ipsius rami fronderent, & frondes virerent quasi media æstate. Quid verò sibi volebat hoc, nisi vt fidem faceret de virginitate huius virginis, quæ vt palma florebat in domo Domini? quid viror arboris insolitus denotabat, nisi praclaram & nouam togam gloriæ & immortalitatis qua præfata virgo iam induebatur?

CAPVT XII.

De S. Angnete virgine Romana.

Ambr. Serm. 91. CVm ſub medium noctis quadam vice Parentes S. Agnetis, filiæ ſuæ ſepulchrum inuiſerent, viderunt (vt narrat S. Ambroſius) in lumine quodam ſtupendo, magnam virginum frequentiam, quæ indutæ erant, togis pulcherrimis micantibus inſtar ſolis. Hæc ſacra virginum chorea fingebat ſe longius ire, quam dum in tranſitu perluſtrarent, conſpexerunt filiam ſuam Agnetem formâ decoram, vultu maieſtatis pleno, & eodem cum cæteris ornatu; tenentem dextrâ Agnum niue candidorem. Videntes itaq; in hac viſione tot pręclara myſteria, in ſtuporem conuerſi ſunt, vt & omnes eorum comites. Tum Agnes virgo ſancta, ſocias ſuas orauit vt tantiſper gradum ſiſterent, quod libenter conceſſerunt, deinde Parentes his verbis allocuta eſt. Perpendite quidnam agatis, nolite lugere aut funus meum lachrymis perſequi, ne me quaſi mortuam defleatis vt hactenus, verum mecũ potius gaudete & exultate, quia viuo beatè cum virginibus illis quos cernitis,

cum

cum illis relata sum inter mentes gloriosas, & Christo sociata, quem in terris totis viribus dilexi. Quid hæc sibi volunt nisi apertissimè declarent gaudium & æternam fœlicitatem, quam virgines haurient in consortio Christi sponsi sui.

CAPVT XIII.

De sancta Margareta virgine, quæ religiosam, vitam transegit, in ordine S. Dominici.

GVarinus Religiosus ordinis fratrum Prædicatorum, in vitâ S. Margaretæ filiæ Regis Hungarorum recenset, istius virginis vultum post mortẽ tantâ pulchritudine & splendore micuisse, quanto vnquam dum adhuc superstes esset claruisset; adeo vt Episcopus Stigoniæ Religiosis matronis defunctam lugentibus diceret, ne conqueramini, ne mortuam lugeatis, illa siquidem verè fœlix est, illa viuit & regnat cum Christo in æternis delicijs, illa vt palam cernimus in corpore suo præfert signa futuræ resurrectionis quam omnes expectamus. Adhæc virgo sancta preter serenitatem & elegan-

tiam vultus, micabat oculis aureo quodam & radianti splendore; & è membris eius purissimis per aliquot dies tam suauis odor emanauit, vt omnium vnguentorum dulcedinem superaret, & omnis balsami suauitatem. Reuera S. ille Episcopus pulchrè sorores monebat, declarans illam virginem esse fœlicissimam, & regnare cum Christo in cœlis, & in membris suis præferre gloriosâ futuræ resurrectionis signa; quia merito puritatis suæ virgines gaudebunt dote corporis gloriosi, quale odor & illa forma extraordinaria demonstrabat. Et quia in huius terrestris vitæ curriculo sponsum cœlestem toto pectore diligunt, dignæ inueniuntur vt postea cum illo regnent in gloria; Nam exiguum est & leue præsentes duntaxat molestias euitasse, & mundi carnisue tribulationes effugisse, respectu habito ad ingentem illam fœlicitatem, qua fruentur dum viuent & regnabunt in æternum cum Rege Regum & Domino Dominantium.

CAPVT XIV.

De S. Austrebertha, virgine Francica.

AVthor est Surius, in vita Sanctę Austrebertha virginis Franciсæ, quæ fuit prima Pauliacensis Abbatissa iuxta Rothomagum; quòd cum illa in agone mortis esset constituta, dixerit hæc pro consolatione Religiosarum virginum sibi dilectissimarũ. Deus optime maxime, Hominum & Angelorum rector quem huc vsque semper colui & dilexi, ad te tendo, ad te inquam Deus & Saluator mi, quem toties quæsiui, ad te Patrem & Dominum meum quem toto corde obseruaui; ad te venire cupio, ad te me perventuram confido. In te credo & spero, si tibi innitar pudore & confusione non suffundar. O Saluator mi, suscipe Spiritum meum in atrijs tuis, & fac vt virulentæ sagittæ quas hostis naturæ in me emittet, nullatenus noceãt; his dictis nonnihil subticuit, interea verò adstãtes Psalmos & Hymnos aliquot recitabãt, & nominatim sanctorũ opẽ

implorabant legendo litanias; & ecce subito virgo eorum orationem abrumpens ait; en adsunt hic sancti omnes, huc appulerunt. quid vltra eos aduocatis? tum fixis oculis gregem illum sanctum intuens qui sibi obuiam processerat, animam sanctissimam efflauit mortalitatẽ cum immortalitate permutans. Quis nunc tam rudis & peregrinus est, qui non videat ex tam prospero euentu quanta gloria & honore virgines in altero seculo coronentur. Amor intensissimus quo sponsa fer-
Cant. 1. tur in sponsum, efficit vt ille aures arrigat, dum illa dicit, trahe me post te, in odorem vnguentorũ tuo-
Cant. 1. rum; idem amor efficit vt sponsam sponsus ad se vocet & dicat, Surge, propera dilecta mea, columba mea & veni. Hinc anima virginalis alba vt nix, arripit plumas columbæ de
Psal. 67. qua Dauid, Plumæ columbæ sunt argenteæ, & tergum eius inauratum; Namque virgines instar columbæ à parte anteriori plumas habent argenteas, id est, honorem pudicitiæ in hac vita; sed à tergo gerit splen-

ſplendorem auri, nempe excellentiam & merita æternæ gloriæ, quæ ſanè duo ſunt vrgentia calcaria quæ nos ad amorem caſtitatis inſtigent. Virgo itaq; donec in illo ſtatu perſeuerat per ſe deſtinata eſt, vt quamprimum ad æternam beatitudinem euolet vt accidit ſanctæ Auſtreberthæ. O virgines virginitate veſtra fœlices, & conſtanti perſeuerantia fœliciores; honor illæ & gloria corporum veſtrorum, ſpes illa æternitatis, & deſiderium perpetuo triumphandi excitat vos quatenus audacter, diligenter & hilariter continentiæ veſtigijs inſiſtatis. Adderem plura aliarum virginum exempla, quæ certis indicijs oſtenderunt quantam in altero ſeculo fœlicitatem & gloriam expectent, verum quia hiſtoriam potius viderer contexere, quam ignorantiæ tenebras è ſtupidis & carnalibus quorundam mentibus depellere, hic ſubſiſtam, vt latius demonſtrem bonum & fœlicitatem ſtatus virginalis.

PERSPICVIS ET SOLIDIS rationibus demonſtratur, æternam gloriam reſeruari & deberi virginibus & continentibus inſpectis eorum meritis.

Qvemadmodum arbor è radice ſua pullulat, & ſtructura ædificij ſuper fundamentum erigitur, & fontes è ſcaturigine ebulliunt, ſic præmium & fœlicitas hominis ex meritis ipſius proficiſcitur. Hoc euidenter licet colligere ex hoc quod de Chriſto Domino ſcribit Apoſtolus; Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortem mortem autē crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. *Hic Apoſtolus premium huius glorioſæ exaltatiois refert ad meritum humilitatis, deuotionis, patientiæ & perſeuerantiæ filii Dei. Quia vero tractare inſtituimus de præmio & mercede, quam virgines & continentes expectant poſt hanc vitam, hinc neceſſum eſt, vt aliquid tangamus de meritis ſtatus virginales; quod quia ſat exactè & accuratè per ſpecies explicari nequit; niſi idipſum in genere nonnihil proponamus, hinc futurum*

Phil. 2.

turum est vt de merito taliter considerato, quantum argumento nostro sufficere videtur discurramus; deinde specialius explanabimus merita virginum paucis capitibus.

CAPVT I.
Quòd omni operi meritorio suâ merces debeatur.

EQuidem vt à definitione ordiamur, meritum nihil aliud est, quam actio seu operatio cui iustè sua merces & præmium debeatur. Hæc definitio illustrari potest exemplo artificum & mechanicorum, qui diurnis operis vitam sustentant, & pro laboribus mercedem accipiunt. Pugilum etiam luctæ documentũ nobis præbent, qui post longam velitationem, præmium victis præripiunt. *S. Thom. 3. sent. distinct. 18. q. 2.*

Denique in mundanis cõmercijs non alia praxis obseruatur, quam vt pro labore legitima merces rependatur. Hinc fit vt scriptura mentionem faciens præmiorum quæ iusti consequentur, vtatur eo modo loquendi, dum ait: Conuoca operarios & ipsis da mercedem: *Matt. 20.*

Item,

1\. Cor. 3. Item, sic currite vt comprehendatis: Item, Corona iustitiæ reseruatur quam nouissimo die Iudex æquus dabit. Ex his verbis triplex doctrina elici potest; 1. Meritum esse medium quoddam, inter agentem & actionem meritoriam; & inter Brabeuten, id est, eum cui ex officio incumbit dare mercedem tali actioni debitam. 2. Nisi opus vel actio meritoria ad aliquem perfectionis gradum producatur, nunquam merces debebitur. 3. Hoc opus exequendo & perfectè consummando, operarium manet merces necessario. Priorem doctrinam haurimus ex ore Dei per Prophetam; Conserua me Domine quia speraui in te, in quibus verbis mentionem facit operis meritorij, quale est sperare in Deo, quapropter conseruari se petit. Facit etiam mentionem operarij siue personæ merentis, dum ait, Conserua me Domine; non omittit etiam personam à qua petit, nempe Dominum Deum Saluatorem nostrum; deinde ab illo iustam mercedē postulat. Secunda doctrina elicitur ex

1\. Cor. 15.

2\. Tim. 4

Psal. 15.

verbis

verbis Apoſtoli dicentis: *Nemo coronabitur niſi qui legitimè certauerit*; id eſt, iuxta leges Iuſtitiæ Chriſtianæ pugnauerit propter amorem Dei, inflammatus & accéſus deſiderio placendi, ſeruiendi, & ipſum colendi. Ex hoc textu neceſſariò infertur, quòd qui nō peragit & conſummat opera pietatis & iuſtitiæ, non obtinebit mercedem huiuſmodi actioni debitam. 2.Tim.2.

Tertium documentum nobis exhibet idem Apoſtolus; *Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, de reliquo rrpoſita eſt mihi corona Iuſtitiæ quam reddet mihi iuſtus Iudex in illum diem.* Huius documenti ratio in promptu eſt; nam quia Apoſtolus in hoc prælio Chriſtiano & curſu apoſtolico, omnes actiones & operationes ſuas ad amorem Chriſti retulit, ſeq; tot moleſtijs & ærumnis ſubiecit, quę cœleſtem mercedem poſtulant, hinc liberrimè dicit ſibi in cœlo teſeruari coronam Iuſtitiæ, quam in die nouiſſimo è manu Iudicis æqui ſuſcepturus eſt. Quemadmodum autem hæc omnia requiſita concurrere 2.Tim.6

rere debent in omni opere meritorio; sic in voto & obseruatione virginitatis eadem vt interueniant necesse est. Ea propter meritum virginis cui iusta merces debetur, est actio & operatio virginalis, id est, cura & studium custodiendæ virginitatis, quam sua merces in cœlo manet, vt actionem meritoriam, & diuinæ Maiestati gratissimam. Hac intentione Deus apud Isaiam huiusmodi verba consolationis plena dat omnibus ijs qui se ipsi vouerunt in omni puritate corporis & animæ;

Isa. 56. *Ne Eunuchus*, id est, qui virginitatem vel continentiam profitetur; dicat, *Ecce ego lignum arridum*, nec ramos profero filiorum filiarumue, cum sponte sterilis efficiar; *ne* inquam *dicat hoc, nam Dominus ait, Dabo illis locum in domo mea & in muris meis, & nomen melius à filiis & filiabus*; id est, dabo ijs nomen multo speciosius & clarius quam nomen Parentis, quo magis honorabuntur, quam si eos densa liberorum turba sequeretur qui forma, morib' & opibus clarerent. Nam licet Eunuchi mei libe-

ris careant carnalibus, abundant tamen ſpiritualibus, quorum intuitu ampliſſimam mercedẽ conſequentur in domo mea, vbi ipſis certũ & perenne domicilium ſtatuam. Ex hoc textu & vera ipſius interpretatione clarum eſt, mercedẽ immortalem promitti cuiuis qui voto ſe ad ſeruandam virginitatem vel continentiam adſtrinxerit.

Verum quidem eſt quod ſicut is, qui opus meritorium iuſtè non adimplet, mercedem non accipit, ſic virgines & continentes voti tranſgreſſores, qui debitè Deum non colunt, fruſtra ad oſtium cœli pulſant & clamitant: *Domine, Domine aperi nobis*: nam ipſis reſpondebitur, *neſcio vos*, vt dictum fuit virginibus fatuis. Si verò regulis ſuis ſedulò inſtiterint, id eſt, actus & operationes ſuas ad honorem & gloriã Creatoris direxerint, mercedem dubio procul conſequentur; fidelis enim eſt Deus in promiſſis ſuis, & cuſtodibus cœleſtis Ieruſalem in mandatis dedit, ne vnquã portas occludant, ſed ſemper pateant ijs qui debitè

Matt. 25.

debitè opus aliquod Christiano di-
Isai, 26. gnum peregerint; *Aperite portas*, in-
quit, *& ingrediatur gens iusta, custodiens*
Isai. 56. *veritatem.* Item vt Iustos redderet se-
curiores de mercede & præmio la-
borum suorum, hæc ait. *Custodite iu-
dicium & facite iustitiam, quia salus mea
prope est vt veniat, & iustitia mea, vt reue-
letur, beatus vir qui faciet hæc, & filius ho-
minis qui apprehendet istud.*

CAPVT II.

Quidnam causæ sit, cur legitima & perfecta virginitatis & continentiæ professio, æternam mercedem mereatur.

NOn inconcinnè petunt qui-
dam, cur actio aliqua humana,
& meritum hominis tantam merce-
dem consequatur, quanta est æternę
gloriæ triumphus, & ipse Deus, qui
se constituit pręmium & mercedem
Gen. 15. laboris nostri *Ego protector tuus, &
merces tua magna nimis*; inquit Deus ad
Abraham, consideratione laborum
quos lubens in honorem Dei perfe-
rebat. Ad quæstionem breuiter re-
spondeo, meritum illud causari
principaliter & propagari ex diuina
consti-

constitutione, quæ sanxit, talem actionem tantæ mercedis esse meritoriam, quia hominem Deus ordinauit ad talis actionis executionē. Dum Rex quispiam ait, quisquis tale facinus peregerit, tanta mercede afficietur; eo dicto Rex de iure obligatur illi qui talem actum expedi-uerit; hinc Apostolus; Operario debetur merces secundum debitum. Rom. 4. Cum itaq; Deus in sacris scripturis (quæ sunt velut instrumenta publica inter nos & ipsum promulgata) sic nobiscum conuenerit, vt vitam æternam promiserit tali actioni; ex hoc promisso nascitur obligatio, & ad acquisitionem tanti præmij vinculum iustitiæ naturalis; nam vt dicit Apostolus, fidelis est Deus nec se ipsum negare potest. Idem itaque Apostolus (vt ante citatur) vbi dixisset de opere suo meritorio, *Bonum certamen certaui*, addit quo iure ad æternam gloriam aspiret; *reposita est mihi corona iustitiæ, quam iustus Iudex mihi retribuet*; quibus verbis indicat, coronam illam, id est mercedem & præmium sibi ex bono & æquo deberi;

beri; ne quis autē opinaretur illam obligationem ſibi ſpecialiter eſſe factam, ſtatim docet, omnes iuſtos eodem iure cenſeri, hæc corona, non mihi ſoli debetur, ſed omnibus qui expectant aduentum Chriſti. Nunc dicet aliquis; benè res habet, ſed planius mihi explicari velim, qui fiat, vt homo actione ſua quæ nullius penè momenti eſt, reddat ſe dignum tanta mercede, nimirum, æterna gloria.

Ad huius quæſtionis deciſionem aduertendum eſt, omnem actionem & operationem humanam meritoriam eſſe duabus de cauſis; primò & principaliter ex conſtitutione & voluntate diuina, (vt ſupra retulimus) iuxta quam, talis actus eſt meritorius talis boni, & tali mercede dignus, cum ea ſit voluntas Dei Legiſlatoris noſtri. Adhæc non ſolum diuina præcedit ordinatio, ſed etiam pulſus & inſpiratio requiritur, quæ hominem ad bonum incitet, vt Dei voluntatē exequatur mediāte ipſi⁹ gratia: Deinde requiritur etiam voluntas hominis: Vnde me-

de meritum procedit coniunctim ex libero arbitrio, in quantum homo actionum suarum Dominus liberè & voluntariè operatur. Quod si hoc meritũ consideremus respectu duntaxat habito ad liberum arbitrium, inueniemus hominem mereri gloriam æternã certò modo; si vero ipsum consideremus respectu habito ad ordinationem, inspirationem & gratiam diuinã, inueniemus eum mereri alio modo. Considerantes itaq; hoc meritum iuxta substantiam operis, id est, in quantum tale opus & actio quam meritoriam nominamus, liberè & voluntariè proficiscitur ex libero arbitrio, dici quod fœlicitatem æternam mereatur, *ex congruo*, vt loquuntur Theologi, non *ex condigno*. Hominem autem non mereri per se fœlicitatem *ex condigno*, planum est, quia maxima est inæqualitas inter operationes humanas & mercedẽ diuinã, siquidẽ merces est quid immensum, infinitum & perpetuum; labor vero noster exiguus, finitus & modicæ durationis. Attamen quod mercedem *ex congruo*, id est,

id eſt ex quadam decentia mereatur, manifeſtum eſt, quia licet tale opus non habeat integrā proportionem & analogiam cum mercede & præmio, aliquam tamen habet correſpondentiam. Decorum quippe & conueniens videtur, vt dum homo vires ſuas omnes impendit, & poteſtatem naturalem, Deus ipſi mercedem conſtituat, pro modo ſuæ potentiæ & virtutis ſupernaturalis. Verum ſi talem actionem meritoriam conſiderauerimus in quantum procedit ex inſpiratione diuina, & ipſius gratia ferimur ad æternam gloriam, (vt Chriſtus ipſe dicit, fiet in illo fons aquæ ſalientis in vitam æternam) procul dubio tale opus meritorium eſt æternæ gloriæ *ex condigno*, id eſt ex æquo & bono; nam eo caſu perfecta inuenitur proportio, quæ quamuis ſecundum actum non ſit æqualis iſti gloriæ, tamen quoad vires & virtutem æqualis eſt; quemadmodum granum & ſemen arboris æquale eſt arbori per latentem & inſitam virtutem quam continet; adeo vt ex illo ſemine oriatur

radix

radix & truncus rami, frondes, flores & fructus. Adde quod tale opus meritorium sortitur mercedem suam ex dignitate gratiæ, qua, vt inquit S. Petrus, homo fit particeps naturæ diuinæ, & fit adoptiuus Dei filius, cui iure adoptionis defertur hæreditas regni cœlestis, vt sit cohæres Christi filij naturalis Patris; hinc illa gradatio Apostoli, si filij simus; ergo & Hæredes, hæredes quidem Dei cohæredes autem Christi. Nunc si altius repetere & applicare velimus omnia quæ de merito virginitatis & castitatis dicta sunt, rem totam in tres articulos referemus, qui totam veritatis decisionem amplectentur. In primis quidem dicimus pium illud propositum conseruandæ virginitatis proficisci ex inspiratione & gratia diuina; certum enim est virginitatem esse donum Dei, quod confert quibus placet; id asserit Apostolus dum ait, vnusquisq; habet à Deo donum, hic isto, ille alio modo. Nam licet hic flos pudicitiæ, (iuxta obiectum suum materiale, quod sigillum est

Rom. 8.

S. Thom. 22. q. 152.

incorruptum) sit à natura, tamen quantum ad formam, id est habitudinem quā vir vel fœmina proponit se perpetuam corporis integritatem seruaturum ad honorem Dei, siue id voto, siue absq; voto fiat; id inquam aliunde non procedit, quā ex diuina gratia quę in nobis præuenit. Sanè nisi Deus præueniat vt ad se nos alliciat, nisi nos vocet & dicat, *Sequamini me*, iacebimus in medio mundi luto, nec aliud curabimus quā proprias commoditates & priuata negotia, carnalibus desiderijs irretiti. Præterea virtus hæc Deum authorem respicit, & ab eo dependet quantum ad conseruationem, nam Deus in illo bono proposito nos conseruat vt testatur sapiens; *Scivi, quoniam aliter non possem esse conti-* Sap. 8. *nens, nisi Deus det*, id est, per subsidium gratiæ diuinæ. Deinde virtus hæc à Deo procedit, eumq; solum authorem recognoscit quantum ad meritum dono iam collato. Nam (sicuti diximus) vt opera nostra sint meritoria, debent habere motū, relationē, & debitā proportionē ad vitam æter-

æternam, quòd fit mediante gratia. Virginitas itaq; Dei donũ propriè dicitur, siue originẽ, siue progressũ ipsius respiciamus, siue ipsum finẽ; donum inquã est desumptũ ex thesauro omnipotentiç, & sapiẽtissimç bonitatis eius. Secundo tenemus, quod homo pro virili concurrat in merito virginitatis; quia licet actus huiusmodi quantũ ad formã à nobis non procedat vt à nobis, (dicit enim Apostolus, *non sumus sufficientes aliquid cogitare ex nobis, tanquã ex nobis*, sed sufficientia nostra est à Deo) tamẽ quantum ad substantiã actus à nobis procedit, i. e. à nostro libero arbitrio, dũ versamur in exercitio castitatis, prauas cogitationes arcemus, reprimentes, coercẽtes & edomãtes nos ipsos, & spontaneâ volũtate obseruantes consilium castitatis & virginitatis quã Christus & Apostoli nobis verbo & exemplo commendatã reliquerunt; vtentes etiam medijs quæ pro virginitate conseruanda nobis præscripserunt, *corpus castigo*, inquit, *& in seruitutem redigo* carnẽ suã exquisitis ferculis & lectis mollio- 1. Cor 9.

2.Tim.2. ribus non fouebat. Item *qui pugnat in stadio, omnibus abstinet*; item, *qui Deo militat, non immiscet se negotiis secularibus, vt placeat ei cui se probauit*; nemo enim sub duobus Ducibus stipendia mereri potest.

Tertio docemus, quod super hoc exercitio spirituali, quam SS. Patres actionem virginalem nominant supradictis qualitatibus instructam, Deus ordinationem & constitutionem suam fundauit, æternam gloriam loco mercedis promittens omnibus ijs qui tali vacarent actioni. Huiusmodi constitutio & promissum passim in scripturis reperitur; at duobus in locis perspicuè & expresè, quorum vnus est, dum Christus promittit mercedē ijs qui propter se bonis huius mundi renunciauerint, vt est procul dubio vir vel
Matt.19. vxor. Quicunque dereliquerit do-
Marc.10. mum suam, fratres, sorores, patrem aut matrem, vxorem aut liberos propter me, centuplum accipiet & vitam æternam possidebit. Hæc sanè promissio ad viuum nos tangit, (si adhuc vllus veræ gloriæ stimulus in no-

in nobis eſt) vt ſtadium virginitatis & continentiæ percurramus alacriter exemplo filij Dei, eum quippe, imitando, honoramus, & nobis regnum immortalitatis & coronam gloriæ acquirimus. Alterum locum petimus ex Iſaia ſuperius allegato, vbi Deus ait; *Ne dicant Eunuchi, ecce ſum lignum arridum, nam hæc dicit Dominus Eunuchis qui cuſtodiunt Sabbatha mea*, (id eſt, qui ſeruitio meo gnauiter incumbunt, animæ tanquillitatem poſſidentes) *& fœdus meum ſeruant*, id eſt, qui præcepta mea faciunt, *Dabo illis in domo mea, & in muris meis ſedem & nomen melius à filiis & filiabus, nomen ſempiternum dabo illis quod non peribit.* Hæc pollicitatio non fit fatuis illis adoleſcentibus qui affectionum ſuarum regimen ſequuntur, ſed virginibus & continentibus, videte quam liberè & diſertis verbis Deus ipſis æternam beatitudinem promittat, videte quemadmodum vltrò ſe obliget ijs qui propter ſe mundanis dignitatibus & carnalibus actibus renunciauerint. Si quis igitur inquirat de merito virginitatis, & eius origi- Iſai. 15.

nem ſcire deſideret; reſpondemus illud procedere radicaliter ſeu originaliter, ab ordinatione & beneplacito Dei, iuxta quod merces gloriæ promiſſa eſt omnibus qui virginitatem aut perpetuam caſtitatem ſunt ſeruaturi. Adhæc originem quoq; ſuam trahit ex impulſu diuino, quæ radix eſt fundamentalis & præcipuus canalis noſtri meriti. Denique addimus illud emanare ex libero arbitrio, quod diuina inſpiratione impulſum, & eius gratia promotum, diſponit ſe ad executionem diuinæ voluntatis & ad virtutes amplectendas. Quapropter meritum & virginalis merces ex manu Dei & libero virginum arbitrio non aliunde dependet. Sed hæc circa ſubiectum articulum dicta ſufficiant, alium nunc explicemus.

Capvt III.

Qua de cauſa cum temporalis, tum æterna fœlicitas decernatur in præmium virginitatis & caſtitatis.

Nob

NOn absurdum est vt hic inseramus quęstionem quę circa materiam hanc nostrã proponi posset; nimirum qua de causâ temporalis huius vitæ, & alterius æterna fœlicitas virginitati pro mercede assignetur, hoc est, cur vtraq; fœlicitas suapte naturâ virtutem hanc angelicam remuneretur? Ad hoc succinctè respondens dicam in primis de sempiterna, postmodum de temporali fœlicitate; Ad illam itaque quòd attinet, repetendum est quod supra diximus, videlicet mercedem necessariò debere respondere merito, hinc eleganter ait Apostolus, *merces debita datur operariis.* Deinde omnis merces & præmium ex naturâ sua bonum est, puta, est aliquid boni, nam si malũ esset, non mercedi vel remunerationi, sed pœnæ adscribetur; iam quatenus merces in se amplior & insignior est, eatenus magis de qualitate mercedis participat. Quia vero ęterna fœlicitas est sũmũ bonũ, & cumulus omnis perfectionis, vt aiũt Doctores, hinc pręomnibus alijs pręmijs mercedis nomen & *Rom. 4.*

qualitatem sibi vindicat. Cum autem Deus nobiscum paciscatur, vel præceptis vel consilijs opera Iustitiæ Christianæ nobis iniungens, & velit pro meritis remunerari, confert & largitur nobis id quod plenè & perfectè naturam & qualitatem mercedis continet. Et siquidem, vt diximus, ęterna fœlicitas in se complectitur perfectam qualitatem & naturam mercedis, hinc illam nobis Deus proponit in laborũ & meritorum nostrorum compensationem.

Accedit, ipsius bonitatem, liberalitatem & maiestatem mirabiliter in hoc facto relucere, dum tantam & tanto Rege dignam liberalitatem erga nos exercet. Hinc Propheta de Electis loquens pulcherri-
Psal. 55. mè ait. *Domine saluabis eos pro nihilo*; nihil sanè vel exiguum est quod facimus vel facere possumus circa virtutes, etsi annos Nestoris viueremus, in comparatione illius gloriæ quam Deus Opt. Max. Rex munificus & Dominus Dominantium pro mercede largitur diligentibus se.

Terræ

Terræ globum tradunt Astrologi esse punctum duntaxat si cum cœlo conferatur; eodem modo omnis virtus & conatus noster tantum vapor est & fumus in comparatione cœlestis præmij. Hæc consideratio mouebat Apostolum vt diceret afflictiones, ærumnas & molestias huius vitæ, nihil esse respectu æternæ gloriæ quam Deus tandem nobis ostenderet. Rom. 8. Præterea, cum hic etiam reperiatur decorum illud & congruum de quo loquuti sumus, nempe, quòd homine pro virili & naturali potentia vltrò laborante, conueniens videatur, vt ipsi Deus cooperetur virtute & potentia suâ supernaturali. Et hæc quidem est ratio cur æterna fœlicitas non solum virginitati promissa sit, sed etiam omni alij virtuti & boni operis exercitio. Causam itaque expediuimus cur gloria & fœlicitas æterna à Deo decreta sit in mercedem ijs omnibus qui propter Deum voto se obstrinxerint, vel firmiter constituerint se virginitatis & continentiæ statum seruaturos.

Transeamus nunc ad bonum temporale quo virgines in hac vitâ perfruuntur. Notandum autem est gaudia & commoditates temporales in se spectata, nullum nomen aut titulum aut acceptionem mercedis habere, siquidem Deus talia dona indifferenter tam bonis quã malis distribuit; Vniuersa, inquit, sapiens, eueniunt iusto quam impio, bono & malo mundo quam immundo. victimas immolãti & sacrificia contemnenti. Si verò illa bona iuxta finem suum cõsideremus, id est iuxta sempiternam beatitudinẽ, quatenus illa seruiũt vt commodius eo pertingamus, profectò sic accepta & considerata nonnihil participabunt de pręmio & mercede temporali, hinc scriptum est, timentibus Deum nihil deerit: Item, *Non vidi iustum derelictum & semen eius quærens panem.* Verum quidem est longã esse differentiam inter hæc & æterna, quę sunt ipse Deus, cum Deus sit summum bonum, immensum & perfectissimũ, qui hominẽ prorsus exsatiat & fœlicem reddit, vnde Regius Vates ait, *Bonum est vicinum esse Domino;* Deus est

Eccles. 9.

Psal. 36.

Psa. 117.

ſumma & perfectiſſima merces noſtra, ſcopus vltimus operationum noſtrarum: non ſic obtinet in rebus temporalibus, quæ infinities diſtant ab iſtius præmij perfectione. Quapropter cum res illæ, nimirũ commoditates, priuilegia & ſacræ immunitates quæ in hac vita ſtatum virginitatis & continentiæ comitantur, non ſint per ſe bonum perfectum ſed inceptum duntaxat, & relatione facta ad ſupremi boni acquiſitionem, ipſo quidem facto ſunt præmia, non principaliter & directè, ſed ſecũdario & indirectè. Concludimus igitur temporalẽ fœlicitatẽ eſſe partem de bono ſtatus virginalis & continẽtiæ, quæ hominem quiete & libertate donet, & commoditatem ipſi præbeat vacandi ſaluti ſuæ, ſtudio virtutum, & perfectioni animæ, de quibus copioſè hactenus tractauimus. Commoditas autem & temporalis hæc fœlicitas facilè refertur ad diuinum ſeruitium & virtutum exercitia, ſiquidem fugans aſſiduæ curæ moleſtias, & tribulos ſpinaſue carnis importu-

portunæ ſupprimens, hominem aptat & diſponit ad intelligentiam & executionem rerum ſpiritualium. Namq; ſolitudo, quies & libertas multum inſeruiunt contemplationi & orationi, quæ clauis eſt cœlorum & neruus animæ. Hanc ob cauſam ſtatus virginitatis cum hac fœlicitate coniunctus medium eſt aptiſſimum perueniendi ad æternam gloriam, tantopere expetendam; ſed quia bonum hoc temporale perfectum planè non eſt, cenſetur eſſe pars mercedis & retributionis imperfectæ, quam poſtea ſupplebit bonum æternæ gloriæ. Laudetur Deus in æuū qui virginibus & continentibus in hoc mūdo centuplum dat, & inſuper vitam æternam confert, qui tam liberaliter ſeruis ſuis mercedem numerat in hoc mundo, & in altero munificentiſſimè præmia ijſdem diſtribuit; *Quam bonus I-*
Pſal. 72. *ſrael Deus his qui recto ſunt corde.* Improbis & facinoroſis hominibus in hac vitâ, pro iniquitatibus rependit ſcrupulum & remorſum conſcientiæ qui nunquam eos requieſcere ſinit,

nit; vt doctè notat S. Augustinus dicens, Præcepisti Domine, & ita fit, vt omnis anima deprauata sibi ipsi tormentũ sit, & post hanc vitam pro vltima mercede dãnationis perpetuę sententiã audiat; scriptum est n: de improbis: *Duplici contritione contere eos Domine Deus noster.* Psal. 75. Saluator noster aliter agit cum Electis, eos in hac vita spirituali consolatione reficit, vnde gaudentes & exultantes dicũt cum Prophetâ, *Reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi*; & post hanc vitam eosdem æterna fœlicitate donat. Eodem modo, imò longè munificentius & fauorabilius Deus agit cum virginibus & continentibus, vtpotè plus dilectis. Hic in terris quietem placidam, & perfectam libertatem concedit, quasi in partem mercedis, vt tales personæ à mundanis impedimentis extricatæ, securè & alacriter viam mandatorum suorum ambulent; tandem verò largitur ijs coronam æternæ gloriæ, vt plenam & perfectam remunerationem. Is fructus est virginitatis dum incolent sedes honoris & fœli-

citatis & quietis sempiternæ, terram viuentium, ver mite & abundans floribus immortalitatis; hortum irrigatum torrente gratiæ, omni pulchritudine decoratum; dicatum fauore & gratia cœlesti. Virginitas est domus Dei, sanctior Ecclesiæ locus, sedes immortalium deliciarum, nobilior & gratior terrestri, Paradiso quam Deus propria manu fundauit. O quã bonũ est hic esse! quam iucundum est in hoc statu seruire Deo, & honori ipsius vacare? *Sola salus seruire Deo sunt cætera fraudes.* Quam beatus ille est qui animũ noctu & diu in Christianæ militiæ palestra exercet, & in hoc mortali curriculo pietati & veræ Philosophiæ dat operam? qui Christum conatur imitari, & virginem illam fœcundam præ omnibus matribus, & matrem castam præ omnibus virginibus, nam Deum sortitur in mercedẽ magna nimis, qui cor nostrum replebit lætitia. *Beatus vir*, inquit Propheta, *qui non abiit in consilio impiorũ, & in via peccatorum non stetit, & in cathetra pestilentiæ non sedit, sed in lege Domini voluntas*

Psal. 1.

luntas eius, & in lege Domini meditabitur die ac nocte; & erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo; His concordat Ieremias inquiens; *Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, & erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cum venerit æstus, & erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum.* Ierem. 17.

Vterque Propheta hic describit præmium & mercedem iustorum, vnus respectu mercedis temporalis iustum vocat beatum, alter benedictum. Ecquis igitur non flagret desiderio benè viuendi, virtutes amplectendi, & media ad ipsas ducentia perquirendi, vt tandem in Benedictorum & Beatorum classem referatur, & vocetur inter eos quibus Christus tã grata & desiderata voce dicet, Venite Benedicti Patris mei, possidete regnum quod vobis præparatum est ante constitutioné seculi.

Quantum verò ad alterius vitæ mercedem, æterna fœlicitas repræsenta-

ſentatur ſub figura arboris quæ cum continuo irrigetur & humectetur aqua lympida & recenti, ſemper frondeſcit, vireſcit, floreſcit & fœcunda eſt præ omnibus plantis. Huiuſmodi eſt merces & præmium æternæ gloriæ quod expectamus, & in hac vitâ aliquo modo deguſtamus; id autem vt reportemus, æquum eſt ſanè vt omnis miles Chriſtianus virtuti, deuotioni, & ſtudio conſeruandæ virginitatis operam det, cuius beneficio vtramq; fœlicitatem conſequimur, nimirum quietem & tranquillitatem mentis in hac vita, & æternæ gloriæ participationem in altera.

DE FOELICITATE AETERNæ gloriæ, quantum ad præmium eſſentiale attinet, quod in cœlis virginibus rerſeruatur.

HActenus multis diſſeruimus, de merito virginitatis, reſtat nunc vt inſpiciamus præmium quod huic merito correſpondet. Nam quemadmodum omne bonum opus in ſtatu gratiæ deſignatum, meritorium eſt,

eſt, ita omni merito congrua merces adſcribitur in æternâ beatitudine. Hac autem methodo bonam fieri opuſculi noſtri continuationem arbitror ſi ſcopum præmeditatum tangere velim, qui quidem eſt, vt oſtendam partem alteram boni è virginitate proficiſcentis, nempe fælicitatem æternam quæ conſiſtit in poſſeſsione & fruitione præmii, quo Deus bonorum operum remunerator ſummus beatè locupletat, & cornu locuplete beat electos ſuos. Hanc itaque methodum vt inchoemus, ad maiorum intelligentiam non præpoſterè ordiemur à differentia & diſtinctione præmiorum quæ in cœlis habentur, ſic nimirum commodius inſpicietur quãtum fælicitatis vnumquodq; conferat; & virgines coram intuebuntur, quot bonis quantiſue diuitiis ſtatus virginitatis & continentiæ affluat poſt hanc vitam.

CAPVT I.

In cœlis quadripertitam inueniri præmiorum diſtinctionem demonſtratur.

QVatuor omnino præmiorum genera reperiuntur in cœlis quæ poſſeſſores ſuos gloria & fœlicitate exornant. Ac primum quidem

dem quod maius & excellentius est reliquis (in ipso namque fœlicitas nostra principaliter consistit) à Theologis *essentiale* nominatur; nam sicut essentia nihil aliud sit quam ipsa rei substantia, sic talis est essentia, qualis perfectæ fœlicitatis substantia. Præmiorum reliqua tria accidentalia nuncupantur, quia etsi homines ijs donarentur dempto primo, fœlicitatem tamen possidere non dicerentur, quia tali casu essentia fœlicitatis essent destituti. E diuerso autem, si primo duntaxat præmio bearentur, beati nihilominus verè dicendi essent, vtpote fruentes essentiali forma beatitudinis. Hæc cum ita sint, postrema illa præmia videntur habere se instar vestimentorum, primum autem instar corporis humani; siquidem vestimenta quibus induimur sunt tantum vt appendix & ornatus aliquis accidentalis qui adesse & abesse potest citra subiecti corruptioné; (vt terminis vtar Philosophicis) At primũ illud, est ipsa rei sic ornatæ essentia. Adhæc præmium essentiale, capitis locũ obtinet,

net, alia verò comam elegantem repręsentāt & huiusmodi alia quæ capitis ornamento accedūt. Iam verò iuxta præfatā distinctionē, dico pręmium secundum, quod ex accidentalibus primum est, generis sui nomen retinere, nec speciali aliquo nomine censeri. Tertium Theologis propriè dicitur *Aureola*, quartum *fructus*. Hæc omnia & singula præmiorum discrimina in specie tangemus, vt ad oculum pateat, quanta & quam magna fœlicitas consequatur eos qui illa possident.

CAPVT II.

Virgines in cœlis essentiali præmio coronatum iri, & in quo præmium illud consistat.

COmmodiori methodo præmiū essentiale cognoscere nequim', quam si cōsideremus obiectum beatificans, hoc est, quod hominem beatum efficit, in quo etiam terminatur, & quiescit actio humana, quæ itidem in considerationem venit quia vnum sine altero hominē beare neutiquam potest. Si famelicus latrantem stomachum reficere velit, non sufficit fercula mensæ illata

ta esse (quamuis illa sint proprium pellendæ famis obiectum) sed necessum est vt manus operi admoueat, cibos attingat, scindat, masticet & stomacho transmittat.

Idem prorsus obseruatur in hominis beatitudine; adest quidem obiectum animam beatificans, sed non sufficit; adeoque necessarium est vt ad huiusmodi obiectum perueniamus, mediante aliqua actione quæ illud nobis appropriet & eius fruitione appetitum nostrum exsatiet.
Arist. 10. *Eth. c.* 7. Hinc dixit Aristoteles fœlicitatem esse actionem seu operationem sublimioris & perfectioris potentiæ quæ in homine reperiatur. Hic inter Theologos controuersum esse memini, quænam videlicet illa sit operatio hominis per quam acquirere possimus possessionem & fruitionem obiecti beatifici, & in quo humana consistat fœlicitas. Alij enim asseruêre huiusmodi operationem ab intellectu proficisci ad obiectum hoc capiendum, quam quidem sententiam facile sequor: alij fœlicitatem sitam esse credunt in a-

more

more huius obiecti, puta in actione voluntatis; alij in ipsius vsu & fruitione collocant. Quidam actionem vnicam dari defendunt, alij duas nonnulli tres; quicquid sit, vt homo beatus efficiatur sufficit quod sciamus actionem seu operationẽ propriam requiri, siue hæc, siue illa, siue alia fuerit. Quantum verò ad obiectum humanæ fœlicitatis, Doctores vno ore concludunt Deum esse, siquidem solus ille plenè & abundè hominis appetitum potest satiare; *Satiabor dum apparuerit gloria tua*; inquit Propheta Regius, & alibi *Mons Dei, mons pinguis mons coagulatus mons pinguis*, vt quid suspicamini cęteros *montes* instar lactis esse *coagulatos*? Dauid hic metaphoricè loquitur, nam nomine *montium* intelligit Deum, Angelos, homines & creaturas omnes tam superioris quam inferioris ordinis. Deum verè dixerimus montem grandem & excelsum, is namq; est de quo scribitur. *Mons in fastigio Montium*; itaq; cæteræ res extra Deum respectu Dei sunt colliculi seu parui montes, cuiuscunq; sint excellentiæ.

Psal. 1[illegible].

Psal. 72.

ipso perfruentur. In ipso solo cœlestes delicias requiremus, & Paradisum deliciarum quæ non finientur; *Tum* inquit S. Iob, *abundabis deliciis in contemplatione Omnipotentis, & extolles faciem tuam ad Dominum.* His positis asserimus, præmium essentiale quod iustis & electis decernetur, consistere in visione & fruitione Dei, quod Dominus ipse disertis verbis asseuerare videtur, dum Abrahæ dixit, *Protector tuus ero, & merces tua magna nimis.* Iob. 21. Genes. 15.

Iustum etiam Propheta Hieremias consolatur his verbis, taceat vox gemitus tui, & lachrymæ oculorum tuorum, nam opus tuum, Deum pro mercede & præmio sortietur. Concludam itaq; cum S. Ioanne dum ait, *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum*, & cum Psalte Regio dum itidem ait, *Beatus populus cuius est Dominus, Deus eius.* Ierem. 3. Ioan. 17. Psal. 143.

CAPVT III.

Quanta & quam magna futura sit virginum essentialis fœlicitas, quæ primum & maximum est in cœlis præmium.

SYncera & perfecta Virginitatis obseruantia, essentiali tandem præmio coronatur, vt supra docui-
1.Thess.4 mus, & indicat ipse Apostolus dicens, *Vitam æternam esse mercedem eorum qui membris suis vtuntur in omni honestate, non in immunditia carnis.* Quin & Saluator noster monstrans viam quæ ad Deum nos ducat, præ cæteris omni-
Matth.5. bus viam puritatis ostendit, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt;* si itaq; Deus gloriam suam pollicetur ijs qui sunt *mundo corde*, multo potiori iure ijs promittit qui cor & corpus immaculatum custodiunt. Hic placet adnectere quod Deus circa Tribum Leui ordinauit, quæ figuram virginum repręsentat, & eorum omnium qui se totos diuino cultui manciparunt. Huic tribui nulla pars terræ sanctæ inter filios Israel diuisæ assignata fuerat, sed Deus seipsum dederat Leuitis in possessionem,

nem, vt nimirum venturis seculis homines intelligerent, quod quemadmodum hæc Dei promissio, in illa tribu munifica & amplissima fuit quantum ad bonorum omnium affluentiam, licet figuram duntaxat gereret futuri temporis; ita etiam eadem promissio, in populo figurato huius seculi, nempe in virginibus & continentibus, longè ampliori gloria & honore abundaret. Hinc pro materia nostra concludimus, perfectum & consummatum bonum status virginitatis, in æternæ gloriæ finibus consistere.

Hic operæpretium est præstantiam, & amplitudinem huius præmij, & æternæ mercedis perfectionem ostendere, tum in specie declarare, quam magna præ cæteris futura sit virginum fœlicitas. Verum quia obtusos intellectus mei oculos in cœlum erigens, versus radiantem illam gloriam quæ ex diuino lumine effunditur, quod vnum est in substantia & triplex in personis, cæcutientem me prorsus & stupidum reperio, sicut illi euenire solet, qui a-

tendum eſt, noſtram omnem ſcientiam, ſagacitatem & induſtriam intellectus noſtri, nihil eſſe ſi applicetur ad cognitionem tanti & tam ardui obiecti. Hinc S. Iob iure & merito dicebat, *O quam magnus eſt Deus vincens ſcientiam noſtram*, nihil itaque piæ virgini declarare poſſum, quã quod Deus Abrahæ dixit maieſtatẽ huius præmij reuelans, *ero*, inquit, *merces tua*, quia ipſe ſolus, vtpote ſummum bonum, habet verã naturã, & omnes veræ mercedis proprietates; *merces tua*, inquit, quia Deus in cœlis poſſeſſio & præmiũ noſtrum eſſe debet, quo ærumnas & ſudores noſtros abundè remunerabitur; addit etiã Deus, *& ero merces magna*, ipſe namque plenum & perfectum eſt laboris noſtri præmium, deniq; dicit, *ero merces magna nimis*, vt oſtenderet tranſcendentalem quaſi & ſupereminentem eius excellentiam. Dum itaq; Dominus qualitatem præmij noſtri deſcripſit, magnum quidem eſſe inſinuauit, ſed quantum & qualem non expreſſit.

Iob. 36.

Geneſ. 15.

Quia igitur pia quędã curioſitas & ardens

& ardens feruor animas noſtras ad præmij qualitatẽ indagandam poſſet impellere, ideo breuiter illam ex ore Dei diſcimus qui ſat apertè eam declarat inquiens; *Ego ero merces tua magna nimis*; quid ſibi vult hęc clauſula, *magna nimis*, niſi quod futura ſit tanti & tam immenſi valoris, vt infinitis modis capacitatem pectoris noſtri excedat, quemadmodum ingens aliquod flumen aut Oceanus aquarum abũdantia ſuperat vitream lagunculam, aut vrnam exiguam, quæ in Oceanum coniecta, non impletur ſolum, ſed etiam vndiq; ſuperfunditur & cingitur aquis, quas capere non poſſet, etiamſi millies plus contineret ſolitò. Anima itaque quæ fidum Deo præſtiterit obſequium, ingredietur immenſam hanc & inexhauſtam fœlicitatis & gloriæ profunditatem, dum ipſi a Deo dicetur; *Euge, ſerue bone & fidelis intra in gaudium Domini tui.* Huius itidem pręmij amplitudinem declarat Apoſtolus, dum ſcribit ad Epheſios; *Vt oſtenderet Dominus in ſeculis futuris abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Ieſu*

Matt. 25.
Epheſ. 2.

Iesu Christo, quidnam per hæc verba, *super nos*, intelligemus diuitias nimirum gloriæ eius tantæ amplitudinis futuras, vt non solum iustam & magnam mercedem sint excessuræ, imò pleniorem & copiosiorem quam sperassemus, verum etiam, angustias nostri pectoris, & capacitatem intellectus eo modo sint excessuræ quo infinitum finito præcurrit, inter quæ nulla proportio aut comparatio potest institui; *Super nos* inquit Apostolus, verba sanè sunt præclara, idcirco S. Anselmus ea pensitat & examinat hoc ferè modo: *Omnem intelligentiæ nostræ capacitatem exuperabūt, quia tam magnæ & tales erunt; quas nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec cor hominis excogitauit. Tantum enim dabitur, quantum mens inuestigare non potest. Quis enim intellectus capere sufficiat illa supernæ ciuitatis quanta sint gaudia, angelorum choris interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere, præsentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari?* dum cernet se suumq; desiderium omni iucunditate reple- Anselm. Ephes. 2.

ri, nunquam dolore turbari, nobilitate præfulgentem, & fœlici æternitate locupletatum? hæc ille, quibus addere licet quæ scribit Prosper Aquitanicus author celebratissimus ob doctrinam & vitæ Sanctimoniũ, is de hac materia loquens, *De qualitate ipsius vitæ futuræ*, inquit, *quid dicam? quæ potius debet credi, quam scribi. Ita sanè, vt plus credatur de illa vita, quam scribatur, quia nec potest tantum vnde proferri sermone, quantum potest mente complecti, & minus concipit mens humanæ quamlibet profunda complexio, quam se habet rei ipsius magnitudo. Ergo futura vita creditur beatè sempiterna, & sempiternè beata, vbi est certa securitas, & secura tranquillitas, & tranquilla iucunditas, fœlix æternitas, æterna fœlicitas, vbi est amor perfectus, nullus timor, dies æternus, alacer motus, & vnus omnium spiritus de contemplatione Dei sui, ac de sua cum illo permansione securus; vbi ipsa ciuitas, quæ est Angelorum sanctorum & hominum congregatio beata, meritis fulgentibus micat, & æterna salus exuberat, veritas regnat, vbi nec fallit quisquam nec fallitur; vnde nullus eijcitur beatus, quo nullus miser admitti-*

Prosper Aquit. de contempl. c. 2.

minuitur, hactenus Doctor ille. Nihil iam aliud de præmij huius magnificentia dicere statui, totum negotium reijciens ad horam illam, qua Deus voluerit nos gaudere in immensa cœli gloria, & apparebit diuinæ misericordiæ radius, de qua Deus ipse loquens dicit, *In miserationibus magnis congregabo te*, omnem etiam meditationem suspendo & affigo benedictæ & certæ spei quam iusti habent expectantes spem illam fœlicem, vt ait S. Paulus, & emancipationem seruitutis, de qua scriptum est, *Creatura liberabitur à seruitute corruptionis, & donabitur libertatem gloriæ filiorum Dei*; nobis quoque expectandum est vsque ad gloriosam illam mutationem de qua Iob inquit, *Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea*; inhiandum nobis est ad fœlicem illam protectionem, quam Isaias vocat, *Protectionem supra omnem gloriam*, in conuiuio isto cœlesti, quod erit *conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ*.

Isai. 54. Rom. 8 Job 14. Isai. 28.

Verum quis ingenij sui solertia possit capere gaudium & fœlicitatem promanantem ex hac spe certa quam concipiemus de perpetuis vitæ tam gloriosæ delicijs? Hac occasione motus Dauid Ecclesiam militantem & triumphantem inuitat ad promulgandas laudes Domino Deo;

Psa. 147. *Lauda Ierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortauit seras portarum tuarum, & benedixit filiis tuis in te.* Quis vnquam poterit comprehendere gloriam illius diei quem Isaias

Isa. 65. appellat *diem ligni vitæ, Dies,* inquit, *populi mei, tanquam dies ligni vitæ.* Quis cogitatione assequi potest solennitatem festi illius, quod in sublimi gloriæ palatio celebrabitur, in ampla & regia ciuitate Ierusalem cœlestis, quam terrestris illa rudibus tantum lineamentis repræsentauit. Quodnam illic erit Paschatis quod Pentecostes festum, ad quod præmeditandum idem Propheta nos inuitat dicens,

Isai 33. *Respice Sion ciuitatem solennitatis tuæ,* quis comprehendet abundantiam bonorum qua ciuitas illa

Hier 30. oculos tuos replet? item Hieremias dicit,

dicit, *Iacob reuertetur, & quiescet, & omnibus bonis affluet*; item ore Prophetico inquit Deus, *effundam vobis benedictionem in abundantia.* Huius etiam meminit vates Regius dum ait, *Fiat abundantia in turribus tuis; & abundantia diligentibus te.* Quisnam vero eà ingenij dexteritate pollet, vt accuratè modum illum viuendi explicet, qui seruabitur in terra illa quam SS. Iob & Dauid vocant *terram viuentium*, terram optatissimam, terram promissionis & benedictionis? O quam eleganter dictum est, *Vna dies ibi super millia.* Quis voluptatem spiritualem & cordis alacritatem perspicere valeat, quod nempe immenso gaudio cumulabitur, suauitate & delicijs affluet? *gaudium & lætitia,* inquit Isaias, *ibidem reperietur, gratiarum actio, & vox laudis.* Quantam hauriemus doctrinæ, scientiæ & sapientiæ copiam, dum legemus in libro vitæ? *Filij tui omnes in domino erudientur* inquit Propheta: & S. Paulus ait, *Cum paruulus essem sapiebā & intelligebam, vt paruulus loquebar vt paruulus, sed vbi factus sum vir, euacuaui ea, quæ erant paruuli,*

Mala. 3.
Psal. 121.
Psal. 83.
Isai. 51.
Isa. 54.
1. Cor. 13.

uuli. At quænam est huius campi Elysij salubritas? *Salus erit supra mu-*
Isai. 60. *ros tuos*, inquit Isaias; quanam verò pace & quiete locus hic perfruetur, cum Deus in illo regno pacem stabiliuerit quæ sensuum nostrorum capacitatem excedit? *qui*
Psal. 147. *posuit fines tuos pacem*, ait Propheta Regius; *& in regione illa, nec dolor nec lu-*
Isai. 60. *ctus audietur*, inquit Isaias. Hæc pax erit syncera, pax in corde, pax in carne, pax incomparabilis, non interturbata maleuolorum hominum & spiritum dissidijs, pax cum proximo, pax firma cum Deo, pax deniq; nullis temporum terminis circumscripta. Quisnam vitæ spiritualis amans cupidus diuinarum consolationum, similem alibi iucunditatem reperiri posset? Qualem arbitrabimur futuram diem illam Sabbathi, diem quietis & otij, quam scriptura tantopere deprædicat feriæ illæ & dies dominica Christianorum, qui soli teste S. Paulo illum diem illuxisse gaude-
Hebr. 4. bunt! *Relinquitur Sabbatismus populo*
Isai. vlt. *Dei*, addit Isaias, *erit mensis ex men-*
se, &

se, & Sabbatum ex Sabbato, id est, teriæ illic habebuntur perpetuæ.

Porro quisnam ex ijs qui ad gaudia spiritualia & fœlicitatem æternæ gloriæ inhiant, poterit vel nuda imaginatione persequi dimidiũ affluentiæ tot bonorum, quis abundantiam opum & diuinarum congratulationum, quæ in illo loco glorioso effundentur. Vates Regius ostendere volens hominem quoad omnes sui partes, animam & corpus, sensus & intellectum satiatum iri affatim dulcedine, delicijs, & oblectamentis æternis, voce ad Deum erecta sic ait, *Replebimur bonis domus tuæ*; Adhæc ipse Saluator noster affirmat, quod non modo replebimur, sed etiam immergemur in ipsis delicijs, & bonorum copia, mensurã bonam & confertam & coagitatam dabunt in sinum vestram inquit. *Psal. 64.*

Sed hæc dicta sufficiant in hoc capite, in quod multos scripturæ textus conijcere volui, vt disertis Dei verbis nonnihil reficerem oculos meos debilitatos iam & stupefactos *Luc. 6.*

intuitu rutilantissimo præmij illius gloriosi, qui Deus est, dum videlicet eosdem oculos conijcerem in prata virentia sacrorum Bibliorum, quæ infinitis elegantium florum generibus resperſa sunt. O virgines, formosæ Christi sponsæ, mētes electæ à Deo & benedictæ, en præmium vestrum nullo pretio æstimandum, en mercedem vestram ineffabilem, quæ vobis certo reseruatur in cœlesti gloria, modo datam fidem non violetis, & reddatis debitum obsequium Domino Deo vestro, cui non minus sapiēter quam fœliciter estis addictæ. Huic itaq; capiti finem imponam, si primo beneuolum lectorem monuero & inuitauero vt audiat cum attentione recenseri apparitionem factam duobus Amantibus sponso nimirum & sponsæ virginibus; quod quidem exemplum à materiæ nostræ proposito nihil discre
pat.

CAPVT IV.

Apparitio diuina facta Sancto Iuliano sponso, & S. Basilissæ sponsæ quorum vterque virginitatem professus est.

SImeon Metaphrastes antiquus author & approbatus, in historia quam compilauit de vitis Sanctorũ, narrat, nobilem quendam, nomine Iulianum, vnicum Patris filium, adolescentem apprime doctum & Christianæ fidei tenacem, dum adhuc iuuenis esset, vouisse votum virginitatis, motum singulari quodam amore erga Deum. Vbi vero annum ætatis 18. attigisset, cum importunis & continuis Patris precibus eo impelleretur, vt vxorem duceret ad excitandam sobolem, quæ stemmati & auitis opibus succederet. Is vt ad tempus molestijs illis & paternis irritamentis sese subtraheret, Patri tandem dixit, se velle super isto negotio consultare, vt liberè aperiret animi sui sententiam, & ipsius petioni satisfaceret. Dies deliberandi sex à Patre decernuntur

quos omnes assiduis orationib⁹ impendit, petens instanter & obnixè à Deo, vt ipsi gratiam conseruandæ virginitatis præstaret, quam seruaturum se vouerat. Vltima deliberationis nox vertebatur, cum ipsi Angelus Domini adfuit, qui vbi eum in sancto proposito corroborasset, monuit, vt libere in sponsam acciperet eam, quam Pater ipsi offerebat; certoq; crederet sponsam illam futuram duntaxat loco sororis & sociæ in hac vita fidelissimæ, ambos autem in cœlis consequuturos coronam virginitatis in cœtu Angelorum, & magno consessu virginum; quocirca animo forti & excelso esset, *Viriliter age*, inquiebat, *& confortetur cor tuum*, quibus dictis euanuit Angelus.

Tum Iulianus totum se effudit in agendis Deo gratijs pro tanto fauore sibi delato, & mox animo læto & pacato Patrem accedit, indicat se promte ipsius voluntati obtemperaturum, & illam se pro sponsa accepturum quam designaret. Pater filium cernens paratum paternis iussi-

nissibus morem gerere, sibi ex huiusmodi promisso plurimum blanditus est, statimque ipsi sponsam elegit & obtulit virginem quandam genere non ignobilem nomine Basilissam, quæ Iuliano conformis erat siue honestatem vitæ, siue virtutem, siue mores & qualitatem personæ respexisset, ita demum in omnibus conueniebant, vt illa esset vnica filia, sicut & ille vnicus familiæ paternæ filius, qui Patri obediens virginem acceptauit, eamque sibi Christiano ritu desponsauit. Magnifico admodum luxu tantæ nuptiæ apparabantur, sed & Iulianus Heros generosus, Christique gratia corroboratus, non segnis erat in apparando sibi ipsi bello, vt insignem de se victoriam reportaret.

Illi itaq; ambo virginitatis studiosissimi, inter testudinum, Cymbalorum, cythararum & musicorum instrumentorum concentus, inter iocos lusus & oblectamenta & huiusmodi voluptatū fomites quibus iuueniles concupiscentias mundus

versi-

versipellis inflammat, omnes incemeratæ virginitatis regulas decenter obseruarunt, omni opere & cogitatione carnali procul remota. Demum cum in conclaue suum soli se recepissent, illico Iulianus in genua procidens, ad preces conuolauit, & magna cordis affectione dixit, *Vre renes meos, & cor meum Domine.* nec mora, tantus & tam suauis odor repleuit cubiculum, vt videretur quis esse in horto aliquo florido, aut area rosis consita, violas, Narcyssum, lilia & id genus flores, verni temporis generante, licet hybernæ niues totam terram cooperuissent. Basilissa rei nouitatem satis demirari non potuit, & ad sponsum suum conuersa, ecquid hoc esse credam inquit; eius reuera sum animi, vt huius odoris pergrati beneficio, omnis in me coniugalis thalami desiderium emarcescat; Cui Iulianus dulcedinem & suauitatem illam, O Basilissa exhalat odor virginitatis, & thymiama castitatis, quod Deus huc effundi iussit, vt vtrumque nostrum virginitatem nostram sartam tectam confer-

Psal. 25.

conſeruet, & in ſtatu natiuitatis ſuæ perſiſtat, quo facto præmium æternæ gloriæ in cœlis acquiremus. Quapropter hic in terris efficiamur vaſa pura, electaq; à Deo, vt tandem in altero ſeculo fœliciter & inſeparabiliter coniuncti viuamus. Tuæ petitioni, reſpondet Baſiliſſa lubentiſſimè ſuffragor, virginitatem meam illibatam non grauor cuſtodire, vt illam coronam gloriæ conſequar; at quis tam præpoſteri eſſet iudicij vt aliam faceret optionem? en parata ſum tuis monitis acquieſcere circa hoc ſanctum propoſitum, ſperans me tandem tecum in cœlis compenſatum iri. His dictis Iulianus in terram ſe proſtrauit, Deum adorauit, gratias referens & in hunc modum orans, *Domine Deus confirma in me quod operari incepiſti.* Baſiliſſa ſimiliter terræ ſe affixit eandem orationem recitans. Subitoq; cubiculum contremit, tantoque lumine reſplenduit, vt lucernæ & faces quæ inibi lucebant omne lumen deperderent. Pſal. 64.

Sub hæc apparuit Rex cœlorum, & Deus

& Deus Deorum Ieſus Chriſtus filius Dei, & ad quãdam cubiculi ſtationẽ conſedit in ſolio regio magnificè adornato, quod circumcingebat multitudo venuſtorum puerulorum qui omnes albis veſtimentis emicabant. Ex altera vero cubiculi parte adfuit ingens turba virginum, in quarum medio cernebatur Regina cœlorum præfulgere; A ſolio Regis audiuerunt hanc vocem prodeuntem, *Viciſti Iuliane, viciſti*, ſtatimq; virgines concentu ſuauiſſimo verſiculum hunc cecinerunt; *le-ned Eta ſis ô B ſil.ſſa, quæ ſanctis admonitionibus paruiſti, & mundum ſpernens accinge te ad reportandum æternæ beatitudinis præmium.*

Poſtea vocem audiuerunt dicentem; Agedum, ſtrenui mei pugiles qui obſtiterunt & debellauerunt callidum illum ſerpentem voluptatis, exurgant de terra, & legant in libro vitæ. Tum conſpexère librum electro nitidiorem, literis aureis conſcriptum; venerunt interim adoleſcentes duo amicti veſtibus albis cincti zonis aureis, vterque læ-

ua co-

ui coronam auream gestabat, dextra sponsum sponsamque è terra sustulerunt dicentes; State, quandoquidem in numerum nostrum relati estis, arreptisque dextris eos inuicem coniunxerunt. Ad quatuor Angulos thori nuptialis visebantur quatuor insignes & venerādi senes, qui manibus tenebant quatuor Phialas aureas odorem suauissimum exhalantes, qui olfactum mirificè recreabat; Tum senes ad nouos illos, coniuges conuersi dixerunt, certò noueritis, castitatem vestram instar huius odoris ad cœlos vsque erumpere, quocirca in æternum beati eritis & gloriosi, potabitisque de torrente cœlestis voluptatis, quia terrenas voluptates contempsistis; i Iuliane, i nūc lecturus in libro illo; Iulianus certa cum fiducia conuenit, & oculos suos in characteres aureos conijciens hanc sententiam legit; quicunque motus desiderio placendi mihi mundum contemnet, referetur in numerum eorum de quibus scriptum est: *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati.* Apoc. 14.
virgi-

virgines enim sunt, & sequuntur Agnum quocunque ierit; Basilissa verò quæ corpurum & candidum seruat referetur in numerum virginum, quarum caput est Maria flos virginum, mater Dei. Vbi hæc percurrisset, liber clausus est, & extemplo virgines quæ in cœtu Deiparæ visebantur, cecinerunt pariter & dixerunt, *Amen.* Postea senum quidam ipsis coniugibus dixit; in hoc libro vitæ scripti sunt ij qui castitatem profitentur, sobrietatem, modestiam, veritatem, humilitatem, deuotionem, patientiam & misericordiam sectantur, & propter Christum omnia alia fastidiunt. Hoc dicto tota visio disparuit, qua sancti pugiles mirum in modum consolati sunt, sequenti mane cubiculum egrediuntur aspectu graui & modesto, dissimulantes quicquid illa nocte peractum fuerat. Aliquot deinde annos simul traduxerunt, credentibus hominibus eos more cæterorum coniugum viuere, sed coram Deo alterius erant instituti, puritatem & virginitatem cum animę, tum corporis obseruan-
tes,

tes, eoq; in statu persliterunt, donec vtriusq; Parentes vitam cum morte permutassent; tum demum à se inuicem seiuncti sunt, vnusq; Pater fuit plurium Religiosorum, & altera Mater spiritualis multarum Religiosarum; sic vterq; promissum virtutis præmium consequutus est. Basilissa vbi in cœlos ante se aliquot virgines vt castitatis fœtus præmisisset quodam die somno victa vidit omnes illas virgines sanctas, curæ quondam suæ commissas: fulgebant illæ vestitu splendido, regali ornatu micantes, quas crucis vexillum præcedebat, omnesq; vno ore hæc dixerunt: Hoc loco, Domina, te expectamus, vt vbi nobis coniuncta fueris, eamus adoratū Iesum Christum Regem nostrum & sponsum dilectissimum. Vbi è somno euigilasset, visionem suam Iuliano retulit, paulò post coram ipso se in preces effudit, & cum oraret feruentissimè, fœliciter ex hac vita in alteram emigrauit. Iuliano gratissimum fuisset eam sequi, & cum ipsa cœlesti beatitudine perfrui, verum quia

virgines enim sunt, & sequuntur Agnum quocunque ierit; Basilissa verò quæ cor purum & candidum seruat refertur in numerum virginum, quarum caput est Maria flos virginum mater Dei. Vbi hæc percurrisset, liber clausus est, & extemplo virgines quæ in cœtu Deiparæ visebantur, cecinerunt pariter & dixerunt, *Amen.* Postea senum quidam ipsis coniugibus dixit; in hoc libro vitæ scripti sunt ij qui castitatem profitentur, sobrietatem, modestiam, veritatem, humilitatem, deuotionem, patientiam & misericordiam sectantur,& propterChristum omnia alia fastidiunt. Hoc dicto tota visio disparuit, qua sancti pugiles mirum in modum consolati sunt, sequenti mane cubiculum egrediuntur aspectu graui & modesto, dissimulantes quicquid illa nocte peractum fuerat. Aliquot deinde annos simul traduxerunt, credentibus hominibus eos more cæterorum coniugum viuere, sed coram Deo alterius erant instituti, puritatem & virginitatem cum animæ, tum corporis obseruantes,

tes,eoq; in statu perstiterunt, donec vterque Parentes vitam cum morte permutassent; tum demum à se inuicem seiuncti sunt, vnusq; Pater fuit plurium Religiosorum, & altera Mater spiritualis multarum Religiosarum; sic vterq; promissum virtutis præmium consequutus est. Basilissa vbi in cœlos ante se aliquot virgines vt castitatis fœtus præmisisset quodam die somno victa vidit omnes illas virgines sanctas, curæ quondam suæ commissas: fulgebant illæ vestitu splendido, regali ornatu micantes, quas crucis vexillum præcedebat, omnesq; vno ore hæc dixerunt: Hoc loco, Domina, te expectamus, vt vbi nobis coniuncta fueris, eamus adoratū Iesum Christum Regem nostrum & sponsum dilectissimum. Vbi è somno euigilasset, visionem suam Iuliano retulit, paulò post coram ipso se in preces effudit, & cum oraret feruentissimè, fœliciter ex hac vita in alteram emigrauit. Iuliano gratissimum fuisset eam sequi, & cum ipsa cœlesti beatitudine perfrui, verum

quia

quia Ecclesiæ Dei, tunc temporis durante Diocletiani persecutione, maximè consulebat, Deus adhuc ipsius vitam protraxit, & ad maiora reseruauit; adeoq; cum indies multum curę & laboris impenderet circa conuersionem Gentilium, & viriliter resisteret fidei Christianæ hostibus; vbi multa miracula patrasset, & varias ærumnas, tormenta, & angustias amore Christi pertulisset, tandem in obscurum carcerem coniectus fuit, in quo sub noctis medium quadam vice Basilissa apparuit cum tota cohorte virginum suarum in Christo defunctarum, & in cœtu Martyrum qui pro Christiana religione tuenda in hac persecutione sanguinem fuderant; virgines pariter cantabant *Alleluia*, nec aliud addebant, interim Basilissa Iulianum his verbis compellauit, Iuliane tibi nunc regnum cœlorum obtigit, Christus Dominus Saluator noster, Rex æternæ gloriæ, iubet vt in die apparitionis suæ ad eū venias, coronam gloriæ accepturus. Tunc obuiam tibi procedent Patriarchæ,

archæ, Prophetæ, Apostoli, ipsisque associaberis in ęterna fœlicitate. Vt illa prędixerat, sic euenit, nã eodem die præfato, in ciuitate Antiochiæ intra Amphitheatrũ cum plurib. aliis sanctis martyrio vitã finiuit; & dum collo extento gladiũ carnificis expectaret, nouissima hęc verba protulit, O Saluator mi, laude & gloria benedictus sis, qui nos ad hanc horã vitę & salutis perduxisti. Atque hic imponitur finis historiæ, quam perlegendo vel audiendo quos delectari & commoueri nequeat nõ reperio; illa siquidem est nobis viuum exemplar veri amoris, charitatis, & perfectę virginitatis. Quam credemus lectionem conceptam fuisse in cordibus horum Amantiũ, dum adhuc in terris degentes ab Angelis interdum consolationem accipiebant? quam vero iucunditatem, imo quam fœlicitatem esse conijciemus illam, qua nunc in cœlis perfruuntur vitę pręmij & mercedis? quo gaudio perfruuntur, dum videre nomina sua inscripta in libro vitæ, è quo expungi aut deleri non metuebant? quis

quis consolationes & gaudia illa spiritualia quæ in corde persentiebant explicabit, dum subibat recordatio eorum quæ prima nocte nuptiali contigerant? Ego equidem cum nec verbis, nec cogitatione assequi quicquam possim, subsisto, & stylum vlterius promoueo, probaturus virgines fruituras præmio illo essentiali longè fœlicius & copiosius alijs qui ad eiusdem præmij participationem vocabuntur.

CAPVT V.

Quomodo in gloria seu præmio essentiali virgines ampliorem partem sortiantur quam viduæ & coniuges.

COmmuni Theologorum calculo receptum est, varios assignari gradus in gloria essentiali, quamuis vna sit & communis omnium; hanc doctrinam comprobare videtur S. Iob, dum de regno cœlesti lo-
Iob. 3. quens dicit: *Paruus & magnus ibi sunt,*
1 Cor. 15. idem, Apostolus disertis verbis asserit dicens, *Stella differt à stella in claritate sic erit resurrectio mortuorum*; hoc est,

quemad-

quemadmodum vnus idemque Sol stellas varias vario & inæquali lumine illustrat, sic Deus in generali illa resurrectione dum electos suos coronabit, diuersos gradus & gloriæ lumina illis communicabit; hæ diuersæ sunt mansiones de quibus ipse Christus ait, *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Ioan. 14.

Quin etiam scriptura non tantum docet varios assignari gradus in hac gloria, sed ostendit quoque omnia præmia distribui certo ordine & methodo, eo sensu Deus apud Isaiam sic loquitur; *Ecce, ego, sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in Sapphiris.* Isai. 54. Nam sicut in omni corpore vel collegio benè instituto, cuilibet suus locus & dignitas reseruatur, ita etiam in cœlis fieri manifestum est, siquidem omnibus & singulis propria statio notabitur. Hinc in Apocalypsi legimus, lapides illos pretiosos quibus cœlestis Ierusalem exstruitur, ordine suo collocatos esse; Apoc. 21. ibi omnia diriguntur ad libellam & perpendiculum æquitatis & Iustitiæ. Omnis verò differentia gra-

Aa duum,

duum, ordinum & stationum è duobus exurgit. Proximè quidem & immediatè hoc procedit à diuersitate luminis gloriæ quod Deus communicat Electis suis; & illud lumen, donum est quo Deus animam dotat, quatenus habilior sit & subtilior ad perspiciendam & clarius cognoscendam Dei essentiam, scriptum e-
Psal. 31. nim est, *in lumine tuo lumen videbimus*, id est, Deum fontem totius luminis & pulchritudinis.

Iam quo maius & illustrius est lumen gloriæ, eo maior etiam est gloria & fœlicitas eius qui illuminatus est. Secundo, procedit hoc mediatè ex varietate seu diuersitate meritorum & operum meritoriorũ, quæ fideles in statu gratiæ & charitatis exequuntur; ob hanc verò diuersitatem, non solum intercedit differentia graduum & stationũ, sed etiam lumen gloriæ quod distribuitur clarius aut obscurius est; huius rei insigne testimonium prębet Apostolus, dum ait, *Vnusquisq; mercedem recipi-*
1. Cor. 3. *et secundum opera sua*; item, *qui parcè se-*
2. Cor. 9. *rit, parcè metet, qui autem serit copiosè; lar-*

gam

gam messem colliget; ex his verbis duo colligimus, primū quod bona opera in statu gratiæ facta, sint deductura nos ad vitam æternam, hinc Propheta regius de ijs qui in exercitio bonorum operum desudant, sic ait, *Labores manuum tuarum quia manducab..., beatus es & bene tibi erit.* *Psal.127.*

Alterum, quod labores & gloria, opus meritorium & merces æquali passu ambulabunt, & analogicam quodammodo proportionem habebunt inter se. Hac de causa S. Gregorius sic loquitur; quia in hac mortali vita apertissimè discrimen notamus inter bona opera, dubio procul in altera erit itidem præmiorum distinctio; adeoque quo magis quispiam in hoc mundo alium in virtutibus anteuerterit & superauerit, eo etiam magis in cœlo alteri præferetur. Facit ad hunc locum id, quod ait Sanctus Ioannes in Apocalypsi; eum nempe qui ipsi loquebatur, habuisse arundinem auream, qua ciuitatē portasue & muros eius metiretur; quisnam ille mensor, ille Architectus? quærit *Greg 4. moral.42* *Apoc.22.*

Rupert. in Apoc. Rupertus, is citra vllam dubitationem Deus est, doctus distributor gratiarum, & bonorum operũ largus remunerator, is ille est teste S. *Ioan. 1.* Ioanne, *de cuius plenitudine omnes accepimus, gratiam pro gratia.* Ille igitur est qui in hac vita gratiam & dona sua fidelibus impertitur, quæ si bene expendantur, ab eodem Domino æternæ, gloriæ præmium recipiunt. Non etiã ineleganter hoc loco obseruabimus mensuram prudentis huius Architecti fuisse auream, quia pro gratia Dei nobis collata, quam bene expenderimus, non vulgarem aliquam mercedem consequemur, sed ex auro purissimo, hoc est magnificam & incomparabilem. Toto itaq; cœlo errant, qui eam mentem induerunt, vt putent omnes sanctos æquali gloria coronandos; minimè gentium id fiet, vt colligere est non solum ex ijs quæ supra allegauimus, verum etiam ex parabola quadam Saluatoris, vbi Paterfamilias mercedem distribuens seruis suis, qui talenta sua benè expenderant cum lucro Domini sui, alium præficit

quinq;,

quinq;, alium decem vrbibus, præmiumq; largitur pro modo & quantitate lucri & laboris. Eandem praxin obseruauit quondam Ioseph Patriarcha, dum fratribus suis bona distribueret, adeoq; iustitiæ distributiuæ æquitas talem mercedis numerationem exigit. Nam cum eiusdem virtutis officium sit trutinare & expendere merita singulorum, debet itidem præmium metiri ad mensuram meritorum angustiorem aut capaciorem; Si res postulauerit vt quibusdam de Republica benè meritis merces decernatur, qui diuersis laboribus & impari studio operam suam nauauerunt, aliam atq; aliam mercedis rationem haberi oportet. Doctrinam hanc omnē accepimus ex S. Hieronymo scribente contra Iouinianum Hæreticum, qui in cœlesti gloria nullam præmiorum distinctionē admittebat, quapropter Hieronymus in ipsum insurgens ait; *Age sententiam tuam examinemus accuratè, vt quid reijciendum sit in ea videamus. Dicis, Iouiniane virgines, viduas & maritatas in Christo semel lætas si non discrepent cæteris* *Hieron. l. 1. contr. Iouin. c. 2*

 operi-

operibus eiusdem esse meriti, in quo quidem à vero longissimè deflectis. Adhæc idem Doctor contra alium quemdam Hæreticum ponentem præmiorum æqualitatem inter virgines & coniuges, istius opinionis falsitatem exaggerat, vtrumq; igitur Hæreticum sic refellit. *Si abstuleris ordinem Tabernaculi è templo Dei, quo fine tantum laborem virgines exantlabunt? quid spectabunt viduarum curæ? cur coniuges seruare nitentur coniugalem continentiam?* Versemur omnes in peccatorũ sordibus, deinde peccata per pœnitentiã expiemus, tum omnes coronabimur instar Apostolorum his verbis stolidissimã illam sententiam expeditè iugulat & conficit. Audiamus precor quid de hac re sentiat Augustinus, qui hunc in modum loquitur: *Hæresis Iouiniana quæ coniugũ merita virginum meritis exæquabat, tantam olim authoritatẽ & applausum Romæ obtinuit, vt quædam Religiosæ simpliciores claustris relictis ad nuptias conuolarent, dum inepto alicui prædicanti aurem facilem præbuissent, qui verbosis & futilibus argumentis conabatur persuadere nullam seu virginali, seu coniugali vitæ, præmiorum differentiam assigna-*

Hier. contra Elu-id. c. 6.

Aug. lib. 2. retract. c. 22.

aßignari. Sed Ecclesia Dei quæ à veritate nunquam discrepat, huic errori sese opposuit, & tam constanter oppugnauit, vt tandem radicitus exterminauerit.

Veritati itaq; consentaneum est, virgines in cœlis habituras gradum gloriȩ eminentiorem viduis & coniugibus, idque ratione virginitatis quam in hoc seculo profitentur; id sic habere, disertis scripturæ verbis, rationibus, antiquorum Patrum & Doctorum Ecclesiæ testimonio coniuncam.

Verba scripturæ si requirimus, Isaias in primis loco superius allegato, consolans Eunuchũ, qui spontaneo castitatis voto ademerat sibi potestatẽ liberos generandi, (vt explicant SS. Patres) dicit ibidem Dominum Deum huiusmodi personis dedisse nomen longe excellentius nomine filiorum & filiarum, coniugum nempe Christianorum, qui coniugalẽ seruantes continentiam, & legem fidemq; matrimonij, cœlo quidem adscribentur, & in domum Dei admittentur, sed virgines in illa maioris dignitatis habebuntur.

Isa. 56. Hier. in Isai. Aug. de S. virg. c. 24. Basil. lib. de ver. virg. Cyril. in Isai.

Nam melius illud nomen quod Deus pollicetur, gradum longè excellentiorem significat cum honoris, tum etiam gloriæ, quo in cœlis potientur. Accedat illud quod sa-
Sap. c. 3. piens dicit; *Fœlix est mulier sterilis & incoinquinata, quæ nesciuit thorum in delicto habebit fructum in respectione animarum sanctarum; & spado qui manibus suis non est operatus iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum nequissima, dabitur enim illi fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima.* Tractatur hic de mercede quam daturus est Deus in die nouissimo, dum Iesus Christus, Iudex iustus & bonorum operum æquus remunerator electis suis mercedem communicabit iuxta meritorum conditionem & quantitatem. Tum luce meridiana clarius refulgebit excellentia gloriæ virginum, quæ singulari prærogatiua & honore consequentur *donum fidei*, nec non præclaram & honorificam sedem in augustissimo templo æternæ beatitudinis.

Verum, quid intelligitur per illud *donum fidei electum*, & insignem illam portionem quam Deus virgini-

bus

bus conferret? Certe promissum erit alicuius momenti; nam dum vulgo aliquid electum dicitur, id ipsum rarum, exquisitumue denotatur; & dum superlatiuo vtimur vt hoc loco, *Sors acceptissima*, quis ignorat eum cui superlatiuus accõmodatur præferri omnibus, de quibus inferior gradus prædicatur? illud itaq; *electum donum fidei*, quo virgines post hanc vitam ornabuntur, indicat nobis præmium non vulgare, sed singulare, correspondens amori & fidelitati perpetuę quam Christo seruauerũt in perfectæ virginitatis exercitio.

Pars autem illa tam insignis, *Sors acceptissima*, nihil aliud significat, quam sublimen illum gradum gloriæ, quẽ virgines præ viduis & coniugibus sortientur; harum quidem pars opima erit & accepta, illarum pinguior & exceptior, sed virginum pinguissima & acceptissima, reliquas omnes exsuperans; hæc est vera & syncera doctrina e scripturarũ fontibus candidè deprompta. Nunc ad rationes accedamus, paucis aliquot

perstringam. Asserunt Doctores communiter opera magis ardua & laboriosa, sublimiori dono gloriæ insignitum iri; hoc præsupposito, vbi ostenderimus statum virginitatis referri inter opera magis ardua & heroica, manebit consequenter ipsi maius præmiū & singularem mercedē deberi. Porrò virginitatē esse op⁹ magnū & arduū, patet ex ijs quę SS. Patres conscripserunt, nominatim autem Origenes qui eam iuge sacrificium appellare non dubitat; is, inquit, mihi videtur iuge sacrificium Deo offerre, qui se perpetuæ castitatis voto adstrinxit; S. Ambrosius acceptissimū sacrificium nominat, inquiens; Status ille Deo verè acceptissimus, & longè gratior quā vllū sacrificium quod in castitate offeratur. Hoc ipsum patet ex verbis A-

Rom. 1. postoli dicentis: *Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentē, sanctā, Deo placentem, rationabile obsequium vestrū, & nolite conformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens & perfecta.* His verbis Apostolus vult, & fideles o-

mnes per nomen Dei obtestatur, vt ex charitate corpus suum offerant, vt hostiam gratam & pacificã, quia id ipsum, inquit, est hostia viua sancta, rationabilis, quam dum offert homo, sensibus renouatur, è diuerso autem ij qui motu concupiscentiæ suæ abduci se permittunt, mundo conformes efficiuntur, & periculo amittendę salutis exponuntur. Quia verò varij sunt gradus in hoc genere sacrificij & obsequij Deo per corpus nostrum præstiti, & in omnibus voluntas Dei peragitur; ideo Apostolus ad singulos gradus exhortatur, vt eum conscendamus, ad quem magis ex naturali inclinatione propendemus, & maiori alacritate cordis ferimur. Qui ab opere carnis illicito extra matrimonium sibi temperant, voluntati diuinæ obtemperant, quæ *bona* dicitur. Deinde ij qui omnẽ carnis cogitationẽ excludunt, post legitimũ vsum matrimonij, volũtatẽ quoq; diuinã peragũt, quã Apost. *acceptabilẽ* nominat. Qui vero ab omni opere carnis tã licito quã illicito abstinẽt, ij etiã Dei volũtatẽ adimplẽt,

quæ *perfecta* nuncupatur, eamq; virgines per Dei gratiam exequuntur. Itaq; si virginitas est sacrificium alijs longe præstantius, sequitur illam esse opus magnum & heroicum, & consequenter dignum gradu gloriæ amplioris.

Adhæc arduum opus est, quia species quædam martyrij dicitur; nam non minus virium & roboris desideratur in eo qui virginitatem seruare nititur, quam in martyre. Martyrium ex ingenti quodam zelo charitatis suscipitur, sic & virginitas. Sicut enim vita nihil nobis charius & antiquius est, ita voluntate propria nihil deprauatæ naturæ gratius est, quæ enim sensualitate magnam affinitatem habet.

Virginitas porro & perpetua castitas, non solum simplex est martyriũ, sed continuus & perpetuus cruciatus, non enim duellum aliquod est aut conflictus extemporaneus contra carnem, non vno ictu res agitur, aut aduersus hostem vnicum, sed incessanter contra plures aduersarios decertandum est. Hinc virgi-

nibus

nibus cum Sancto Paulo licet dicere; *Propter te mortificamur iam tota die.* Et quamuis martyrium quod subimus per Tyranni alicuius rabiem, opus arduum sit quantum ad virtutem intensiuam (vt dicunt Theologi) siquidem homo se totum consecrat, vitam & substantiam vniuersam exponit; tamen hoc virginitatis & castitatis martyrium, maius est alio, (vt docet venerabilis Beda) quantũ ad virtutem & durationem extensiuam; quam non ad horam, diem, aut annum pugnatur vt ante dixi, sed vsque ad extremũ vitæ spiritum. Hac de causa merito virginitas iuge & perpetuum martyrium appellatur, & si cruentum martyrium meritis non adæquat, saltem proxime accedit, teste S. Ambrosio, & magnam cum illo consanguinitatem agnoscit, vtpote parens quasi sit & causa efficiens martyrij; nam virgines olim quæ ad obtinendam martyrij palmã cursitabãt; robur & vires omnes ex virginitate assumabãt; ideoq; idem Doctor addit, virginitatẽ laude dignã esse non tam quod in martyribus

Rom. 8.

Beda in Apocal.

Ambr. li. de virg.

tyribus reperiatur, quam quod illa martyres efficiat. Virginitas itaque & castitas votiua ritè obseruata, magnum opus est, dignum vt maiori premio afficiatur quam viduarũ & coniugum conatus. Eodem modo, gratia quam Deus ijs elargitur qui castitatem vouent, longè abundantior est ea quam ordinariè coniugibus confert, vt tradunt Theologi. Adhæc excellentia & dignitas huius puritatis ex hoc vel maximè innotescit, quod factum illud ab initio non sit obligatorium, sed supererogationis, non præcepti, sed consilij, cuiq; liberum relinquitur illud pro arbitrio amplecti vel negligere.

Hoc eleganter obseruauit S. Augustinus, dum scripsit; *Vnde,* inquit, *descendit meritum & tantus ille honos qui in cælo & in terra virginibus defertur, nisi ex eo, quod durante hac vita, virgines amore Dei accensæ, vltro renunciant voluptatum carnalium illecebris, ijs etiam quæ in matrimonio permittuntur? iccirco maior & copiosior merces in cælis eas expectat, vt etiam sit cum illis qui strenuè in stadio decertant, & victoriam reportarunt, aut in stadio currentes reliquis brauium præripuerunt.* Hinc S. Hi-

eronymus Iouiniani errorem aperte demonstraturus ait; *In propatulo est cur dixit Apostolus, de virginibus præceptum Domini non habeo. Profectò quæ præmiserat Dominus, non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datũ est, & qui potest capere capiat; Proponit ἀγωνοθέτης præmium, inuitat ad cursum tenet in manu virginitatis braviũ ostendit purißimam fontem, & clamitat. Qui sitit veniat & bibat, qui potest capere capiat. Non dicit velitis nolitis bibendũ vobis est, atq; currendum, sed qui voluerit qui potuerit currere atq; potare, ille vincet, ille satiabitur.* hæc S. Hieronymus. Cum igitur virginitas opus sit mere volũtariũ non necessitatis, & factũ sit consilij non præcepti, dignũ etiá est mercede vberiori; ob hoc potissimũ quod duas considerationes sanctas intendat.

Prima vt cor melius dirigat ad cõtemplationẽ veritatis & rerũ cœlestiũ, tũ vt virtuti operã det cui studio Deus filijs suis nihil diligentius cõmendat, vtpotè quę signũ sit cœlestis hereditatis, postmodum ad ipsos deuoluẽdæ. Altera est, vt Deo cõplaceãt, dũ amore ipsius, rẽ illi gratissimã prẹstare satagũt, ad quá nulla lege

lege obligamur sed salubri duntaxat consilio inuitamur, & exemplo inuitantis. Quapropter S. Hieronymus loco citato, vbi docuit à Deo neminē cogi, sed incitari solum ad pugnam cursumue præmij reportandi gratia, sic ratiocinatur. Christus virgines tenerius diligit, quia vltrò ipsi tantum munus offerunt, ad quod non tenebantur, virtutis etenim maioris est & vrbanitatis, id offerre quod nullo iure debes, quam id præstare, ad quod obligaris. Hac de causa S. Ioannes Euangelista præ cæteris magis dilectus fuit: quendā, inquit idem Doctor, præ alijs Christus adamabat, nempe S. Ioannem, quia speciali virginitatis prærogatiua maiorem sui amorem excitabat, virgo namq; electus fuit, quo in statu ad finem vsque perseuerauit.

Ipsi nominatim Deus in cruce matrem suam commendauit, qua tamen in mundo nihil charius habuit. En testimonia deprompta ex vtroq; testamento, en textus manifestos, disertis scripturæ verbis, & syncera in-

ra interpretum doctrina explanatos ex quibus apertè deducitur virginitatem in cœlis speciali gloriæ præmio exornari. Subijciamus nunc SS. Patrum & Doctorũ testimonia, qui semper primas virginitati detulerunt; Primum quidem author libri de pudicitia sic ait: Non dubito quin pudicitia priorem gradum obtineat in persona virginũ, alterum in continentibus, tertium in coniugibus; virtus hæc in omni statu gloriosè refulget, siquidem fidem matrimonio datam custodire laudi ducitur; illo autem per obitum alterius vtrius dissoluto, ad secundas nuptias intuitu castitatis non aspirare, maiori laude dignum est.

Virginitatem verò sectari, & ab ipsis incunabulis inuiolatam seruare, hoc virtutis opus plusquam heroicæ. Huic sententiæ subscribit S. Gregorius dicens: Primo gradu sedet virginitas, altero continentia, tertio coniugium, vltimo peccatoris conuersio. Eosdem gradus facit S. Hieronymus, tam meritorum quam præmiorum habito respectu, dicens:

dicens: *Non nego beatas esse viduas, quæ ita post primas nuptias manserint, nec illarum detraho merito, quæ cum viris in castitate perdurāt, sed sicuti hæ maioris apud Deum præmij sunt, quam nuptæ coniugali officio seruientes, ita & ipsæ æquo animo patiantur virginitatem sibi præferri. Si enim illas sera pudicitia post despumatas corporis voluptates erigit contra maritatas, cur non infra perpetuam castitatem esse se nouerint.* Hæc S. Hieronymus. Huius præeminentiæ respectu. Vates Regius (teste S. Gregorio) per aurum virginitatem intelligit; *Assistit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato; Quid est enim vestitus aureus*, ait idem Doctor, *nisi decor & honor corporis virginalis? Vestitus quidem dicitur (hic status) quia foris fulget in corpore, aureus autem, quia præcellit dignitate. Omnes autem metalli species auro inferior est. Sic nimirū omnis pudicitia alia, decori virgineo comparari non potest.* Quocirca virgines loco sublimi positæ dicuntur, & nubes volatu transcendere, terrenis fœcibus nunquam immorantes. Hoc idem sanctus Doctor alibi eleganter obseruauit inquiens; Virgines dicuntur esse in sublimi, quia quod huma-

riam naturam superat, in altissimo virtutum culmine situm est. Vnde & virgo ille dilectus Iesu, locũ virginum insinuans, ait; *Vidi agnum stantem in monte Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, qui in frontibus habebant scriptum nomen Agni & Patris eius: Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocunq; ierit;* his verbis S. Ioannes explicat non tantum locum, sed etiam gloriam status virginalis.

In monte quidẽ esse cum agno dicuntur, quia per meritũ incorruptionis quo à terrenis & carnalibus diuidũtur, in superna redẽptoris gloria sublimantur, hæc ille. Idcirco olim super cortinas byssi retortæ, saga cilicina, & pelles arietũ rubricatas quas Deus fieri præceperat ad operiẽdũ tectũ tabernaculi, collocatæ erant pelles Ianthinæ; quæ repræsentabãt virgines, vtpote superiori & digniori parte tabernaculi cœlestis residentes.

Sedes vestra, ô virgines, situ sublimis est, bonis affluens, forma elegans, habitatatione iucunda, & omni-

omnibus delicijs abundans. Hinc igitur patet virgines non solum æternæ fœlicitatis esse participes, sed ijs etiam præmium beatitudinis deferri gradu longè superiori: Hinc Deum videbunt clarius & perfectius cæteris, eum amabunt ardentius, ipso fruentur blandius, vtentur iucundius, ipsi vnientur arctius, laudes concinent suauius, vt quæ maiori gloria & honore coronatæ sint, donatæ amplioribus thesauris, illustriori porrò excellentia dotatæ. Tum vna cum Christo matrimonij sui consummatione gaudebunt; qui ipsis erit æternæ fœlicitatis obiectum, & radians diuinæ gloriæ speculum; illic ex animi sui sententia immensas diuinitatis opes consequentur; illic sitim & desiderium conuersandi cum sponso explebunt, ipsarũ corpora honoris & immortalitatis insignibus illustria cernent & admirabũtur magnalia Dei, gloriam & decorem eius qui se de seruitute tartarei Tyranni vindicauit. Quamuis autem omnes electorum animę eo ipso quod cum Deo vniantur,

tur, fruituræ sint gaudijs nuptiarum suarum spiritualium, & consequuturæ præcipuos effectus gloriç, quos animæ dotes appellamus, replebuntur siquidem & locupletabũtur hac gloria in præcipuis suis facultatibus, tam in rationali & intellectuali mediante visione diuina, tam etiam in concupiscibili, mediãte perfecta charitate, quam in irascibili mediante vera solidaque omnium bonorum affluentia & possessione: His tamen non attentis, quia virgines altiorem matrimonij gradum tenent, præ cæteris vt supra docuimus, ideò maiori cum gloria & triumpho nuptias suas in æternum celebrabunt, & dotem pinguiorem accipient præ cæteris, sibi statu & meritorum laude inferioribus; adhæc illustriori corporum forma & splendore induentur. Excellentius præmium virgines obtinebũt, prout meritis longe superant; scutatis aureis, nobilibus rosatis, ducatis, & huiusmodi numismatis ex auro puro conflatis non erunt absimiles, illa exiguo pudore & quãtitate magni

tam blandè vos & statu pudicitiæ dimouere nituntur; vbi sunt scrupulosi isti moriones, & improbi consiliarij, Harpiaue infernales qui diuinæ inspirationis gramen è mentibus vestris extirpare tentant! explosis eorum persuasionibus & prædigijs, o delicatulæ & tenerrimæ columbæ, inchoatum iter percurrite, nec ab eo vel ad latum vnguem deflectatis. Cordibus vestris perpetuo obuersetur altitudo gloriæ, & præmij vobis à Deo promissi magnificentia, sic hostium vestrorũ infœlices conatus fœliciter eludetis. Hoc in casu, si lubet, consulite S. Gregorium Ecclesiæ Doctorem peritissimum. *Author sum* (inquit) *virginibus & viduis, vt semper æternorum præmiorum amplitudinem considerent; quia oculos in altum erigentes, omnes procul dubio tentationes, & laqueos Dæmonis effugient; qui enim fœlicitatem perpetuo duraturam sibi ad oculos ponit, momentaneam aliquam & perbreuem molestiam nullo negotio patietur.*

Hoc igitur præmium, gloriam & honorem sibi virgo tanquam Scopum præfigat, quanta cum alacritate sel-

latum

DE FOELICITATE QVAE circa præmiorum accidentalium perceptionem verſari dicitur.

HAbito tractatu ſat copioſo, de fœlicitate poſita in præmio eſſentiali, quod in cœlis virginibus loco ſubſtantialis mercedis reſeruatur; ſupereſt vt paucis agamus de fœlicitate quæ verſatur circa tres alias præmiorum ſpecies, quas vulgò accidentales dicunt, vtpote à primo illo eſſentiali plurimũ diſtantes. Hæc doctrina multum facit ad hoc vt virgines benè intelligãt axioma veriſsimum, nempe omnem pompam, luxum & ſplendorem mundi, huic æternæ fœlicitati comparatum, nihil eſſe niſi meræ vanitatis vmbram, adhæc omnes voluptates & diuitias terræ cum præmio & mercede cœleſti collatas, haberi vt quiſquilias & titiuillitia, quæ quilibet ſanæ mentis pedibus conculcaret.

CAPVT I.

Quidnam nomine præmij accidentalis intelligamus.

SCiſcitanti alicui, quidnam ſit pręmium accidentale ſeu acceſſorium, quo in cœleſti patria donabimur, reſpondeo illud ſic vocari, ob

differentiā à præmio eſſentiali, quo cum ſi conferatur, habebit ſe (ſic loquuntur Philoſophi) vt accidens reſpectu ſubſtantiæ, cui multis partibus cedit.

Quapropter ſi fortè ad perfectionem præmij accidentalis aliquid deſiderari videretur, & re ipſa deſideraretur, non iccirco quicquā fœlicitati decederet; ſiquidē in eſſentiali præmio tota animæ beatę conſiſtit fœlicitas. Et quemadmodum is mutilus & imperfectus dici nequit, quem vultus albèdo, corporis elegans forma, doctrina aut huiuſmodi qualitas deficit; ſic nec imperfectè beatus vocari poſſet is qui pręmijs accidentalibus & acceſſorijs deſtitueretur. Hæc præmia idem operantur, quod inſigne aliquod artis opus circa ſubiectum ſuum; exempli gratia, quod aureà incruſtatio circa parietes, limbi & fimbriæ in tunica, emblemata in tapetibus, tabulæ, mappæ, & imagines in domo.

Sciendum autem eſt cur hoc diſcrimen ſtatuatur inter hæc, & eſſentiale præmium, ſic enim videbimus

vnde

vnde virginũ fœlicitas potiſſimum dependeat. Obſeruabimus itaque præmium eſſentiale, eſſe gaudium deſumptũ ex Deo & in Deo, ex quo fit vt proprium huius gaudij & præmij obiectum, ſit ipſe Deus, qui ſolus abſq; alio adminiculo animam beatam efficit. Hinc S. Auguſtinus ait, *Beatus ille, ô Deus, qui tibi notus eſt, etſi neminem alium notum habeat; qui verò te nouerit, & omnia creata tecum, non idcirco beatior dici poterit, ſed in tui vnius cognitione beatitudinem conſequetur.* Præmium accidentale non à Deo deſumitur, ſed aliquid eſt extra ipſum, nempe lætitia, alacritas & iucundiſſima memoria bonorum operum quæ in hoc mundo diuinæ maieſtati accepta fuerunt; Electi in cœlis captabunt gaudia ad proportionem bonorum operum quæ hic in terris patrauerint, ita vt ſingulis virtutibus ſua merces adæquetur, ſua humilitati, ſua patientiæ, ſua cæteris. In huius rei fidem adducam inſignem hiſtoriam, qua commemoratur apparitio & reuelatio quædam facta Ludtgardi virgini caſtiſſimæ.

Aug. l. 5. confeſſ.

Surius 16 Iun.

Illa quodam die, visa fuit videre præclarum illum Doctorem Ioannem Lyranum Leodiensem, virum dum in viuis existeret zelo religionis & vitæ sanctimonia conspicuũ, triplici veste succinctum alba, rubea, & cærulea; ab eoq; percontari cœpit cur habitu illo versicolori indueretur, cui ille, vestis illa candida in virginitatis meæ testimonium quam ab ipsa ephebia intactam seruaui, mihi donata est; rubeam quam cernis accepi, in compensationem multorum laborum & ærumnarum, quas tota vita ad propugnandam veritatem & iustitiam pertuli: Cæruleum vero indumentum reliquis superinductũ, est mihi pro signo vitæ spiritualis cui me totum addixeram. Ex hoc exemplo facilè colligimus, nullum esse bonum opus, cui non debeatur & referatur sua merces; nam vt inquit Apostolus, Deus iniquus non est qui bonorum operum obliuiscatur.

CAPVT II.

Virgines pluribus gaudijs abundabunt, ijsque longè plenioribus & perfectioribus quam alij multi.

NVllam video rationem dubitandi, quin quicunq; virginalem statum eiusq; regulas accuratè seruauerit, multis accidentalibus præmijs in cœlo sit afficiendus, & singulari gaudio fruiturus. Nam si quis benè perpenderit laudes quas ipsi sponsus in Canticis defert, dum sponsæ suæ formam à planta pedis vsque ad verticem describit, facilè notabit sponsi animum eò spectare, vt varia sponsæ merita, & diuersas virtutes suis laudibus exornet; hinc tot encomijs deprædicat comam, dentes, labia, genas, vbera, collum, & denique corpus vniuersum, dum ait; *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Vates Regius Christum alloquens, de hac Regina, Ecclesiæ suæ filia primogenita dicit, *eam astitisse à dextris eius in vestitu deaurato circundatam varietate*: hæc porrò vestium varietas nihil aliud significat quam Cant. 4. Psal. 44.

 diuer-

diuersa virtutum & gratiæ opera quibus incumbimus in hoc seculo, Deo mediante, quorum quidem operum cum virgo mercedem expectet in altera vita, ideò dicitur circundata varietate, vt semper sibi certo persuadeat, præmium singulis virtutibus esse destinatum. Dum huius vitæ perbreuis terminus expirauit, ex tot tantisq; thesauris quos congessimus, nihil nobiscum asportamus præter bona vel mala exercitia; *Opera enim illorum sequuntur illos!* teste Euangelista. *Apoc. 14.*

Quamobrem vbi virgo sui instituti obseruantissima debuerit vitam hanc fluxam & caducam cum immortali commutare, habebit in comitatu suo labores & opera sua sancta quæ Dominus in codicem receptorum contulit, & plenissima solutione compensabit. Anima virginis, ea est quæ tanquã *incensum thuris & myrrhæ & omnium aromatum? ascendit ex deserto; innixa dilecto suo omnibus deliciis & opibus affluente. Balsamum illud aromatizans*; quod vsque ad nares diuinas peruasit, sunt merita *Cant. 8.*

bono-

bonorum operum quæ animas fidelium ex hac vitâ emigrantes comitantur: hinc Apoſtolus de pijs hominibus dicit, quod ſint, *Odor vitæ in vitam*, ſiquidem ex bonis operibus colligitur, vtrum quis vitam gratiæ in Deo viuat. nam vt ſcitiſſimè ſcripſit Sanctus Gregorius, probatio dilectionis, eſt operis exhibitio. 2. Cor. 2.

Neque vero ſolum eſt *odor vitæ*, ſed *ad vitam*, quia in altera vita iſtius odoris mercedem recipimus. Virginem autem ſponſus vocat fumum & thymiama odoriferum, vtpote quæ non tantum in hac vita odores exhalet ſuauiſſimos ex meritorum ſuorum thuribulo; ſed etiam illa ipſa odor eſt gratiſſimus, qui penetrat vſq; ad beatam & æternam vitam, vbi fœliciter ſuis præmijs & gaudijs circumfluit. Incenſum quoque illud, non ineleganter thuris & myrrhæ & omnium aromatum ſimul contuſorum & permixtorum dicitur, quia omne bonum opus eſt inſtar pyxidis aromaticæ, quæ fundit odorem

vitæ ad vitam, quia in hac vita proximum bono exemplo ædificat, & in altera fructu & præmio suo afficietur. Virginum autem merita cum sint multiplicia, ideo incensum illud compositum dicitur ex myrrha mortificationis, thure orationis, & omnibus aromatis, id est omnibus virtutum generibus. Quapropter cum virgines sint quasi imprægnatæ omnibus delicijs, ob tot virtutes, quibus exornantur, scriptura dicit eas *innixas esse sponso*, cuius adminiculo sese in cœlos efferunt, siquidem omnia eorum merita & virtutes ab ope & gratia diuina proficiscuntur. Constat itaque virgines in cœlesti patria fruituras varijs donis & gaudijs, ob diuersas earum virtutes & merita. Hinc obseruandum est, virgines non solum studere virginitati corporis, sed etiam mentis, quæ tum maxime seruatur, dum ex alijs virtutibus quibus exercemur vtilitatem captamus. Virginitas enim Domina est, quæ nunquam otio indulget, perpetuo inter virtutes conuersatur, à quibus etiam munitur & pro-

propugnatur, ad hæc etiam notare debemus castitatis votum & exercitium ad hũc finem emitti, vt quis liberius Deo vacet & seruiat, sicut testatur Apostolus; *qui sine vxore est, curat, quemadmodũ placeat Domino suo, sic & mulier sine viro curat vt anima & corpore sanctificetur.* Virgines itaque Deo sunt in delicijs non solum ratione virginitatis, sed etiam ratione operum pietatis & deuotionis, propter quæ Deo grati efficimur, eius seruitio omnem curam impendimus, & cum mentis tum corporis integritatem conseruamus.

Virgo nullatenus decreuit vitam suam reddere conformem vitæ nuptarum aut nupturientium, altius aciem oculorum suorum intendit, & locupletiorem negotiationem instituit. Nam præterquam quod cum coniugibus omni bono dat operam, & in mundo conuersans omni studet virtuti, modestiæ nimirum, humilitati, temperantiæ, patientiæ, & virtutum moralium incremento, quibus mores suos excolat & vitam componat; eò nihi-

lominus vel maximè ſpectat vt Deum amat, ipſi ſedulo ſeruiat, & toto corde in omnibus, per omnia, & præ omnibus vacet; tũ vt locupletetur pietatis, deuotionis, charitatiſue theſauro; denique vt ſanctè & perfectè viuat coram Deo in ſancta ſui ſtatus obſeruantia, ducendo vitam cœleſtem & angelicam in corpore mortali & terreno.

Virgini reuera poſſumus illud accommodare ſeu applicare quod olim dictum eſt de officio Regis aut Principis (nam & virgo in ſuo ſtatu Regina eſt & Principiſſa) nimirum eam non debere cogitationes ſuas addicere rebus fluxis & caducis, ſed perennibus & æternis; hinc S. Hieronymus ad Euſtochium ſuam ſcribens ait; Sponſa Christi eſt arca teſtamenti extrinſecus & intrinſecus deaurata, cuſtos legis Dei: *Sicut in illa nihil aliud fuit, niſi tabula teſtamenti, ita & in te nullus ſit extrinſe us cogitatus.* Et præmiſſis itaque conſtat virgines meritis & virtutibus abundare, & per conſequens affatim fruituras plurimis gaudijs & præmijs

præmijs in æterna gloria. Hæc illa est vtilitas quam sanctus hic status producit, de qua scriptum est, *hoc dico ad vtilitatem vestram*, homo quippe castitatis obseruans, diuino seruitio aptus efficitur. Operæpretium igitur est vt motus nostros sūma vi refrenemus, nos ipsos debellemus, & animum generosum præbeamus in propugnatione arcis virginalis tam firmæ & tanti momenti, si quando Deus in ea nos præsidere iusserit, eiusq; administrationem nobis crediderit. Vtilitatē virginitatis laudauit etiam Poeta ethnicus dum ait: 1. Cor. 7.

Vtile propositum sauas extinguere flammas, Ouid.
Nec seruum vitiis pectus habere suum.

Neq; etiam scriptura tantam castitatis vtilitatem silētio præterit, aut aliorum pietatis operum fructus & commoda; de quibus Isaias ait; *ædificabunt domos & inhabitabunt, plantabunt vineas & comedent fructus eorum, non ædificabunt & alius habitabit, opera manuū eorū inueterascent, non laborabunt, quia semen est à Deo benedictum & filij ipsorum cum eis.* Isai. 65.

Hæc verba metaphoricè accipi-

enda sunt, vt intelligamus virgines in altera vita non priuatum iri fructu suorum meritorum & bonorum operum, quæ sunt spirituales earum filij, & posteri, scriptum enim est, *In filios filiorum.* Porro vt paucis rem expediamus, hæc verba indicant vnicuiq; laborum suorum mercedem assignandā esse, nec quenquam suo præmio cariturum; inueterascent opera eorum, inquit Propheta, id est, perdurabunt, quia vt dicit Apostolus, licet opus nostrum sit extemporaneum & paruæ durationis, nobis tamen adfert æternæ gloriæ prę-mium; *Quod momentaneum est & leue tribulationis nostræ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis*; manet igitur virgines in vanum non laboraturas, mercedem etenim suā abundè consequentur. Subdit postea quòd non parient filios in ærumnis & angustijs, quia filij virginum non ex carne, sed ex spiritu generantur; hi filij sunt pacis & lætitiæ, adeoq; filij benedictionis appellantur. cum verò propter hos filios in altera vita præmia habituri simus, quæ sunt vt filij filiorum,

rum, ideo Propheta dicit, filios filiorum cum ipsis victuros. præuidebat olim Isaias hæc gaudia, in cœlis futura, idcirco ait; *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me veste salutis & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis, sicut enim terra profert germen suum & sicut hortus semen suũ, sic Dominus Deus noster germinabit iustitiam & laudem coram vniuersis gentibus.* Hęc omnia verba referuntur ad virgines, & mercedem laborum ostendunt, & præmium quo opera eorum compensabuntur. Isai. 61.

Verumenimuerò nos adhuc in generalibus terminis consistimus, descendamus nunc ad particularia. in primis assero, virgines in his gaudijs & triumphis non solum futuras beatas, quod commune est omnium qui viuunt in cœlis, sed plærisq; alijs longè fœliciores euadent, principaliter quidem ob duas rationes; vna est, quia opera in corporis & mentis puritate effecta, præ se ferũt nescio quid gratiæ & leporis, quod

in alijs non reperies quæ tanto candore & puritate carent; sanè ad homines quod attinet, rem aliquam manu virginali factam aut contrectatam pluris faciunt, alia re eandem prærogatiuam non habente; huius causa est ipsa integritas, quæ pergrata est non solum in subiecto suo, sed etiam in operibus suis. Hinc S. Ambrosius loquens de Ioseph filio Iacob, sic disserit. *Sit nobis propositus S. Ioseph, tanquam speculum castitatis. In eius moribus, in eius actibus lucet pudicitia, & quidam splendet castimoniæ comes internæ gratiæ. Vnde etiam à parentibus plusquam cæteri filij diligebatur.*

Ambr. de S. Ioseph.

Adhæc constat S. Ioannem Euangelistam præ omnibus Apostolis Christo in delicijs habitum fuisse, idque ratione virginitatis quam reliqui non habebant. Vt doctrinam hanc nostram solidius probem, abundamus exemplis cum domesticis tum extraneis & peregrinis, tum etiam antiquis & recentioribus, vbi multæ & amplissimæ vrbes, imò etiam integra regna ab hostium inuasione tuta fuerint precibus deuotarum

rum virginum. Aſsiſium Spoletani Ducatus vrbs in Italia, precibus S. Claræ liberatum legimus ab arctiſſima Saracenorum obſidione. Lemouicenſem vrbem etiamnum fateri nouimus, ereptam ſe à furore & deuaſtatione Hæreticorum noſtri temporis, orationibus puerorum virginum qui pro more habent quotidie certa hora ſalutare virginem Deiparam, procidentes ante ipſius imaginem publicè ſupra portam ciuitatis erectam, licet S. Marcialem vt patronum & protectorem ſuum recognoſcant, vt qui primus etiam vrbis Epiſcopus fuerit. Neminé ignorare crediderim, quomodo Deus coronam & ſtatum Frāciæ lafactatum corroborauerit ope cuiuſdam virginis, cui nomen erat Ioanna puella, quę Angelum ex Frācia depulit obſidionem Aurelianenſem ſoluit, Regem Carolū VII. Remos ad coronā accipiendā perduxit, & tot heroica facinora patrauit quę Hiſtorici poſteris teſtata reliquerunt. Deus itaque vt ad propoſitum redeam virginē hanc Amazonem Frācicam elegit

elegit & animauit ad subueniendum afflictis rebus Franciæ, quo effectu declarauit, id quod manu virginum peragitur habere nitoris aliquid externi & grasiositatis quod non habet quum expeditur ab alijs personis, hoc titulo carentibus; opera itaque maiori puritate fulgentia, oculis diuinæ maiestatis sunt acceptiora; & cum virgines purissimæ sint, fieri nequit quin earum opera Deo sint acceptissima, ob crystallum illud puritatis, & alabastrum candoris seu integritatis (quamuis & alia possint occurrere quæ huiusmodi opera Deo placentia reddant) vnde fit vt maiorem virginibus fœlicitatem adferant quam alijs. Eadem videtur fuisse mens S. Ioannis Chrysostomi dicentis, coronam, præmium, retributionem, & promissiones factas operibus quę in hoc statu perficiuntur, eo maiores esse, quo virginitas cæteris hominum conditionibus antecedit.

Chrysost. in Genes.

Altera ratio est quia virgines pręcellunt viduis & coniugibus, tam ob sui status qualitatem qui primas tenet

tenet in Ecclesia militanti, & ob multas prærogatiuas naturæ & gratiæ quibus Deus hunc statum cæteris præeminere voluit, maximè in aduentu filij sui, qui ex virgine nasci dignatus est, quam ob frequētia bonorum operum exercitia.

Nam quamuis viduę bonis operibus incumbant (si modo vitam statui suo consentaneam viuāt) tamen necdum callum obduxerunt in via sanctarum occupationum, neq; etiam bonorum operum consuetudinem contraxerunt, quam multo vsu virgines præscripsere: sic nec coniuges, assiduam virtuti operam dare possunt, quia domesticis familiæ negotijs implicantur. Vnde fit vt virgines thesauro bonorum operum abundent, & proinde copiosiorem mercedem accipiunt viduis & coniugibus. Ad propositum nostrum eleganter facit, quod dicit S.Hieronymus scribens contra Eluidium Hæresiarcham, qui ineptissime inter vtrumq; statum esse mercedis æqualitatem contendebat; *Quæ non est nupta, cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta*

corpore

corpore & spiritus, vt testatur Apostolus. Idem tu putas esse diebus & noctibus vacare orationi, vacare ieiuniis, & ad aduentum mariti expolire faciem, gressum frangere, simulare blanditias? Illa hoc agit vt turpior appareat, & naturæ bonum infuscet iniuria. Hæc ad speculum pingitur, & in contumeliam artificis conatur pulchrior esse quam nata est. Inde infantes garriunt, familia perstrepit, liberi ab osculis & ab ore dependent, computantur sumptus, impendia præparantur. Hinc cocorum accincta manus carnes terit, hinc textricum turba commurmurat, nunciatur interim vir venisse cum sociis. Illa ad hirundinis modum lustrat vniuersa penetralia, si thorus rigeat, si pauimenta verrerint, si ornata sint pocula, si prandium præparatum. Responde quæso, inter ista vbi sit Dei cogitatio? Et hæ fœlices domus. Cæterum vbi tympana sonant, tibia clamat, lyra garrit, cymbalum concrepat, quis ibi Dei timor? Parasitus in contumeliis gloriatur, ingrediuntur expolitæ libidinũ victimæ, & tenuitate vestium nudæ impudicis oculis ingeruntur. His infœlix vxor, aut lætatur & perit, aut offenditur, & maritus in iurgia concitatur. Hinc discordia seminarium repudij. Aut si aliqua inuenitur domus, in

qua

qua ista non fiant, quæ rara auis est, tamē ipsa dispensatio domus, liberorū educatio, necessitates mariti, quam à Dei cognitione non auocent? Hęc S. Hieronym. An non subtilis hic Doctor manifestè docuit & probauit coniuges occasione sui status tot distractionibus implicati, nō posse commodè in exercitijs diuinis operam impendere, aut bonis operibus Deum sibi deuincire? si igitur personæ huiusmodi suis negotijs torquentur & miserè distrahuntur, virgines è contra totos dies diuino cultui insumere possunt, sequitur coniuges (quamuis in suo statu salutem animæ consequi valeant) virginibus inferiores esse quantū ad sanctitatem operum, è quibus amplior & copiosior merces colligitur.

Virgines & continentes charismata & dona Dei possident pleno cornuijsq; redūdant; alij de his participant parcius, & quasi per subdiuisionem. Virginitas & continentia est in Ecclesia instar soli fœcundissimi & amœnissimi, vbi crescunt, florent & pullulant, semperq; creuerunt, floruerunt & pullularunt myrte-

myrteta virtutis, doctrinæ & sanctitatis. Virginitas est prædiues arca virtutum, amuletum odoris gratissimi, arbor deniq; fructibus grauida, quos suo tempore ad maturitatem perducit. Quid iam dicendũ superest, nisi vt concludamus virgines in hoc præmiorum accidentalium genere non solum fœlicitatis fore compotes, beatasue futuras, sed & beatissimas.

CAPVT III.

De tertio præmiorum genere, quod Aureola nuncupatur.

ACcedamus nunc ad tertij præmij declarationem, quod vulgò Aureolam nominant; vt vel ex hoc ostẽdamus gloriam singularem in cœlo virginibus reseruari. Nomen hoc *Aureola* sancti Patres desumpserunt è duobus locis Exodi, vbi dicitur quod super mensam auro coopertam, & super aurea labia posita fuerit aurea corona, & super hanc corolla quædam etiam aurea. Primæ nomen erat *Aurea*, secunda seu minor, *Aureola*, id est corolla aurea; *ipsique labio fecit coronam auream in*

terra

terra Silem quatuor digitorum, & super eandem alteram coronam aureolam. In cœlis pro mercede laborum noſtrorum non vtiq; dabitur corona materialis prout in hac vitâ mos obtinuit; ſed quia non adeo ſumus perſpicaces & à terrena concretione liberi in hoc ſeculo, res verò cœleſtes ſunt & ſpirituales, ideo ad illarum cognitionem venire non poſſumus, niſi relatione quadam vel ſimilitudine facta ad res ſublunares. Quamobrem ſcriptura præmium futuræ vitæ nobis declaratura, id facit maximè per intelligentiam rerum in hoc ſeculo pretioſarum, quæ Regibus etiam & Imperatoribus conueniunt deferunturue. Hinc Doctores Eccleſiæ docent, coronas illas quas Deus fieri iuſſit in lege Moſaica, ſignificare præmia glorioſa quæ in cœlis aſſeruantur quaſi ſuper abbacũ poſita, electis Dei poſtmodum diſtribuenda, qui viriliter decertauerint, & fœliciter victoriam reportauerint aduerſus mundum, carnem & Dæmonem. Hinc etiam in ſcripturis de quouis iuſto dicitur, quòd

quòd in capite gestet coronam auream, gemmis gloriç, honoris & fortitudinis insculptam; *Corona aurea super caput eius, expressa signo sanctitatis, gloriæ & honoris, & ope fortitudinis*; tum additur; *Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini.* Eccl. 45. Verumenimuerò sancti Doctores magnam differentiam statuunt inter coronas *Auream* & *Aureolam*; per primam enim intelligũt essentiale præmium cœlestis gloriæ; per alteram vnum è præmijs accidentalibus, particulare & singulare longèq; excellentius alijs duobus, quod magno est ornamento isti essentiali, quemadmodum elegans aliqua corolla affabre cælata, & aptissimè collocata in apice magnæ coronæ Regis, quæ quidem magna corona ob adiunctam minorem multo illustrior appareret. *Aureola* itaque nihil aliud est quam vnum è præmijs & gaudijs accessorijs, sed insignius illud, & præ cæteris fulgidũ, quod non omnibus electis deferetur, verum priuilegiatis quibusdam personis, quæ hoc ipsum dum in viuis existerent sibi pepererunt. In omni statu & Republi-

ca benè constituta id accuratissimè & scitissimè obseruatur, vt egregia & heroica cuiuuscunque facinora, labores & expeditiones arduæ sua mercede donentur & iustis præmijs cohonestentur, quod quidē non generali duntaxat consuetudine inualuit, verum etiam vt homines ad conatus eximios & sublimes prouocarentur, Veteres (vt tradunt Historici) certa præmia designarūt quib' decorarētur ij qui res arduas gessissent. Huius rei fidē nobis facit vrbs Roma caput orbis vniuersi, quę olim vltra consueta militū stipendia, certis coronis donabat eos qui vi armorum vel castrensis disciplinæ solertia actum generosum perpetrassent; siue in ipso conflictu ciuem Romanū hosti eripuissent, siue primi murum conscendissent; adeoq; corona ciuica, murali & triumphali insigniebātur, dum hostem fuderant vel in fugam cruentam verterant. Hunc morem Dominus Deus Rex noster summus, nobiscū seruare videtur, vtpote cupiens nostrū singulos exerceri in stadio virtutis tanquā generosos & stre-

& ſtrenuos milites exercitus ſui Chriſtiani. Mandatorum ſuorum obſeruantibus pollicetur gloriam & pacem ſempiternam; *Gloria & pax omni operanti bonum*; illis verò qui aliquid amplius & magis egregiũ tentauerint, vltra communẽ cœli gloriam quæ *Aurea* nuncupatur, deferet & largietur aliud præmium ſingulare, nimirum *Aureolam*, animas eorum perfundet alacritate, gaudio, gratia & decore ſpeciali, quem cæteri contemplabuntur, & obſtupeſcent pariter in cœleſti gloria tantam & tam eminentem qualitatem gratiæ & excellentiæ ſingularis

CAPVT IV.

De fœlicitate quæ virginum Aureolam concernit.

EXhibita nobis eſt ſanctæ virginitatis idea cataphracto corpore circumuolans inter tela multarum calumniarum & obiectionum ex humana pharetra depromptarum; iam nobis graue non ſit eandem intueri coronatam, regnantem & triumphantem in pace & gaudio ſempiterno. Inter omnes egregios

cona-

conatus, inter ardua facinora, & cordis excelsi generosiue molimina, tria potissimum reliquis antecellunt, quæ quidē spectant ad pietatem iustitiæ Christianæ, & ab omnibus vulgò non exercētur, aut si ea tentent, saltem prosperè non expediunt. Sed mentes duntaxat cœlesti gratia magis imbutæ, natura sua puriores, animo excelso & generoso valentes, vt selecti & robustiores è toto exercitu Christi Domini ad sustinendum impetum & incursiones luctæ tripliciter diuersæ & arduæ qua nos adorìtur Dæmon, Mundus & caro.

Primum duellū quo aperto marte pugil Christianus experitur, illud est, vbi dimicat aduersus mundum hostem suum iuratum, tanto cum valore, robore & alacritate, vt priusquam animo concidat & fractis viribus hostium potestati se dedat, qui tyrannicè & impiè Ecclesiam Catholicam infestat, malit vltro sanguinem suū profundere ad orthodoxæ fidei testimonium. Altera pugna eorum est qui summa

ope cum Sathana decertant, quem non ſolum ex poſſeſſione ſui cordis & corporis deturbare nituntur fulmine amoris & timoris domini, & propriorum vitiorum paſſionũue mortificatione; verum etiam bono exemplo & ſana doctrina eundem depellunt è penetralibus & conſcientia proximi quam callidus ille ſerpens inuadebat, vel iam inuaſerat ope & ſubſidio peccati, quòd aſtutè & ſubdolè in mentem ipſius inſinuauerat. Tertius conflictus eos expectat qui profitentur ſe corpus & carnem ſuam ſub regula & diſciplina integritatis & puritatis angelicæ ſeruaturos, vt corpus animæ imperio ſemper ſubmittatur, & caro ſpiritui Domino ſuo naturali & legitimo. Hęc ſanè opera ſunt prorſus ardua, dubij certaminis, & expeditionis generoſæ; non exigua virtus eſt, vt coram Regibus & Imperatoribus religioni catholicę infenſiſſimis manibus pedibuſq; vincti, nihil faciamus equuleos, laminas, cãdentes forcipes, & craticulas, ſed animo deliberato parati ſimus vitam

tam & si quid vita charius est exponere. Acies, mediæ & extremę certaminis huius alæ ipso aspectu reuera sunt formidabiles, ad quarũ impressiones sustinendas & infringendas, mirum quantus conatus, quantæ vires requirantur. Heroicũ planè facinus est Dæmonem aggredi, contra eum feruentibus orationibus dimicare, & eum sic solidis rationibus conuincere, & bonis instructionibus contundere, vt prædã quã spe iam deuorauerat laxare cõpellatur. Infracti etiam & generosi pectoris est, viuere inclusum parietibus corporeis, nec tamen voluntati corporis obtemperare; *In carne enim ambulantes, non secundum carnem viuentes, sed nostra conuersatio in cœlis.*

Quemadmodum igitur hęc prælia grauia sunt & ardua, sic & victoriæ insignes reportãtur, & gloriosa prępmia deferuntur. Cum itaq; inuicti Martyres in hac bellantiũ arena, prima victoria potiãtur, prior etiã Aureola ipsis decernitur; & quia in altero cõgressu Doctores Ecclesiæ prępualẽt, secũdã Aureolã pręripiũt. Po-

ſtremo cum virginitas in periculoſiſſimo corporis & animæ duello, carnem & ſanguinem domat heroicè; hinc iure merito tertia corona redimitur. Sancti Martyres priori corona donantur, quia potentiâ quam iraſcibilem nominamus vſi ſunt dexterrimè, manum operi adhibentes, & ſtrenuè reſiſtentes perſecutioni & impijs conatibus hoſtium Dei & Eccleſiæ. Alteram SS. Doctores reportant, eo quòd iuxta normam virtutis & imitationem Chriſti, rationem ſuam & doctrinam veritati conſentaneam reddiderint. Virgines deniq; tertium captant præmiũ, eo quod viriliter certauerint, & plenũ vſurpauerint dominiũ ſpiritus contra potentiã concupiſcibilem, ita vt nunquam voluptati obſcœnæ & ſenſuali obtẽperauerint. Priores illi Athletæ Chriſto ſunt conformes, in quantũ mortem, eamq; crudelẽ & violentam perpeſſus eſt. Secundi ordinis pugiles proximè ad ipſum accedunt, inquantum fuit Doctor Eccleſię, & primus Euangelij ſancti promulgator.

Nec

Nec etiam virgines à modo viuendi ipsius longè discedunt, imò corporis & animę lineamentis ipsi sunt simillimi, in quantum ipse est virgo, natus ex vtero virginali, Agnus purissimus & immaculatus: Dicendum itaq; nobis est de Aureola virginum, cæteris prætermissis quæ ad institutum nostrum non faciunt; O insignem coronam, ô illustre diadema! Aureola dicitur, id est aurea corolla, parua quidem, si ad magnā illam & essentialem respiciamus, aurea tamen, hoc est, incorruptibilis & æterna, vt interpretatur S. Hieronymus, aurea inquam qualis illa est qua Reges in terris coronantur, nam omnes virgines Reges & Reginę sunt in cœlesti gloria. Quia vero hæc Aureola, reapte nihil aliud est quam ineffabile & perenne gaudium, ob tam insigne facinus perpetratū amore Christi, hinc magnitudinē huius gaudij considerare non est incōmodum; de illo S. Ioannes in hunc modum scribit; *audiui vocem de cælo, quasi cytharoedorum cytharmizantium in cytharis suis, & cantabatur canticum nouum ante*

Hieron. super E- ~erh. c. 11

Apoc. 14.

thronum & ante quatuor animalia & seniores, & nemo illorum poterat, dicere canticum illud nisi illa solum 44. millia, qui empti sunt è terra, hi sunt qui cũ mulieribus non sunt coinquinati & sequuntur Agnũ quocunq; ierit.
De hoc itidẽ gaudio loquitur Propheta Isaias dum ait. *Hæc dicit Dominus Eunuchis suis. Qui custodierint Sabbatha mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerĩt fœdus meũ, dabo illis in domo mea & in muris meis locũ, & nomen melius à filiis & filiabus, nomen sempiternum dabo ipsis quod non peribit.*

Isai. 56.

O quam suauis melodia quis cantus exurget è tot cytharis, testudinibus, organis & instrumentis huiusmodi? quanta cum alacritate virgines hoc nouum canticum personabunt excellens & magnificum? hac lætitia rapientur post Agnum quocunq; ierit, nec aliis tanta licentia concedetur. Verum quis honor, fauor, & gloria, vt virgines recumbant in regio illo conclaui, cuius aditus non omnibus patet, sed solis virginibus; Quibus gaudijs mens perfundetur, dum virgines è libro vitæ nomina sua palam legi audient, tam honorificè; & insigniri se titulo tã glorioso, in au-

in aula Regis ęterni, qui titulus gloriâ & splẽdore superabit omnia nomina & cognomina quibus vnquam claruissent, aut omnes alij in mũdo clarueruñt in statu matrimonij, licet numerosam sobolem suscepissent & educassent; certè cum Apostolo fateri possumus, quod, *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se.* Sancti Patres & Doctores hic vnanimiter docent, per hoc canticum nihil aliud significari quam singulare gaudium & specialẽ fœlicitatem, qua virgines in æternum perfruentur, cò quòd propter amorẽ Christi animæ & corporis puritatem seruauerint. Id ipsum etiam demonstratur ex illo Agni comitatu, *quem sequuntur virgines quocunque ierit*, quia ab ipsius moribus non discrepant siue corporis, suæ animæ integritatem respiciamus; & sicut hic in terris eum imitatæ sunt accuratè, sic æquum est vt eundem in cœlis comitentur, & alijs præferantur qui tam perfectè Christi vestigijs non institerunt.

Aug. de S. virg. c. 26. 28. Greg. 3. parte pastor. admonit. 29 Beda in Apoc.

Nam quamuis ij qui in matrimonio & viduitate vixerunt, Agnum ſequantur ob caſtitatem & fidẽ coniugalem, tamen non pergunt quocunq; vadit, ſed quouſq; licet, ſiquidem in hac vita ſemitas eius omnes non obſeruarunt in puritate & continentia perfectiori. Eleganter itaque dicit S. Ioannes neminem canticum hoc percepiſſe exceptis tot millibus hominum; hinc S. Gregorius ait, cantare canticum Agno nihil aliud eſſe, quam cum eo in perpetuũ præ cunctis fidelibus etiã de incorruptione carnis gaudere, quã amore Chriſti integram conſeruarũt; quod quia cæteri non præſtiterint, ad eorum pręmia non aſſurgant. Ex dictis aſſerimus omnes beatos in cœlis audire poſſe ſuauem hunc chori virginei concentum & elegantem inſtrumentorum muſicorum harmoniam, ſed ſolis virginibus permiſſum erit eundem concentum edere in plenitudine gaudij & fœlicitatis.

Gregor. 3. parte paſtor. admonit. 29

Omnes electi, ſcribit S. Gregorius, iucundiſſimã hanc ſymphoniam inau-

inaudire, & auditum recreare poterunt, sed non imitari cantando; gaudebunt equidem virginalis decoris magnificentiâ & excellentiâ, sed eam nullatenus assequentur. Hoc vnum est ex donis gratiæ illustrioribus quod Deus præcipua quadam liberalitate impertitus est sanctæ virginitati vt filiæ primogenitæ Ecclesiæ suæ. Nam virginitas est surculus è Christo pullulans, eius filia est & sponsa; filia quidem, vtpote producta ex ipsius corpore, & membris immaculatæ virginis; sponsa eius est vicissim alio atq; alio respectu hactenus declarato.

Summopere nunc admiror vtrum hæ rationes necdum ab oculis nostris velum detrahant, quatenus radiantis huius coronæ excellentiam intueamur quam virgines dono Dei, & prudenti volũtatis electione possidẽt, & aspiremus magno infractoque animo ad tantæ mercedis amplitudinem? Iudicet nunc æquus arbiter, vtrum hæc personam aliàs liberam non accendant, ad custodiendum (si quoquo medio fieri possit)

hunc pretiosæ virginitatis thesaurum, quam Deus tot tantisq; præmijs afficit! omnes, inquit S. Augustinus, Agnum quidem sequuntur, sed qui virginitatis iacturam fecerunt, non sequuntur quocunq; vadit, sed quousq; ipsi potuerint, Vos autem ô virgines ipsum sequimini quocũque ierit, *Pergite itaque sancti Dei, pueri ac puellæ, mares ac fœminæ, cælibes & innuptæ, pergite perseueranter in finem. Laudate Dominum dulcius, quem cogitatis vberius, sperate fœlicius, cui seruitis instantius, amate ardentius, cui placetis attentius. Lumbis accinctis & lucernis ardentibus expectate Dominũ, quando veniat à nuptiis. Vos afferretis ad nuptias agni canticum nouum, quod cantabitis in cytharis vestris, hoc est, in cordibus dicatis laudibus. Non itaque tale quale cantat vniuersa terra, cui dicitur, Cantate Domino canticum nouum, Cantate Domino vniuersa terra, sed tale, quale nemo poterit dicere nisi vos. Sic enim vos vidit quidam præ cæteris dilectus agno, qui discumbere super pectus eius solitus erat, & bibebat & eructabat mirabilia super cælestia, Dei verbum. Ipse vos vidit duodecies duodena millia sanctorum citharoedorum*

Aug. de S. virg. c. 27.

Psal. 95.

Apoc. 14.

rum illibatæ virginitatis in corpore, inuiolatæ veritatis in corde, & quia sequimini agnum quocunq; ierit, scripsit ille de vobis. Qui ire putamus hunc agnum? Quo nemo eum sequi vel audeat vel valeat nisi vos. Quo putamus eum ire? In quos saltus & prata? Vbi credo sunt gramina gaudia, non gaudia seculi huius vana, insaniæ mendaces, nec gaudia qualia in ipso regno Dei cæteris non virginibus erunt, sed à cæterorum omnium gaudiorum sorte distincta, gaudium virginum Christi, de Christo, in Christo, cum Christo, post Christum, per Christum, propter Christum, gaudia propria virginum Christi. Non sunt eadem non virginum, quamuis Christi. Nam sunt aliis alia, sed nullis talia.

Hæc S. Augustinus, exhortans virgines vt sequantur Agnum in puritate, vt postmodum comitentur in gloria, quibus dictis vnum illud addit; *Sed ecce ille agnus graditur itinere virginali; quomodo post eum ibunt, qui hoc amiserunt, quod nullo modo recipiunt? Vos ergo; vos ite post eum virgines eius: vos illuc ite post eum, quia propter hoc locum vnum quocunque ierit* Ibid.c.29

Gg 6 sequi-

sequimini eum, Sequimini itaque eum tenendo perseueranter quod vouistis, ardenter facite cum potestis, ne virginitatis bonum à vobis pereat, cui facere nihil potestis vt redeat. Vos etiam qui hoc nondum vouistis, qui potestis capere capite, perseueranter currite vt comprehendatis. Tollite hostias quisque suas, & introite in atria domini, (iuxta dictum
Psal. 85. *Prophetæ) non ex necessitate, sed potestatem habentes vestræ voluntatis.*

Sic elegãter magnus ille Doctor. Verum quid recensebimus de loco excellentiori, quo Deus in domo sua & complexu murorum suorum dignatur virgines? Illum quandoquidem se daturum specialiter Deus pollicetur nobiliorem splendidioremue cæteris esse oportet, vt affirmat S. Cyprianus inquiens, in domo Dei cellæ & mansiones multæ sunt gradu differentes, quia qui *carnis desideria castrant, maioris gratiæ præmium in cælestibus obtinent,* nam Eunuchi fiunt propter regnum cœlorum vt ipse Christus dicit. Hinc S. Hieronymus in Iouinianum sic argumentatur: *Si castrati mercedem habent regni cælorum, ergo qui se non castrauerunt locum non possunt*

possunt accipere castratorum. Qui potest, inquit, capere cupiat. Grandis fidei est grandisque virtutis, Dei templum esse purissimum, totum se holocaustum offerre domino, & iuxta eundem Apostolum esse sanctum & corpore & spiritu. ijs itaque qui tam illustre facinus exequuntur, locus distinctus & insignior in cœlis assignatur: verũ enimuero quod ipsis nomen erit in illo cœlesti pacis habitaculo? nomẽ immortale dabo illis, inquit Deus apud Isaiam: quanta hæc nominis qualitas, quis honor, fauor, & priuilegium? omnibus Electis promissum est, nomina eorum permansura, nec vnquam per obliuionẽ emoritura: sed virginibus nominatim recipit Deus, daturum se nomen præclariùs & celebriùs quam plerisq; alijs, licet multum sudauerint & inuigilauerint in educatione liberorum. Vocabuntur Sponsæ Christi, filiæ Dei Exercitium, Reginæ cœli: magnis honorum titulis ornabuntur, & in sublimioribus triumphantium subsellijs considebunt. Virgines reuera non erunt de numero plebis, aut gregales inter milites, verum

ordinis

ordinis & honoris eminentioris. At quisnam hic accuratè describit excellentiam & maiestatem nominis tam augusti quod virginibus à Deo promissum est? sanè præter ipsas virgines reperio neminem, illæ cœlorum sedibus assertæ, sui nominis etymologiam explanare poterunt, dum æternis gaudijs perfusæ, in thalamis suis reficiētur instar eorū qui fracto sunt; & eneruato corpore ob labores multos exantlatos.
Psal. 149. *Exultabunt sancti in gloria lætabuntur in cubilibus suis.* O virginum animas puras & candidas, quibus Deus honorem dignitatemue detulit eximiam inter cœli terræque Principatus, quæ Agnū sequimini per horridam eremum, & asperas huius mundi semitas, nonnihil, amabo, remittite de laboribus vestris, auocatis tantisper à terra mentibus, in altum tendite, nubes penetrate, caput cœlis inserite, eos oculis peruadite, contemplantes tantæ ciuitatis amplitudinem; palatiorum eius auro micantium decorē inspicite, ingredimini, lustrate aulas magnificas aulæis

Iæis inductas pretiosissimis; elegantes cubiculorum fornices suspicite; cernite quanto artificio tētoria vestra erecta sint, dum denique exclamabitis omnem mundi fœlicitatem vmbram & fumum esse respectu illius qua potiemini si in statu vestro perseueraueritis. O cœlestem & beatam ciuitatē, quando mihi portarum tuarum limen & mœnia osculari licebit? quando in plateis tuis speculari & admirari potero admirandam tuam constitutionem.

CAPVT V.

De fœlicitate in quarto præmio posita, cui fructus nomen est, & virginitatis cultoribus reseruatur.

ACcedamus nunc ad quartā præmiorum speciem, quod Theologi nomine *Fructus* intelligunt; hoc quidem nomen impositum est huic præmio, ob certam similitudinem; qua cum fructibus è terrâ decerpendis conuenit. Sciendum est itaque, Deum qui omne bonum opus ampla mercede afficit, impertiri nobis præmia quadruplicia, in compensationem bonorū operū,

quæ in ſtatu gratiæ dum adhuc viueret, perpetrauit.

In quantum ergo opus charitatis, aut cum charitate præſtitit, largitur ipſi Deus gloriæ præmium eſſentiale, ſe ſummum bonũ communicans, quod nominatim charitati repromiſit, propter quam homo diuinæ quietis poſſeſſionem & fruitionem meretur. Porrò quatenus alia Iuſtitiæ Chriſtianæ opera charitatis ſigillo munita facimus, à Deo prẹmia conſequimur accidentalia, nempe gaudia ex creaturarum cognitione profluentia, ſi opera illa ſint maximè ardua, virtutis heroicæ, & ſummæ perfectionis, *Aureola* donamur loco præmij ſingularis, quod oritur ex æterna quadam lætitia, eo quòd Chriſtum imitati fuerimus, aut in morte & paſſione, amore ipſius ſanguinem noſtrum effundentes; aut in doctrina & prædicatione, toti mundo Euangelium annunciantes; aut in puritate & virginitate, perpetuam ſeruantes caſtitatem, & cum animæ, tum corporis integritatem.

Siquis autem aliquem ſpiritualis per-

perfectionis gradum in suo statu assecutus sit, pro modo perfectionis quartum illi præmium assignatur quem *fructum* nominant. Hoc præmium, differt ab essentiali, quòd *Aurea* dicitur, tanquam accidens à substantia; distinguitur etiam ab alijs accidentalibus, quæ operum interuentu acquiruntur, quia plurimis in mercedem illa assignabūtur; qui hoc perfruentur; Neque etiam Aureola vocari potest, quia huiusmodi præmium solis Martyribus, Doctoribus, & virginibus decernitur; hoc autem alij plæriq; potiuntur viduæ nimirum & coniuges non minus quam virgines. Operæpretium itaq; erit videre, vnde hoc nomen *fructus* oriatur, quod huic glorioso præmio impositū est; vt commodius in rei cognitionem veniamus. Spiritualitas in homine habet se in modum terrę fertilis & fœcundæ; è diuerso autem carnalitas hominum sensualium, qui desideria sua humi serpere patiuntur non absimilis est agro alicui scrupuloso & sterili, qui non nisi carduos myricas,

cas, tribulosue profert; de vtroque fundi genere loquitur Apostolus inquiens; *Terra sæpè venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo, proferens autem spinas ac tribulos reproba est & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem.*

Hebr, 6.

Quapropter ex doctrina Apostoli, spiritualis homo fœcundæ terræ comparatur, carnalis infœcũdæ;& opus ab actu spirituali procedens, herbæ bonæ ac hortensi comparatur, vt è contra carnis opus carduis & lolijs inutilibus.

Benedictio autem seu consolatio quæ bonis operibus defertur, *fructus* appellatur, veluti maledictio comitatur opus illud deprauatum, quod facit homo carnalis qui carni duntaxat & mundo viuit. Dei benedictio in æterna gloria, ea est, quæ fructus vocatur, de qua meminit Apostolus his verbis, *fructum vestrum habetis in sanctificatione, & finem vestrum vitam æternam.*

Rom. 6.

Ex oppositio prauus ille effectus, qui hominis carnalis & sensualis

causa producitur fructus itidem dicitur, vt liquet ex Apostolo loquente de quibusdam qui carnalibus valedicentes spiritualia amplexi fuerant; *quem fructum tunc habuistis ex iis operibus in quibus nunc erubescitis,*

Hinc consequens est fructum hunc qui Electis est præmium, nihil aliud esse quam æternum gaudium ex eo natum quod elegerimus & sequuti fuerimus vitam spiritualem, & Domino Deo nostro terram fœcundam fertilemue nos præbuerimus, quæ semper disposita fuerit ad suscipiendum verbum Dei, tanquam semen diuinum, & inspirationes Spiritus sancti, quatenus fructum bonum proferat, vtpote diuinorum munerum rore irrigata, & donis gratiæ perfusa. Hanc ob causam S. Hieronymus Eustochio virgini scribens ait; *Centesimus & sexagesimus fructus de vno sunt semine castitatis.* Hier. cap. 22. ad Eustochium.

Neq; etiam hoc fructu priuabuntur coniuges, coniugalis pudicitiæ obseruatores, quę in duobus potissimum

pud S. Matthæum dicit, quòd cum seminator casti & sancti consilij, sanctum & diuinum *semen suum*, terræ commisisset, hoc est cordibus animarum fidelium, pars quædam istius seminis *fructum tricesimum, altera sexagesimum, tertia* deniq; *centesimum* retulerit. Quondam inter Doctores controuersum fuit, quem tricesimus, quem sexagesimus, quem centesimus fructus concerneret. Græci & Latini vnanimi consensu vsq; ad tempora S. Hieronymi, centesimũ Martyribus, sexagesimum virginibus adiudicarunt; hinc S. Cyprianus ad virgines scribens, *primus* inquit *fructus Martyrum, secundus vester est, trigesimus viduis relinquitur.* *Matt. 13.* *Hier. in Apol. ad Pamma.* *Cypr. de hab. virg.*

Hunc si calculum approbemus, coniuges excludentur à fructu glorioso, nec aliquod singulare præmium obtinent; verum post tempora S. Hieronymi hæc fructuum distributio alium modum accepit à plerisq; SS. Patribus & Doctoribus, qui centesimũ virginibus, sexagesimum viduis, tricesimum coniugibus adscripserunt, ijs nimirũ virginibus,

viduis & coniugibus, quę castitatem statui suo conuenientem seruauerant; adeo vt iuxta opinionem, Doctorum antiquorũ & modernorum, virgines vberiorem fructum semper collegerint quam viduæ & coniuges. Virgines, centum pro vno fœnerantur, & regnum acquirunt non vulgare, sed cæleste, an non est hæc quæstuosa negotiatio, accurata expensi & accepti ratio, & vsurę tam licitæ quam expetendæ? Quis nunc dignè exprimat seu explicet alacritatem, quæ haurietur è fœcundo solo virginitatis quæ multo copiosiores fructus refert quam omnia terræ prædia & possessiones.

Illa namque est instar agri tritico consiti qui densis culmis flauescit arridens oculis transeuntium, & cor patrisfamilias exhilarans. Quale est eius gaudium qui in messę amplam frumenti copiam legit, & longe ampliorem quam omnes mundani soli Agricolæ ex omni sua sęmente coegerint, talis erit lætitia virginum quæ frumentum

mentum metent ſpicis aureis exuberans & pulchrum ſummopere, verum enimuero hæc lætitia tanta erit, quantis cœlo ſpatijs terra cedit, & quantũ diuerſus eſt hic fructus à mundano, qui corruptioni ſubiacet, cum defectus ille in fructum virginitatis non cadat; hinc ſcriptum legitur; *bonorum operum glorioſus eſt fructus.* Sap. 3. O ſanctum ſtatum virginitatis, ô iucundam vitam caſtitatis, quam fœlix es & benedicta! tu fœcunda es in coniugibus, qui vitam caſtè tranſigunt; tu glorioſior es in viduis quæ amore Dei ſeſe vitijs & delicijs mundanis abdicarunt; ſed tu glorioſiſſima es, & ter beata in virginibus aſtrorum inſtar micantibus: nam hic in terris quoque lucent, præ cæteris tanquam adamantes pellucidi & maximè rutili, qui irradiant oculis intuentium & contemplantium ſe.

O ſancta virginitas, terra electa & benedicta, terra promiſſionis, terra immenſos fructus proferens Domino

quæ vos è ſtatu mentis alienat;eheu, quam turpiter impingitis, quam cœci eſtis qui baſim fœlicitatis veſtræ in lubrico voluptatum ponitis, & in fluxu refluxuue carnalium deliciarum? Amabò, quorſum tendit acies oculorum veſtrorum lippientium, quo mentem veſtram refertis, & animæ ſolatium? quid lucri reportatis, cui præcipitio vos exponitis, quid expectatis,vbi impudenter & indecorè in exercitu veſtrorum appetituum militaueritis? finito huius vitæ curriculo, quid carni & corpori veſtro reliquum erit?damnoſam ſanè permutionem feceritis, temporali gaudio æternam conſolationem poſtponentes? Quid vobis congeſtum erit, niſi dolorum & quærimoniarum cumulus, & vindictæ diuinæ theſaurus? nonne cernitis patentem infernum qui vos abſorbeat, gladium iræ diuinæ vibratum vt vos interimat, & mortem æternam pro foribus arcu intento præſtolantem, vt de ſpolijs animarum veſtrarum triumphet? At virginitati nihil tale metuendum eſt,
 nihil

nihil simile status virginum reformidat; hæ sunt veræ Amazones, filiæ Dei exercituum. Fœlices igitur, imo fœlicissimas vos appellauerim ô Sanctæ animæ, qui eam vitam ducitis, quæ pro fructu vobis perenne oblectamentum adferet & incomparabilẽ lætitiã vna cum amplissimo cœlestis gloriæ solatio: benedicta sunt & fœlicia corpora vestra, quibuscum fructus vberrimos colligere potestis in amplexibus vestri creatoris. Equidem nullus dubitauerim magnas vos appellitare, propter sublimitatem vestram; fœlices; propter libertatem; fœcundas propter fertilitatem; gloriosas propter fœlicitatem; augustas propter diuinitatem; sacras aquilas, propter excellentiam & supereminentem qualitatẽ; hi omnes tituli vobis iure debentur, sed & multo illustriores. Hoc itaq; præmium *fructus* nominatur ob vitæ spiritualis instrumentum cui se virgines consecrarunt, & in ijs effectus mirabiles & gloriosos producet, vt è diuerso fructus carnis nihil aliud aduehunt quam tragicam

gicam & infœlicem catastrophen.

Adhæc *fructus* vocatur, quia in fine nostrarum ærumnarum gaudebimus hac mellita dulcedine & alacritate, in mercedem præteritæ sollicitudinis & molestiæ; hunc fructum non gustabimus nisi cum ingenti consolatione & refectione animarum nostrarum, tum deniq; confitebimur, *& fructus eius dulcis gutturi meo*: hic fructus inter illos numeratur de quibus scriptum est, *Fructus spiritus sunt charitas, gaudium, pax* & cætera: fructus demum est, quia ô virgines, non solum suauem gustum ori vestro immittet, & palato animæ vestræ saporem exquisitissimum, sed etiam quia vobis conferet quietem & oblectamentum perpetuum, habetis, vt cum Apostolo concludam fructum vestrum in sanctificatione, & finem vestrum in vita æterna. Rom. 6.

Laus Deo Virginique Matri.

De Moribus virginum.

EXHORTATIO VIRGINIbus & continentibus apprimè vtilis ad ſtatum virginitatis & continentiæ ſuæ tuendum efficaciſſima.

BOnum temporale & æternum, quo in præſenti cumulantur, & in futuro ſeculo affluent ij, qui vitæ puritatem & caſtitatem profitentur, tam amplum eſt & admirandum, vt omnis humana facundia balbutiat & acies ingenij illud explicare conantis hebetetur. Hinc vnumquemq; in Domino monitum velim & excitatum, vt in hac quæſtuoſa negotiatione ſeſe exerceat, lycæum huius præmij ingrediatur, vt quoad ſi cuerit ſtatũ hunc eligat, & electum conſtanter amplectatur, in eoq; perſeueret, nec abiecto pectore, tantum bonum, & tam locupletem theſaurum amittat. Noui equidem, nobis tendi ſemper laqueos ab immundo ſpiritu, hoſte iurato ſanctitatis & boneſtatis, vt nos à bono

bono proposito auertat, id maximè spectans vt denigret candorem, vt virginalis puritatis munditiem contaminet. Nostri vero muneris est (siquidem omnes Diaboli calliditas, astus & stratagemata nobis cognita perspectaq; esse debent) teste S. Paulo, vt virginibus firmiter persuadeamus, omnes fluctus & tempestates contra vela virginitatis excitatas, nihil aliud esse quam specimen quoddam, breues excursiones, & subdolas Dæmonis machinas, quas adhibet in hoc bello quôd cum mundo & carne gerimus. Totum negotium benè perspexerat S. Ambrosius, adeoq; veritus, vt hi quibus donum castitatis gratiosè Deus concesserat, eo exciderent, & animis in medio cursu conciderent allecti blandiloquiis mundi mundanorumq; suasionibus, eos his verbis firmo constantiq; animo esse iubet. O filioli & filiolæ meæ, state in corde vestro, sicut bona vinea in propagine sua; Multæ enim tentationes sunt, ideoq; ait scriptura: (Psalm. 105.) *Tentauerunt eum in tentatione, & maledixerunt ei super aquam contradictionis cadens. Tentatur virginitas à plerisque petitoribus. Et cum voluerit virgo perseuerare; existunt qui contradicant. Contradicit petitor, & refutatus maledicit. In opprobrio esse videtur innupta vel virgo vel*

Ambr. Exhort. ad virg.

vidua. atque hæc est contradictio Cades, id est sanctitatis. Cades enim innupta est, quæ est sancta corpore & spiritu, & Domino se dicauit. Homines quippe mundani è massa terrea & carnea conflati, æquis oculis intueri nequeunt animæ puræ & in[illegible] dispositionem; hi obnituntur & opponunt se iis qui corporis & mentis integritatem profitentur, & sese totos Christo Domino conse[illegible]rant oblatione & conseruatione corporalis & mentalis puritatis, quo munere nullum Deo acceptius reperitur; hæc fere è Sanctus Ambrosius. Quapropter virgo accincta esse debet forti pectore, & animo generosiori armata, vt hostibus suis se opponat, illos aperto marte sustineat eorum audaciam reprimat, & eos re[illegible]ptui canere cogat, clypeos & hastas abiicientes.

CAPVT I.

Parentum obiurgationibus & contradictionibus virgines sese constanter debent opponere.

PArentes nostros, fratres, sorores, consanguineos, affines & amicos non temere vocauerimus iuratos hostes nostros in casu electionis vitæ religiosæ & spiritalis, id ipse Saluator asserit dicens; *In inimici-*

niuer

minis domestici eius; ratio in promptu est, quia ordinariè suos non cōplectuntur amore spirituali & charitatis vt deceret, sed carnali potius & imperfecto, non humano sed ferino potius more, cum illorum amor tantas vires non habeat, quantæ requiruntur ad charitatem & dilectionem Christianam; neq; extenditur vltra voluptatē, & vtilitatem quam inde percipiunt,; aut vltra passionem qua vehementer inflammantur ad hoc vt vnusquisque efformetur ad imaginem & similitudinem suam carnalem. Si quis igitur constituit virtutem & Christianam perfectionem amplecti, ad pugnam vt se accingat, perquam necessarium est. *Fili mi*, inquit Sapiens, *accedens seruitutem Dei sta in timore, & animam tuam præpara ad tentationem*; acriter igitur & generosè ineunda nobis est pugna cum domesticis nostris, quibus maxima necessitudo intercedit. *Eccles. 2.*

An ignoramus quod Cain sit persecutus Abelem fratrem suum, & Esau, Iacob struxit insidias? In familia Abraham Patriarchæ sanctissimi

Isinael contra Isaac insurrexit; vt priscis illis primisue temporibus factum legimus, sic & hodie vsu receptum est, vt tradit Apostolus; *Abraham duos filios habuit vnum ex ancilla, alterum de libera, filius ancillæ natus fuit secundum carnem; filius vero vxoris, natus fuit iuxta promißionem*, quam acceperat à Domino. *Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat persequebatur eum qui secundū spiritū, ita & nunc*, & planè idē stylus obseruatur hodierno die, & vsq; in finem seculi obseruabitur. Quocirca, vitam spiritualem & angelicam in terris ducere volenti author sum, vt sese rationibus & orationibus, patientia & constantia, & forti pectore muniat, aduersus oppositiones, sophismata & contradictiones Parentum, consanguineorum, aut alios familiarium suorum. Nam vt Ismael carnalis, prauo suo exemplo, conabatur allicere Isaac filium spiritualem, ad excessum seu lapsum aliquem; sic mundani & carnales homines, qui supra sensus suos capiūt nihil, omnia tentant quatenus verbis, blandiloquijs, & suaui tracta-

Galat. 4.

tractatu habito, innocentem quempiam & credulum deuiare faciant, à via spirituali, & ad carnis propatulum traducant.

Adhæc quicunq; ad insignem aliquam virtutem aspirat, persuasum sibi prorsus habeat, id genus homines, carnis procuratores, esse hostes eo capitaliores, quo affinitate vel consanguinitate proximiores. Sathanas inuincibilem sancti Iob patientiam impugnaturus, in subsidium & spem vltimam suorum conatuum, vxoris tentationem reseruauit; nouerat enim serpens ille callidus & versipellis, eius ope futurum vt propinaret vinum, vel potius venenum amoris & affectionis carnalis, vt per eam quæ plurimum à viro diligeretur. Persuasiones itaque & lenocinia eorum qui blandis verbis & susurris alios ad suam nassam pertrahere conantur sequuti naturalem carnis & sanguinis inclinationem, non ineleganter comparari possunt abominationibus & spurcitijs mulieris illius in Apocalypsi, quæ manu tenebat poculum aureum *Apoc. 17.*

quo totum mundum inebriabat, hic modus agendi, habet se instar fellis vel aconiti, quod sub mellis aut saccari suauitate degustatur.

Quapropter qui semel firmiter statuit seruaturum se virginitatem, blandas huiusmodi familiariũ conciones suspectas habeat, qui diuinæ voluntatis beneplacitum susq; deq; ferunt; imò certo certius credat hos omnes & singulos, esse assentatores, impostores, iniquitatum negotiatores, mendaciorumq; fabricatores, qui priuatam vtilitatem maxime spectant, vento cupiditatum suarum abripiuntur, amore proprio excœcati. Prolixior essem, si a me in medium adducerentur exempla tot virginum, quæ dum adhuc in viuis essent, acriter parentibus & amicis suis secularibus restiterunt, volentibus eas à bono proposito auertere: libellum succinctum, non historiam scribere volui, lectorem itaque talia, scire desiderantẽ, consulere velim vitas sanctorum sanctarumque virginum, qui toti mundo innotuerunt heroicis suis facinoribus, victorijs & triumphis, id

obiter referam quod SS. Patres hac de re scribentes testatum reliquerunt; S. Augustinus in primis sic ait: *Igne amoris diuini pleræq; virgines represserunt impetum parentum carnalium, qui vocationibus earum obsistebant; Pater vociferabatur, mater eiulabat, sed virgo sponsi cœlestis pulchritudinē sibi ob oculos proponens, eiusmodi fletus contemnebat.* S. Ambrosius insigne quoddam exemplum refert Virginis suæ, vt ipse loquitur memoriæ, quæ ad templū tanquam ad Asylum confugerat, vt domesticorum conatus eluderet, qui eam nolentem matrimonio coniungere statuerant; tandemq; vbi multa quę in templo peracta fuerant recitauit, hæc adijcit; *Silentibus cæteris vnus abruptius, Quid si inquit pater tuus viueret, innuptā te manere pateretur. Tum illa maiori religione, moderatione, pietate; & ideo fortassis defecit, ne esset impedimento. Quod ille responsum de patre, de sed oraculum maturo sui probauit exitio, ita cæteri quisq; metuentes fauere cœperunt, qui impedire quærebant.* S. Dionysius Carthusianus hoc modo virgines exhortatur: *Virgo nullatenus amicis & cognatis carnalibus virginitem*

Aug. ser. 15. de verb. Apost.

Ambr. lib. 1. de virg.

Dionys. Carth de laud. stat. virg. art. 8.

dissuadentibus, aut coniugium suadentibus debet consentire, sed intueri quam incomparabiliter melius, dignius, salubriusq; consistit, sponso cœlesti vnigenito filio Dei, qui est infinitæ nobilitatis, speciositatis, opulentiæ, sapientiæ, sanctitatis & eminentiæ. spiritaliter desponsari, mentaliter adhærere, purè ac feruenter coniungi, mundo corde castoq; corpore deseruire, atq; ab eo celesti lumine fœcundari, quam mortalem accipere sponsum. hæc ille Doctor. Fit autem interdum vt Parentes hac in re filijs contradicant, & simulent se molestissimè ferre, vt nimirũ explorent liberorum suorum constantiam circa vocationem; nam adolescentes vtriusq; sexus est reperire, qui hoc propositum temeritate potius & leuitate quadam arripiunt quam certa vocatione & firma voluntate ex animo deliberato procedente. Et sicut hoc in casu licitum est parentibus expiscari liberorum suorũ voluntatem, & varijs modis eos agitare; sic liberis hoc pacto tentatis permissum est resistere & persistere in bono desiderio si à Deo proficiscatur; resoluendo omnia dubia & difficultates

obie-

obiectas, sustinendo viriliter omnem impetum & concussiones, quod vt commodius fiat instructione ipsis opus est; nam quemadmodum teredo ligna tenera & delicata vitiat potius quam dura & crassa; sic omnis præclara & tractabilis indoles, eius naturæ est, vt citius nescio quibus fabulis, minis, & terriculamentis offendatur, qua non raro funditus pessundatur. Notandum itaque in primis est quod ait S. Ambrosius in hunc modum; *Contradicunt, & animum tuum expugnare parentes nituntur, sed tum à te maximè superari desiderant; votis tuis consensum non accommodant, quia tuis dictis temere fidem habere metuunt; sæpe litigant, vt ab ijs discedere incipias; te hæreditaria successione priuatum iri minitantur, cautè indagantes an iacturà bonorum temporalium à proposito auocerus; student animum tuum munusculis & promissis labefactare, videntes num forte his illecebris capiaris.* Denique virgo cui à parentibus tot intentatæ sunt molestiæ, compertum habeat, eos nihil aliud spectasse, quã vt suam curam in filia testarentur, & eius voluntatem plenius cognoscerent. Ambros.

rent Præmunitos itaque nos esse oportet virtutum & deuotionis clypeo, vna cum consideratione & notitia rerum spiritualium, quę statum innocentiæ & castitatis fouent, alunt & conseruant; hoc pacto omnem difficultatem superabimus: at obsecro videamus quidnam amici & carnales consanguinei in oppositum adferre soleant.

CAPVT II.

Virgines re latum vn[illegible] ue a suo proposito d. flecteri debere; spretis eorum [illegible] omnys qui virginitatem superare vires naturæ commin[illegible]scuntur,

SEculares alumni, ordinaria nuptiarum prurigine vexati, suam vitam omnibus quasi imitandā proponunt, alios pede suæ imbecillitatis metientes. Firmissimè sibi persuaserunt neminem ad altiora virtutum fastigia pertingere posse quam ipsi pertigerunt, cum tamen ad humi iacent in infimo virtutis legio.

Hinc multi virginitatis excellentiam considerantes vt rem ard[illegible]

m

magis & sublimen, quæ per naturæ vires comprehendi nequeat, statim censuerunt eam esse impossibil, alij verò tam laboriosam, vt cum desperarent de ea diutius conseruanda, non solum eam dereliquerint, vt quid abiectũ, sed etiam conati fuerint impetrare, vt nemo eã sectaretur. Fatuam quidem & delyram eorum opinionem, qui virginitatem superare vires humanas somniabant, vt diu explosam & iugulatam non moror; huiusmodi crabrones non irritabo, & cum S. Gregorio dicam, eos nimirum similes esse, qui laborant oculorũ lippitudine, quibus omne lucidum atrum & tenebrosum videtur: aut sanè ijs qui capitis vertigine infestantur, & ratione cerebri sui hellebori egentis putant terram, alias firmam & stabilem, huc illuc agitari; Carnalis affectio huiusmodi hominibus istud omne malum procreat; nam cum sibi nimium tribuunt & blandiuntur, hæc affectio, est instar parietis interiecti, qui obstaculo est, ne veritatem perspicacter intueri possint, Gregor. Naz. in ad virg.

possint,

possint, & irradians lumen syderis huius virginalis offuscat; hinc tam illustris gemmæ fulgorem non cernunt, nec eius valorem cognitum habent, coguntur q; instar Sampsonis, continuo versatilem suæ carnis molam rotare; sed audiamus verba S. huius Doctoris versibus græcis a-ptata, & latinitate donata; Homuncio nes isti vili & abiecto animo lan-guentes, cæteros inconcinno pede suo metientes;

Hi fieri non posse putant, vt carnea m oli
Fulgeat, expendunt propriis qui sordibus o-
mnes,
Ast ægri est oculi nigrantia cernere cæli
Sidera, sic tellus quamuis immota quiesca
Voluitur ipsa tamen cæca vertigine capitis
At nos virgineam probris conscindere v-
tam
Haud decet, & duris insontem carpere v-
bis.

Cæterum Momos & aduersa-os habemus alios hoc in genere p-lo modestiores, qui quidem virgi-tatem arduam esse & laborio-asserunt, tamen impossibilem arguunt. Sed neq; isti intra me

ſtitiæ & æquitatis limites ſe conti-neant; nam prætextu commentitiæ illius difficultatis, ſæpè animos eorum debilitant, qui alias vellent & poſſent ſeruare virginitatem. In materia virtutum, tantum abeſt vt audacem alterius animum frangere conemur, quin potius pro virili e-um erigere & excitare debeamus ad pertingendum expetitæ virtutis apicem. In hoc noſtro propoſito idem obſeruandū venit, ſi in aliquem incidamus qui ſibi ipſi bellum indicere ſtatuit, tum officij noſtri eſt vt eum laudemus, iuuemus & animemus, vt inſignem de ſe victoriam, & glorioſum præmium reportet.

Inter certantes in ſtadio ſi quis agilior præcurrat æmulos, tum ab adſtātibus acclamatur, pectore forti & infracto eſſe iubetur, quo pacto generoſus ille pugil vires reſumit, curſum promouet, & tandem palmā alijs præcipit. Eodē modo qui volentem in virginitatis palæſtra exerceri, & in hoc ſancto ſtatu viuere (cui ſunt æmuli ſenſus & caro, & brauium *Aureola*) is vel prauus eſt, id

eſt,

est, hostis virtutis; vel inuidus q alteri iam iam triumphaturo, pr meritam laurum velit adimere. propter quicunq; virginitatem a continentiam seruare decreuit, pe dem à via incepta nequaquam r flectat, siue occurrant difficultate siue struātur obiectiones, qualis e virginitatem superare vires natur arduum esse & laboriosum negoti um in refrenandis cupiditatibus latere periculum in voto castitatis ignorari vtrum quod ore promitti mus, actu præstare valeamus; quod ni fiat maior incurritur damnatio; virtutem hanc esse Dei donum & gratiæ cœlestis munus quod omnibus, non æquè impenditur. His obiectiunculas facilè refutabimus, & aciem harum excusationum perrumpemus, tanquam aliquā hominum cohortem quę aditu nos prohibeat. Aiunt nonnulli virginitatem transcendere vires naturæ, adeoque neminem eo inducendū, vt eandem se perpetuo seruaturum voveat, addūt insuper esse rem admirandam, sicq; nulli obseruandam. Virtus hæc
reuera

reuera ſupernaturalis eſt, admiranda, ſingularis excellentiæ, & ſupereminentis qualitatis; his poſitis & conceſſis, negamus eam non eſſe ſectandam; imò potius generoſe & fortiter nobis enitendum eſt ad illius profeſſionem & conſeruationem, hoc ipſo quod res mirifica ſit & ſupernaturalis.

Hoc heroicum facinus ſi aggrediamur, diuina gratia, robur & virtus in homine magis magiſque elucebunt; intelligemuſque in mundo etiamnum ſupereſſe homines qui mirabilia operentur, Virginitatem autem eſſe mirabilem teſtatur Sapiens; *Quis eſt hic & laudabimus illum nam mirabilia fecit in vita ſua.*

Quiſnam inter Chriſtianos laudabitur, an cinipho aliquis, furcifer, homo nullius frugis & otio diffluens, qui nihil agit, nihil ſcit, nec agere nec ſcire deſiderat, ſed totam vitam ignobili deſidia conſumere mauult? talis reuera honore indignus eſt, ſed ille qui exercetur, ſudat, laborib. occupatur, bellat, & debel-

debellat aduersarium; Dæmonem, mundum, carnem & seipsum superat. Virgo itaq; difficultatum prætextu à suo proposito auocari non debet, nec à via deflectere, sed vrgere, instare, vires animumq; sumere ad præmiũ & honorem consequendum qui in meta curriculi sui præfixus est. Deus enim est fiducia virtutis, non excusatio ignauię seu negligentiæ. Quapropter ad hanc rem opus est duntaxat animo deliberato à parte nostra, reliquũ supplet Deus, & opitulatur omni bono proposito ad suam gloriam inchoato. Quod aiunt illi virginitatem esse admirandam, rem acu tangunt, hinc dicimus etiamnum aliquos in mundo reperiri qui mirabilia peragunt. Quid? in ipsis naturæ effectibus, an quispiam admiranda fieri negauerit? Salamandram in medijs flammis ambulare didicimus & viuere; piscis quem Empyrum nominant, ab igne lædi nequit, ab vndis in cineres resoluitur; adamas nec igni nec ferro, nec vlli cedit violentiæ. Gugates (lapidis genus est) ardet &

vritur

vritur in ignem coniectus, oleo superinfuso extinguitur; semen reperire est quod in terram proiectum, in truncum excrescit cornu bubulo similem. An non Alpheus fluuius aquarum suarũ dulcedinem retinet, transcurrens per salsas maris vndas? an non Mons Gibellinus continuo fluuium ardentem & fumosum in aera euomit è sua concauitate prorumpentem? an non sexcenta huiusmodi prodigia indies videmus & audimus.

Cur itaq; mirum est, si in moribus hominum occurrant res admirandæ, quidni hoc eueniat tam bene in moralibus quam naturalibus? an satis argutè procedit argumentum: virginitas excedit vires naturæ, ergo diu seruari nequit? minimè gentium. Nam quam frequentia videmus effecta super vires naturæ in satione multarum arborum quas agricolæ sulcis ordinant? quam miranda cernimus in feris beluis, quas homo artibus mirificis mansuetas reddit. Si itaq; ars & industria humana, irrationales bestias eo adducit, vt

aliquid

debellat aduersarium; Dæmonem, mundum, carnem & seipsum superat. Virgo itaq; difficultatum prætextu à suo proposito auocari non debet, nec à via deflectere, sed vrgere, instare, vires animumq; sumere ad præmiũ & honorem consequendum qui in meta curriculi sui præfixus est. Deus enim est fiducia virtutis, non excusatio ignauię seu negligentiæ. Quapropter ad hanc rem opus est duntaxat animo deliberato ex parte nostra, reliquũ supplet Deus, & opitulatur omni bono proposito ad suam gloriam inchoato. Quod aiunt illi virginitatem esse admirandam, rem acu tangunt, hinc dicimus etiamnum aliquos in mundo reperiri qui mirabilia peragunt. Quid? in ipsis naturæ effectibus, an quispiam admiranda fieri negauerit? Salamandram in medijs flammis ambulare didicimus & viuere; piscis quem Empyrum nominant, ab igne lædi nequit, ab vndis in cineres resoluitur; adamas nec igni nec ferro, nec vlli cedit violentiæ. Gagates (lapidis genus est) ardet &

vritur

vritur in ignem coniectus, oleo superinfuso extinguitur; semen reperire est quod in terram proiectum, in truncum excrescit cornu bubulo similem. An non Alpheus fluuius aquarum suarũ dulcedinem retinet, transcurrens per salsas maris vndas? an non Mons Gibellinus continuo fluuium ardentem & fumosum in aera euomit è sua concauitate prorumpentem? an non sexcenta huiusmodi prodigia indies videmus & audimus.

Cur itaq; mirum est, si in moribus hominum occurrant res admirandæ, quidni hoc eueniat tam benè in moralibus quam naturalibus? an satis argutè procedit argumentum: virginitas excedit vires naturæ, ergo diu seruari nequit? minimè gentium. Nam quam frequentia videmus effecta super vires naturæ in satione multarum arborum quas agricolæ sulcis ordinant? quam miranda cernimus in feris beluis, quas homo artibus mirificis mansuetas reddit. Si itaq; ars & industria humana, irrationales bestias eò adducit, vt

aliquid

aliquid possint efficere supra vires & instinctum naturæ suæ; quis non credat, homini qui actionibus suis imperat, sensibus & operationibus suis dominatur facillimum esse, vt rationis ductu; & liberi arbitrij vsu, propriam superet naturam cœlesti gratia vires ministrante? Psittaci ad stuporem vsque voces humanas effingunt; coruus crocitando verbum articulatum exprimit. Sturnum quoq; videmus imitari vocem eius qui retro speculum sedet, in quo seipsum conspiciens credit esse sui similem, quo ad cantandum prouocetur. Vrsus, animal alioquin stupidum & efferum, multa exercitatione tam docilis redditur, vt iubente magistro sedeat tanquam grauis Iudex pro tribunali controuersa litigia decisurus. Leones & equos nouimus natura effrenes & indomitos; attamen ductu & applausu solertis equisonis non solum domantur, verum etiam manu pueri alicuius quoquo versum flectuntur. Si tantum impetramus ab animali

quod

quod ratione nec mouetur nec ducitur, quanto magis homo naturæ suæ & sensualitati dominabitur, quæ per se subiecta est superiori potentiæ, cuius regimen sequi cogitur, & potest facillime, præsertim si Diuinæ gratiæ subsidio adiuuetur? lubet huc adducere versus aliquot S. Gregorij Theologi, qui hominibus illis diffidentibus de gratia & virtute spirituali sic ait:

Ergo hominum generi vitã præferre ferinã,
Non dubito, si cum natura & flectere earum
Vis nominum, labor assiduus, doctrinaque longa, (Cum nimis
Hi contra indociles persistant, nec flectere
Ad meliora queant, quantumuis sermo propinquus
Insonet, & recta præcepta instillet in aures?
Barbare quid tantum rigidis mentem, quin omni
Deprimis & tanta pecudis conspergere labe?
Tamne tuo generi quisquam foret ex-stu hostis?
At mihi non animus non est sententia talis
Nec cuiuis animum ratio sua in recta gubernet.

His addo, castitatem & continentiam naturæ viribus adeo non excedere, vt non supersit aliquod indicium, quo colligitur Virginitatem

tem à naturæ placitis non abhorrere. Quis enim ignorat, turturē coniuge sua viduatum, nunquam posthumos concubitus appetere? Sic etiam cornices ferunt extinctis masculis alteri nunquam copulari, licet nonies hominem viuendo superent. Mirum est quam sit Elephas continentiæ cupidus, nam fœminā semel tantum conseruandæ speciei gratia supprimit, & cum ad hoc vrgetur, eiulat & se abscondit, veritus ne in opere deprehēdatur; hinc quia tantopere castus est, scribunt aliqui ipsius vitam tribus seculis duratione commensurari. Naturam piscium si examinauerimus, casti amoris limites nullus excedit, imo aliquos legem fidemue coniugij seruare diceres, vnica thori socia contentos. Pisces alij in oceano reperiuntur qui vnica duntaxat vice per totam vitam fœmineum sexū cognoscunt. Amabò quid his exemplis aliud natura indicat, quàm quod in omnibus continentiæ exercitijs facilem præbeat? his rationibus non difficulter accedit & suffragatur Va

Solin, de mirabil. c. 28. Plin. lib. 8. c. 5.

ille Theologus inquiens;

Ergo pudicitiæ cum quandam animalia curam
Bruta gerant, tu quem summus dominator olympi
Omnipotente manu finxit, non compede totam
Astringes carnem, modò sit tibi prompta voluntas?
Sic etenim es factus, rationi vt cedere recta,
Non minus ipse queas, quam ferrum cedere flammis.
Quod si vt medium offert cœlestis imago,
Non itidē tenet imperio mens optima carnem.
Dic mihi quid tandem nobis animalia cedunt
Motibus diuini si nos agitamur iisdem?

Sensus itaq; horum versuum est; quòd si brutis adhuc aliqua continētiæ cura superest, longè maior in hominibus inueniri debet, siquidem eam naturam à Deo hauserint, qua carni suæ nullo negotio dominentur, & eam temperare possint sicut ignis massam ferream, qui eiusdem naturam alterat, nam duram emollit, obscuram illustrat, frigidam accendit. Quocirca cum homo eius-

modi indolem nactus sit, vt frequenti exercitio naturam suam vincere possit, multo ad hoc auxilio instructus, vt postea docebitur, idem Poeta pulchra exhortatione virginem excitat vt propositum suum foeliciter & gloriose continuet; tanquam Phœnix inter aues, gemma inter horridas rupes, & sicut stella matutina inter astra reluceat; sit tanquam oliua inter fructices, tanquam lilium inter flores campestres, & sicut columba inter bestias ... digna efficiatur amore & ... Dei, & donis gratiæ eius, quib... exornata, formosior appareat, ... non solum in oculis cinium supe... norum appareat admiranda, sed e... am ipsi Deo, qui eam lauro imm... talitatis coronabit, & æterna ... nabit beatitudine. Nunc audia... insigne carmen S. huius Episcop... Poetæ sacri:

At tu virginitas vigilanti ad ...
Vnde, præsidio ... & pede ...
Incedas, ... Deo, perfecta ...
Margarita in saxis, atq; inter sydera ...
Lucifer, in syluis frondosa ... oliua

L...

Lilium in herbosis campis, ambusq; columba
Tranquillosq; secans fluctus tutissima puppis,
Virgo, mundum omnem fugitiuaq; gaudia vitæ
Abiiciens, celeri cursu te adiungito Christo.
Et manibus complexa manus induito lætum
In thalamũ, grato penitus perfusa liquore:
Vt tuus infuso cœlesti ex arte liquori
Iungatur liquor, & sancto societur amori
Sanctus amor, tectusque decor mireque refulgens
Attrahat occultum plenũ radiisq; decorem,
Atq; tua Christus forma correptus amore
Te sibi desponset, veloq; à fronte remoto
Obstupeat, forma cernens prestante puellam,
Sanctam, gemmatam, caput in sublime ferentem:
Amplificetq; tua largissima munera forma
Dulcis amans, lætamq; suas perducat ad ædes
Inq; choris sanctis, in cantibus atq; supernis
Magnificis thalamiq; epulis sibi fœdere iungat,
Atq; venustatis cingat tua tempora serto,
Nectaris atheriei fœcundaq; pocula fundat.
Addatq; ostendat sophia mysteria summa.

Hactenus ille Doctor & Poeta discutiamus nunc aliam difficultatem quam solent mundani virginibus obtrudere.

CAPVT III.

Flocci facienda sunt virginibus eorum nugæ, qui difficultatem ex aculeo & motu carnis prouenientem quasi remoram obtrudere conantur.

PErgunt instantius mundi & carnis Procuratores, & emendicatis exceptionibus in causa virginum triumphare student, exploraturi an forte virgines animis concidant, dum difficultas vitæ illius angelicæ proponitur. Hanc ætatem inquiunt vt plurimum effrenem esse, curiosam, fragilem, & valdè propensam ad voluptates, & huiusmodi illecebras; arduum prorsus & laboriosum videri vt quis huic inclinationi naturali resistat; vt igitur tantæ molestiæ iugum excuciatur, tutius est vt coniugalem statum amplectamur; hoc fine dicit Apostolus: *Præstat nubere quam vri.* O faceta verba, ô lepidas

das obiectiunculas; quis obſecro his argumentis moueatur, cum tela ſint ſtraminea, vt in diſcurſu apparebit omnibus, niſi lippis & cœcutientibus oculis compareant. Demus itaque in primis carnē eſſe moleſtam, ſemper concupiſcere aduerſus ſpiritum, vt & ſpiritus aduerſus carnem: addamus etiam ignē concupiſcētiæ, nonnihil poſſe coerceri, non penitus extingui; non idcirco ſtatim ſequetur, huiuſmodi moleſtiam & contradictionem eſſe coactiuam, & eius furore ſtatum virginitatis annihilandum, modo ſenſualitati conſenſus non præbeatur.

Hęc eſt doctrina communi SS. Patrum calculo approbata, ad hūc locum Apoſtoli dicentis; *non regnet peccatum in corpore veſtro mortali*; vbi dicūt, Rom. 6.
peccatum, id eſt concupiſcentiam fomitem peccati, tum demum regnare, cum voluntas vltrò prauis affectibus conſenſum accommodat. Verum in Chriſtiano homine concupiſcentia rationi ſubijcitur, & corpus membra ſua honeſtè tueri debet officio rationis obtemperatura.

Quid? Si S. Ioanni Chryſoſtomo credimus, virginitatis corona potiſſimum defertur ob inſitam illam contradictionem & repugnantiam. Siquidem *glorioſa victoria reportari nequit, niſi arduus & dubius conflictus præceſſerit, qui ne quidẽ præcedere poteſt, vbi nullus hoſtis nos aggreditur; hinc dicit; aliud eſt concupiſcere, aliud concupiſcentiæ obtẽperare; concupiſcentia oritur ex paſſione, ſed concupiſcentiæ acquieſcere proficiſcitur ex libero arbitrio, fitq; interdum vt concupiſcamus quod reuera nollemus; ſi voluntas concupiſcentiæ non aſſentitur, ſola concupiſcentia non modo ad condemnationem noſtram nihil facit, ſed & coronam virginum illuſtriorem reddit.* Hæc S. Chryſoſt. Coercendi nobis igitur ſunt hi motus, quos quidẽ radicitus euelli expetendum foret, ſed in hac vita minimè ſperandũ illud eſt. Illi ſunt cardui & vepres huius terræ ob primum peccatũ maledictæ, quibus in hoc ſeculo penitus extricari non poſſumus; in cœlis autẽ nullus erit inter corpus & animã noſtrã conflictus, ſed ambo in omni pace & tranquillitate regnabũt. Quapropter de con-

constantia nihil remittendũ est, licet hostiles irruptiones vrgeant, sed acriter ijs obsistendũ, quod quidem si cũ periculo & labore fiat, saltem illæsi euadamus, citra vllum lethalis plagæ consensum; sic eueniet vt è spinis illis virtutis trophæum faciamus, & immortalis gloriæ coronam victoriâ nostrâ consequamur. At verò præclari isti consultores toto cœlo errant, dum suo consilio cunctos ad nuptias pertrahere nitũtur; nam illud non adfert medelam concupiscentiæ, siquidẽ pruritus ille est instar canis mensę proximi, qui eum à quo pinguem bolũ accipere consueuit, vexat; procul verò recedit ab illo, qui nũquam erga se munificentiam exercuit; Hanc ob causam docent SS. Patres, Virginem facilius continẽtiam seruare quam viduam, quia cum hæ appetitui carnali aliquando seruierint, citius ad vomitum redeunt, & præteritis illecebris agitantur, & ferè acrioribus tentationibus subiacent quam virgines.

Occasio itaque huius difficultati: & molestiæ circa passionem & inclinationem naturalem, Virginem ad coniugium allicere non debet, sed coniuges potius impellere, vt ex ipsius laqueis euellantur coniugalemq; seruent puritatem, quatenus appetitui carnali tam imperioso Domino non seruiant, nec ipsi laxàs (vt aiunt) habenas dent vnquam nisi summa necessitas & suscipiendæ prolis desiderium vrgeat.

Verum enimuero, fomes ille concupiscentiæ temporibus his per Dei gratiam non ita salax est, & viuidus vt olim; iam culter est obtusus & hebeti aciè. Hæc enim passio (quem-
Chrysost. de virg. c. 43. admodum testatur S. Chrysostomus) *ante Christi aduentum valde acuta, pruriens & violenta erat; sed post eiusdem aduentum, gratia & virtus diuina quam nobis ille suis meritis impetrauit, iter patefecit, & media docuit quibus affectus istos rationis ductu regeremus.* Hac nimirum gratia sperabat
Rom. 7. S. Paulus se liberatum iri à deprauato carnis aculeo, dum vice generis humani huic peccato subiecti, exclamat: *miserum me quis me liberabit de cor-*

de corpore mortis huius? gratia Christi Saluatoris nostri. Quamobrem gratiæ diuinæ sandalijs induti, hos tribulos & vepres pedibus conculcabimus citra læsionem vllam; nec video cur hoc iter adeò reformidemus, nam *si Deus pro nobis quis contra nos?* His medijs S. Gregorius Nazianzenus magnam virginibus facilitatem & fœlicitatem pollicetur, imò inuincibile subsidium contra Harpyam hanc infernalem, quæ furit, mactat, & omnia flammis deuastat, ni maturè iter ipsi præscindatur, & tanquam equus effrenis contineatur; docet eius reprimendæ remedium præsentissimum à Christo ostendi in muliere illa Syrophenissa, quæ fluxu sanguinis laborabat; sic itaque ratiocinatur: *Greg. Nazian. ad virg.*

Quid mirũ in media si fixus corpore Christus
Humanos omnes pellat violentus amores?
Sanguineum ægrotæ solo velut ante repressit
Profluuiũ tactu (namq; & furata salutem
Illa volente Deo, siccataq; vena cruoris)
Christicolis animus circum præcordia maior
Exilit, infestus quoties mouet arma tyrãnus.

quaſi dicat. An non Chriſtus prauũ carnis & ſanguinis amorem procul expellet, an non ardore vultus ſui exſiccabit limoſos illos & venenatos carnalis concupiſcentiæ riuulos? Continentia & Caſtitas reuera, onus graue eſt, quod mundanos defatigat; ſed hominibus deuotis & ſpiritualibus alas eſſe diceres, quibus omnem libertatem & lætitiam peruolant. At ponamus magnam eſſe difficultatem, an hoc prætextu tam pretioſum theſaurũ virgo derelinquat? minimè gentium; ſed potius amore virtutis accenſa animũ reſumere debet, & in mentem reducere quanto poſt labores præmio decorabitur; conſideret quant. pace & otio poſt prælium fruetur dum vi diuinæ gratiæ remotis & ſuperatis difficultatibus glorioſa & honorificam victoriam reporta-bit.

In omni arduo conatu, præm memoria plurimum releuat labor quos perferre debemus; hinc San Chryſoſtomus virginem docet qu liter hoc caſu ſe gerat. *Si continent* inqu

Chryſoſt. homil. 24 in Matt. c. 25.

inquit, *Eligere decreuerimus, ne intueamur quas aduehat secum difficultates; neque etiam inspiciamus dubiam certaminis aleam quæ virginitati tentanda est; verum mentem oculosque conuertamus ad præmium & quietem sempiternam nobis promissam, Deumque præsentem esse credentes. prauæ concupiscentiæ furorem reprimamus eiusdem Dei auxilio; inordinatos carnis motus, feruore & deuotione spiritali edomemus, omne difficultatis obstaculum amouentes consideratione, præmij gloriosi: siquidem spes rerum cælestium sufficit, vt omnia pericula subeamus, & nos quibuslibet ærumnis exponamus amore virtutis. Omnem porrò difficultatis nodum facilè resecabimus, si hanc Apostoli sententiam semper ponderauerimus; quærite pacem in omnibus, & vitæ sanctitatem sine qua nemo Deum videbit.* Hæc S. Chrysostomus. *Hebr. 12.*

CAPVT IV.

Periculum & fragilitas quæ in voto castitatis emisso versari dicitur, virginibus non est attendenda.

Meticulosi nostri & formidolosi oppugnatores, vbi naturalis impotētię machinam frustra admouerunt, iam in voto virginitatis

emittendo, castitas agunt & conscientiam sibi faciunt, examinantes vim obligationis quam inducit votum continentiæ. Periculosum est, inquiunt, emittere votum virginitatis aut castitatis, siquidem huiusmodi obligationis trãsgressio, mortalem offensam incurrit. Ad obligationem voti quod attinet, lubens fateor, non quemlibet ad hoc idoneum reperiri, idq; benè notandum moneo; sed hinc malè infertur votum non esse bonum, sanctum, & laudabilè; qui ad illud faciendum sibi vires deesse sentit, nullus dubito quin abstinere sit tutius. Gratia & inspiratio diuina vt cõcurrat oportet, qua mouemur & incitamur ad oblationem & consecrationem no-
Sap. 8. stri; nam vt ait Sapiens; *nemo potest esse continens, nisi dono & speciali gratia De*
1.Cor. 7. Apostolus etiam docet, quod *vnusquisq; à Deo proprium donũ habet, vnus hic, alter illo modo.* Prætcrea dum quis ad votum castitatis à Deo excitatur, dubitat tamen vtram partem amplecti debeat, hærens velut in biuio, hac illac fluctuans; huic quoq; non s
ser

ſerim vt voto ſe aſtringat, donec plenius ſecum deliberauerit, & in corde ſuo experiatur virilem prorſus animum, vt velit & poſſit ſuperare cum Dei gratia, quicquid impedimenti interueniet; malitque potius mille tormentis exquiſitiſſimis cruciari, quam datam ſponſo ſuo fidem frangere. Dum verò quiſpiam illuſtratus, firmiter ſe reſoluit, nec vllum cernit obſtaculum, tum ſecurè, omni metu poſito, abſque periculo votum virginitatis emittere licet.

Hoc enim donum, teſte S. Auguſtino, ex gratia ſpeciali animæ conceditur; Idcirco, quicunq; legitimè votum vouet, ſciat, ſe à Deo ſpecialem gratiam & virtutem conſecutum, quam perpetuo adhibere neceſſum eſt, ad virginitatis conſeruationem, cui ſe adſtrinxit perpetuæ continentiæ voto. Huius rei conſideratione, cuiuſuis ordinis Religioſi, ad firmiorem obſeruationem trium virtutum principalium, in quibus locata eſt velut in baſi, totius Religionis ſuperſtructio; adſtringunt ſe tribus votis eſſentiali- *Aug. de ciuit. Dei*

 bus,

bus, quia horum interuentu, inter alia, duas insignes cõmoditates percipiunt.

In primis eorum voluntas quæ prius in incertũ fluctuabat, iam hoc iam illud arripiens, vehemẽter corroboratur, vnum eligit animo deliberato, illi se adstringit vt hedera muro, & palmes vineæ, qui ne ventis concutiatur & lædatur, palo se obligat. Altera commoditas est, quod vbi homo voti interpositione libertatem suam resignat & obsignat quantum in se est diuino seruitio, tum gratiam confirmantem à Deo consequitur, & quasi collyrium ex alto, quod Deus in oculos animæ deriuare facit, dum quis desiderio ipsi placendi accensus, eo modo strictè ipsi se deuincit, & totum consecrat, tanquam Creatori, Domino, Patri, & sponso suo.

Aug. In Psal. 75. Rem ita se habere, euidenter docet Sanctus Augustinus, in hæc Regij Prophetæ verba scribens; Vouete & reddite Deo salutari vestro; *non sitis pigri*, inquit, *ad vouendum, vos quibus aspirat Deus apprehendere gradus melio-*

meliores, ne in optima parte eligenda diu hæsitetis. Non ista loquimur ideo vt non voueatis, sed vt voueatis & reddatis. id est, promissum exoluatis. Iam quia ista tractauimus fortè volebas vouere, & modô non vis vouere? Sed quid tibi dixerit Psalmus attende. Non dixit nolite vouere; sed vouete & reddite Quia audisti reddite, non vis vouere? Ergo vouere volebas & non reddere? imo vtrumq; fac, vnum fit ex professione tua, aliud ex adiutorio Dei perficietur. Aspice eum qui te ducit, & non respicias retro vnde te ducit, qui te ducit ante te ambulat vnde te eduxit post te est. Ama ducentem & non te damnet retro respicientem. Vouete & reddite Domino Deo vestro. Huc vsque S. Augustinus.

Ex hoc discursu manifestè patet, voti emissionem non esse metuendam, modo libere, consulto, & prudenter fiat, post maturam deliberationem, & consultationem probi & discreti viri in Domino. Voto autem semel interposito, non solum nô diffidere debemus de diuino subsidio, sed totam spem in ipsum figat, quia vt inquit S. Augustin. antecedit

&

& subsequitur eum qui sibi deuotus est, vt gratia sua quæ in omnem euentum stat parata, facilem nobis dictet modum castitatis conseruandæ quam ipsi promisimus.

Capvt V.

Virgines à suo proposito auocari non debent, eo quod virginitas donum sit cœleste, & ad illud impetrandum diuinæ gratiæ fauor prius sit interpellandus.

Necdum cauillari desinunt aduersarij nostri, sed aliquid perpetuo ad labefactandum virginitatis statum comminiscuntur. Pallio veritatis rem obuelant, vt tandem virgines mendacijs implicent; affirmant virginitatem esse donum Dei omnibus peræquè non concedi, o[portere] nos esse speciali gratia De[i] præmunitos ad id retinendum. Ho[c] prætextu contendūt quemuis à con[ti]nentia deterrere, vt periculum [e]uitetur, ne sero nos pœniteat, & p[o]stea ludibrio hominum expositi [vi]deamur. Huiusmodi verba quo

co[...]

corticem & literam non solum periculosa videntur, sed etiam quo ad intentionem sunt venenata, quia ex vero falsum concludere nituntur, quasi ex honesta & legitima matre spurium & abortiuũ fœtum gignentia. Ne igitur Adolescentes circũueniantur, tres assertiones verissimas deducam. Prima, Virginitatem & castitatem esse donum Dei.

Altera, eam in horto & solo nostro radices agere, quantumuis à Deo inseratur; id est, eam in nobis crescere, per electionem nostram ex libero arbitrio prouenientem. Tertia, quod semper Deus præsto sit illi, qui hoc donum præuia consideratione suscepit, ac in eo, vt decet cooperatur. Quamobrem, qui vitam in otio ducere volunt & animas suas ignauia & luxu torpescere sinunt, hoc donum non obtinent; vt nec ij, qui illud parui æstimant, & somnolenter oscitanterq; sibi dari flagitant. Hoc verò consequuntur animosi Pugiles, deuotionis cupidi, orationibus addicti, & rei veritatem studiosè indagantes. Castitatem in primis

primis esse donum Dei patet ex scripturâ, nam, *nullus continens esse potest nisi vires à Deo acceperit*, & S. Matthæus
Matt. 19. ait, non omnes capiũt verbum hoc, sed quibus datum est, adhæc S. Paulus ad Corinthios inquit; *Vnusquisq;*
1. Cor. 7. *à Deo proprium donum habet, vnus hoc, alter isto modo*; ex his locis manifestum relinquitur continentiam èsse donum Dei. Secundo, taliter est donũ Dei, vt in arbitrio nostro stet, illud à Deo collatum suscipere dum sua gratia nos præuenit; eaq; dum nos adiuuat liberum est nobis id seruare. Hoc loco ad euidentiorem doctrinam notandum est, duplicia esse Dei dona: quædam nobis conferuntur sine vllo nostro facto seu cooperatione, cuiusmodi sunt sanitas, forma, vires, & alia naturæ dona, de quibus intelligendus est Apostolus dum ait; *quid habes quod non accepisti?* Ad hoc etiam genus reuocari possunt habitus infusi, & gratia gratis data, vt donum Prophetiæ, linguarum, discernendorum spirituum, & cætera huius prædicamenti, cui castitas nullo modo subijcitur.

tur. Quædam verò dona ſunt alterius ordinis, quæ à Deo quidem deriuantur, attēto quod eadē conſequeremur nunquam, niſi impertiret, excitans & præueniens nos gratia ſua, dirigens, defendens & promouens nos in omnibus; attamē inter opera & actiones noſtras connumerātur, vtpote depēdentia ex electione noſtri liberi arbitrij. Quicquid enim Deus gratia ſua præueniente & excitante in nobis laboret, certum eſt, nos nihilominus manere liberos ad velle & nolle; ad acceptandam aut reſpuendam gratiam. Oportet itaque vt illud donum agnoſcamus, eligamus deſideremus; ad hanc donorum claſſem ſpectant, Fides, Spes, Charitas, Patientia, & aliæ virtutes, inter quas iure merito refertur Continentia & Caſtitas. Verum quibus argumētis ex ſcriptura depromptis oſtendemus hanc virtutē in electione noſtri arbitrij eſſe poſitā? id clarè docet S. Matth. in perſona Chriſti dicens; *Eunuchi quidam ſunt qui ſe ipſos caſtrauerunt propter regnum Dei.* Libertas arbitrij noſtri his verbis fit *Matt. 18.*

man-

manifesta; quia si castitas nullatenus ab electione nostra dependeret. Christus non diceret, quosdam esse, qui vltrò se Eunuchos faciunt; quod tamen disertè exprimit ad differentiam eorum qui tales fiunt vel arte Chyrurgica, vel fortuito natiuitatis euentu. Eodē loco Christus omnes exhortatur vt huic statui se idoneos reddant, dum ait, *qui potest capere capiat*, huic consilio subscribit Apostolus dicens; *Præceptum Domini non habeo consilium autem do*; qui fit igitur vt nihil hoc nos concernat, neq; electionem nostram respiciat? idem tamen Apostolus neminē coactum vult, sed nuptias & cœlibatum in medio relinquit; faciat quod vul inquit, si nubit, non peccat.

Adhæc in scriptura præmium ca stitati propositum est vt merito & operi nostro; patet illud ex Isaia, v bi Deus nomen immortale pollic tur, sicut supra declarauimus; & Apocalypsi, vbi fit mentio noui ca tici, quod præter virgines cant poterat nemo; patet etiam ex i Sapientia, vbi expresse agitur de

peri

peribus ardius; *Bonorum laborum gloriosus est fructus.* Castitas itaque res est nobis propria, dependẽs ab electione, deliberatione & voluntate nostra. Veniamus autem nunc ad tertiam veram assertionem, vt difficultas omnis eximatur, qua virginibus metus inijcitur. Pro certo asserimus, nos consequi posse gratiam doni illius supernaturalis, modo quo supra explicatam, si nimirum à parte nostra interueniat, quicquid in nobis est, puta, si oramus, meditamur, & sanctè occupamur in pijs exercitijs, optantes in omnibus & per omnia diuinæ voluntati acquiescere, eius gloriam & honorem promouere; sic affectis nunquam gratia denegabitur, sed ijs qui se indignos reddent ignauia, tepore & alio præparationis defectu. Huius articuli decisionem lubet committere iudicio SS. Patrum & Doctorũ Ecclesiæ. Ex antiquioribus Tertullianum audio, sic consulentem; *Elige quod optimum est, si non possis, id fit quia non vis, si velles, vtique posses, cum vtrumque in tua libertate positum sit, adeoq; in tua poten-*

Tert lib. 1 de Monog.

potentia. Succedit Origenes, aitque, *qui vult consequi donum & consilium castitatis, illud petat in fide illius qui asseuerat, quicunq; vult petat, nec dubitet quin sit accepturus.* S. Hieronymus in hæc verba Saluatoris, *qui potest capere capiat*, hæc gratia, inquit, conceditur petentibus, efflagitantibus, & ad eam obtinendam sudantibus, scriptum enim est, *qui petit accipiet, qui quærit inueniet, & pulsanti aperietur.* S. Gregorius Na-

Greg. Nazian. orat. 31.

zianzenus eandem sententiam tangit, dicitque, *cum audis quemlibet non esse huius doni capacem, sed eos duntaxat quibus à Deo decernitur, id extenditur ad eos qui volent & consentient.* Ab hac veritate

Ambr. li. 3. de virg.

non discrepat S. Ambrosius inquiẽs; *Christus probè sciens virginitatem omnibus esse commendatam, à paucis tamen obseruatam & cultam, dicit non omnes capere verbum hoc*; alibi vero scribens in hæc verba: *Qui se ipsos castrauerunt propter regnum cælorum, Christus* inquit, *Sciens diuersas affectiones & inclinationes hominum infirmitatem & imbecillitatem nostram noluit obligationis vinculo adstringi, sed proposito solum præmio mentem nostram accendit &*

Chrys. in Math. cap. 19.

excitauit, inquit S. Chrysost. *fas est se con-*

se continere, qui vltrò donum hoc elegerunt, quod Christus ait procedere de manu Dei, vt doceamur, egere nos ipsius gratia, quæ semper nobis præsto est, si generosè victoriam reportare studeamus. Idem Doctor alio loco, explicans hæc Apostoli verba, *Si continere non possunt, nubant;* hæc ait; *Apostolus hoc modo loquitur, vt totum negotium eorum voluntati adhærere videatur, quia suæ ignauiæ acceptum referre possunt, quod saniora consilia non elegerint; docet præterea, eos habere potestatem & libertatem, si velint; & si non habeant, id fit quia aliquid laboris & molestiæ subterfugiunt, quod subeundum est.* S. Anselmus in eadem verba scribit; *Continere nequeunt, quia nolunt, nec hanc gratiam toto corde appetunt. Propterea non merentur adiuuari diuinitus. Deus enim eos adiuuat, quos videt tota virtute contendere, nec tales vnquam vltra vires tentari sinit.* — 1. Cor. 7. — *Anselm. in Paul.*

S. Augustinus idem sentit cum cęteris, dum in confessionum suarum libris Deo loquens ait; *non dubito mi Deus, quin mihi donum castitatis es concessurus, si pedes tuos lachrymis perfudero, & suspiriis cordis mei aures tuæ benignitatis pulsauero;* & alibi explicās verba Psalmistę — *August. confess.*

Votum

Votum voui Deo Iacob, ſic ait; Dauid in libertate conſtitutus, votum èmiſit, ſed obnixè Deum rogat, vt voto faciat ſatis; hinc deuotionem ſuam oſtendit votum offerens; inde humilitatem proponit, & fatetur ſe non eſſe ſoluendo niſi diuina gratia locupletetur. *Attendite, ait; votum hoc, … eſt, quod vouerat, quo ardore vouerit, quo amore, quo deſiderio, & tamen ad hoc implendum Dominum deprecatus eſt.* Nemo itaq; præſumat ſe proprijs viribus voto ſatiſfacere poſſe, ſed in Deo ſpem ponat, qui author fuit vt voueret, & opem præſtat ad votum exoluendum. Virgines igitur coronam ſuam non à Deo ſolo accipiũt, ſed etiam ab electione ſpontanea voluntatis & liberi arbitrij.

Agedum quis nunc metuat doctos illos carnis aſſentatores, quid contra ſententiã hanc diffinitiuam obgannire poſſunt? Si caſtitas (quãtumuis àDeo dependeat, & eius gratia egeat) ab optione voluntatis noſtræ proueniat, & à cooperatione, cum ſubſidio gratiæ quæ ſemper nobis aderit, modo humili prece …

illam obtinendam nos disponamus; nihil igitur curandæ sunt eorũ persuasiones qui nos à tam pio & salutari proposito auocare student, nam scriptum est; *Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur*, item; *qui confidunt in Domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum qui habitat in Ierusalem; In te Domine speraui, non confundar in æternum.* Psal. 90. Psal. 114. Psal. 30.

CAPVT VI.

Virgines parum aut nihil moueri debent, ex eo quod pleræque turpiter in castitatem impegisse dicuntur.

Resumptis viribus aduersarij extrema tentant, & omne acerbitatis suæ virus in sacrum hunc statum euomunt; sic igitur more commiserãtium virginem interpellant; ah filia mea, nonne frequenter ad aures tuas peruenit, quomodo plurimæ virgines tandem voti & sui muneris immemores, & à priori feruore remittentes, virginitatis, vna & honoris iacturam fecerint? Agite, macti animis virginei adolescẽtes, hanc maculã è veste & tunica vestra virginali facilè eluemus, sicque ad-

 uersa-

uerſariorum tela retundemus. In primis examinemus obſecro naturam & qualitatem virtutis, & ingenia conditionemue eorum, qui eandem conantur aſſequi: Propriū virtutis eſt verſari in rebus arduis & ſublimibus; non omnium eſt igitur virtutem ſequi, ſed eorum duntaxat qui excelſi & infracti ſunt pectoris, qui lacertis valent, & pedes ad curſum habent agiles virtutis aſſequendæ gratia; ex his patet, hominē virtutis cupidum, fortem & magnanimum eſſe debere, vt omnem difficultatem ſuperet. Hoc ipſum Poetę declarant, dum ſingunt Herculem ſummâ virium contentione ad apicem montis aſpirare, quaſi ſolus is virtutem pertingat qui generoſus & magnanimus eſt. Virginem inſtructam eſſe oportet robuſto pectore, & omnibus virtutum præſidijs munitam, ad emiſſos impetus reprimēdum. Hinc, ij vere ad ſtatum virginitatis vocantur, qui ſic affecti ſunt, vt ab eius obſeruatione ne machinis quidē deturbari poſſint. Oportet itaq; vt inſignem deuotionis apparatum

rum faciant, animum colligant, omnem difficultatem superare confidant, omnem spem & fiduciam suam non in se, sed in Deum principaliter conijcientes qui semper paratus est necessitatibus nostris subuenire; *Cum ipso*, inquit, *sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum*; ille nobis opem fert in omni bono opere, vna cum desiderio robur & animum acuens; Deus, inquit Dauid, à dextris meis est ne commouear; adhæc subsidium suum nobis certo pollicetur, & Regia fide saluum conductum præstat; *Fidelis Deus* (ait Apostolus) *non permittet vos tentari vltra vires vestras, sed etiam cum tentatione dabit prouentum gratiæ, vt sustineatis afflictionem.*

Psal. 90.

1. *Cor.* 11.

Veruntamen à parte nostra requiritur vt ad sacram orationis anchoram confugiamus, vniendo nos cum Deo, & ipsius voluntati nostram subiugando. Deinde postquam virgo Diuinæ maiestati se consecrauit, ipsi specula, murænulæ, inaures, & omnis mundus muliebris relinquendus est: attingat manibus nihil præter

libros pios, nec ſeſe alio deferat quā ad loca orationum, & exercitiorum charitatis vel miſericordiæ. Olim
Deut. 21. in lege Moſaica ſi iure belli virgo capiebatur, ipſi, antequam victori vel alij nuberet, crines erant detondendi, vngues præſcindendi, veſtis auferenda, & vbi aliam accepiſſet, terminus menſtruus ipſi dabatur, vt patrem matremue lugeret.

Huiuſmodi ceremonijs, teſte S.
Hier. in Epiſt. ad Magn. Orat. Hieronymo, ſignificabatur, eam quæ Deo ſe conſecrat, nihil in corde reſeruare debere, ſed omnem agendi modum in ornatu, inceſſu, veſtitu & conuerſatione mutandum eſſe; vt hominibus placeat ne ſit ſollicita, omnem ſeculi cogitationem depónere, & domum patris ſui obliuiſci debet, id eſt, renunciare cuiuis amori & affectioni carnali, quæ non modo nihil iuuat, ſed potius officit quo minus, perfectè Chriſto vniatur. Quæcunq; igitur hoc modo non ſunt diſpoſitę, falsò nomen ſanctitatis vſurpant, ſed ſanctæ ſunt virgines, inſtar nummi adulterini, qui ſolum auri ſplendorem, non valorem

ctorem repræſentat. Si miles quiſpiam militiæ nomen daret, abſque eo fine qui omnibus proponitur, indignus eſſet qui hoc nomine appellaretur; idem vſuuenit in hoc ſacro ſtatu virginitatis, dum quis abſque matura deliberatione & præuio apparatu illum ingreditur. Sed vt ad viam regiam reddeamus, aſſero veras virgines nunquam fidem fallere, nunquam pudicitiæ limites tranſilire; ſi quid tale contingat, hoc ipſum committunt virgines ſimulatæ, leues, fatuę, arrogantes & pietati non addictæ. Suſpectas habere debemus illas, quæ ſub prætextu laudabili, interdum neſcio quid vitiosè intendunt, ſenſualitatem & curioſitatem ſuam omni vento circumferri ſinentes.

His periculoſa eſt voti alea, naufragium in ipſo portu patiuntur, à recta ſemita deuiant, turpiter hallucinantur, cum temerè hũc ſtatum arripuerint, viribus non exploratis, abſq; conſideratione, iudicio, conſilio, deuotione, & pia intentione. Verum illæ quæ iam pedem in vir-

tute fixerunt, quæ iam aureum vitæ spiritualis fundamentum iocauerunt, vt templi sancti aut Regij palatij ad excipiendum Dominum suum, nihil temerè inædificantes, sed omnia pulchrè componentes cum libella discretionis, & perpendiculo rationis, illæ inquam, sua spe non frustrabuntur, nec metuendum est vt incœpti pœniteant; benè ducuntur & reguntur in nomine Domini, non secus ac illæ quæ portu soluentes, Christum pro Nauarcho eligũt, & anchoram fiduciæ suæ in Deum iaciunt, dirigentes vela sua sub aspectum stellæ Maris, gloriosæ virginis Mariæ, quæ ad prodigium vsque dotata, ditata, & ornata est omnibus virtutibus, quæ creaturam aliquam attollere possunt supra dignitatem cum humanæ, tum Angelicæ naturæ. Quotidiana experientia huius rei fidem facit, & exempla nobis præclara suppeditat. Intueamur SS. virgines Ecclesiæ, Agatham, Luciam, Agnetem, Cæciliam, Catharinam, Margaretã, Barbarã, Genofeuam decus & presidiũ Parisiense, quam S. Germanus manu propria

velo virginitatis obuelauit, quod totis octoginta annis gestauit; Sanctam Theclam virginem nonagenariam virginum protomartyrem, à S. Paulo eruditam, è cuius etiam manibus velum virginitatis accepit, quod illibatum tanto tempore conseruauit, spretis tormentis & cruciatibus, quos in vita sua pertulit constantissimè. S. Valeriam virginem consecratam à S. Martiali Episcopo Lemonicensi, à S. Paulo ad annunciandum Euangelium delegati. Verum vt ad tempora nostra accedamus, consideremus S. Angelam Brescia Lombardorum oriundam, fundatricem cuiusdam cœnobij virginum S. Vrsulæ, virginem natione ethnicam, sed virtutibus & vitæ sanctimoniâ conspicuam, cuius interuentu DEVS fecit, & in dies facit per ipsius posteritatem plurima mundo beneficia, instruendo seu erudiendo teneras & iuniores puellas bonis moribus & scientia literarum, tam Bresciæ, Mediolani, Venetijs & alijs Italiæ vrbibus, quã Auinione, vnde abhinc triẽnio,

uiculas examinauerit, deprehendet eas non aliam ob causam foro cedere, quam quòd oscitanter & remissè Deo seruiant, officio suo non satisfaciant, confabulationibus, iocis & otio indulgeant, quod puluinar est Diaboli & fomes vitiorum.

Existimamus autem filiam, quæ pretiosum virginitatis thesaurum seruare constituit, sic esse affectam, vt Deo velit ex toto corde, & totis viribus suis inseruire, quod fit dirigendo omnes intentiones ad ipsius gloriam & honorem, affectiones suas in ipsius amore sepeliendo, omnia desideria sua ipsi addicendo, & beneplacitis eius obtemperãdo, sub ductu & regimine prouidi & circũspecti pœnitentiarij. Si secus res habeat, non suaserim vlli vt in albũ virginum se referri patiatur; Verum si præfatis virtutibus instructa sit, non est cur nimium metuat lapsum & serotinam pœnitentiam.

Deus enim periclitari quidem, sed nunquam perire sinet eum, qui ad numen gratiæ suę recurrit, simulque omnem sibi præscindit occasio-

in terramque proiectos, vbi aruerunt & computruerunt amputata: ſimul poferendi fructus; nam fructus omnis trahit ſuccũm à ramis, rami à caudice, caudex à radice, qui eſt Chriſtus, quo priuati ſunt; Verum quid ſibi vult lapſus ille & amputatio? an ſcilicet credere non debent, quia fide exciderunt? minimè.

Sed Apoſtolus monet his verbis, vt in fide noſtra humiliter ſentiamus, & aliorum periculis erudiamur, imbecillitatem noſtram agnoſcentes, & conceptus noſtros timori Diuino ſubijciamus.

Eodem modo in ſtatu virginitatis & continentiæ fieri ſolet, qnam aliqui indiſcreta ſua temeritate perdunt, maiora viribus audentes & irretortis oculis continentiæ radios non ferentes, ob defectum deuotionis, ignorantes quam ſit ſponſus eorum ſuauis; aut denique ob defectum humilitatis, quæ nutrix eſt omnium virtutum Chriſtianarum, vnicè neceſſaria ijs, qui caſtitatem profitentur.

Præclarum huius rei exemplum habemus in vxore Loth, quæ flammis Sodomæ erepta, retro respicere ausa, in stãtuam salis conuersa fuit. Quænam illa mulier est Sodomæ Flammis erepta, nisi quæ ardorem impudicitiæ euasit, vt omnes Religiosæ & Ecclesiasticæ personæ castitatem, in Ecclesia Dei seruantes? conuersio illa retorsum, denotat alterationem, mutationẽ, & teporem deuotionis, eius quæ semel Deo cõsecrata retrò respicit, mundum illiusq; vanitates inspectura, quibus libellum repudij dederat iam tum, cum Christo desponsaretur.

Mutatio autem illa in statuam salis insinuat, talem personam quæ de fastigio castitatis pręceps iuit in cœnũ impudicitiæ, loco salis esse prætereuntibus& illac iter facientibus, i.e. eos instruere vt condiantur,non sint fatui, vt saniora consilia eligãt, nec retrò respiciant, puta, non suspirent vel aspirent ad vanitates mũdi,quibus semel renunciarunt. Nam

Luc. 9. vt Christus testatur; *Nemo mittens manum, ad aratrum, & respiciens retrô, aptus*

est

est regno Dei. Ex his itaq; discimus, lapsu aliquot virginum, non tantum non debere nos auerti à statu virginitatis, sed potius in ipso corroborari & confirmari, vt iuxta regulas eiusdem viuamus amantes, reuerentes, & seruientes Domino nostro.

At doctrinam hanc similitudinibus aliquot declaremus. Quisnam obsecro tam stolidus & delyrus est, vt in stadio currẽs, cursum alias velocem abrumpere velit, eo quod ex æmulis suis aliquos equo excussos cernat? imò fallor, nisi magis ad cursum accendatur, spe reportãdi præmij quod victorem manet. Q isquis igitur animo, & viribus pollet, à certamine non abstinebit, eam ob causam, quod commilitonem suum prostratum videat: sic in disciplina militari strenuus miles clypeum & hastam non abijciet, aut Ducem suum deseret, quia cæsos quosdam intuetur, sed animosiori pectore fretus, concludet fortiter dimicandum esse, ne in manus hostiles deueniat, aut sicut alij trucidetur.

Postremo (vt S. Gregorij Nysseni

similitudinem audiamus) non ideo proborum & locupletum Mercatorum stylus abrogandus est, quia nonnulli naufragium passi sint, nonnulli foro cesserint; si enim Mercator similium exemplis terreretur, & negotiari desinens officinam obseraret, se & familiam suam exponeret periculo moriẽdi fame, vbi summam capitalem absumpsisset.

Mercator igitur solers & prouidus alieno malo sapiet, euitans pericula quibus illi se obtruserunt nimia temeritatè, prodigalitate, aut præsumptione. Sed ipsa verba Doctoris allegemus, sicq; huic capiti finis imponatur. *Quid curiose, ait, à me quæris, an ij qui hæc ipsa animaduerterunt, aliquando superati sint? idque propterea ignoras, quasi hæc res difficilis sit. Contuere ad eum qui perfectus est; fortique ac fidenti animo te optimæ huic nauigationi, gubernatore Christo, Spiritus sancti afflatu, temperantiæ nauigio vectus, committe. Neque enim qui mare nauigant, mercaturamque exercent, hi ab instituto spei cursu desistunt, naufragio deterriti, quod quispiam fecerit, sed bona sua spe ipsi excitati ad perfecti*

fecti muneris finem festinant, ideoq; intrepidè portu soluentes, *orientales plagas animo iam peruadunt vbi aromata & gemmas pretiosas, mercentur, Sic quoque terreri non debemus ob lapsum alicuius virtutis, vt propterea iter reflectamus; verum in Deo sperantes, prudentiorum vestigiis insistamus, in via strenui progrediamur donec metam attingamus*; hæc ferè ille. Ex cuius verbis id maximè notari velim quod initio dicit, nimirum, nos non curare debere superatum & cadentem, sed constantem & perfectum, qui enim in instituto suo perseuerat, laudem promeretur. Inter eos qui virginitati & continentiæ militant, aliquos reperias officio suo præclare fungētes, nonnullos famā & existimationem suā propria culpa denigrantes, aliqui in bono proposito pergunt, aliqui cespitant. At cur obsecro lapsus harū virginē debilitet potius, quā istarum vis & constātia corroboret? An insuetum est, vt per medias tritici flauescentis aristas, lolium conspiciatur? Virgini itaq; cursum continuanti perpetuo obuersetur exēplū

Sanctæ

Sanctæ Luciæ, Agnetis, Agathæ, Cæciliæ, Margaretæ, vtriusque Catharinæ, Alexandrinæ quidem per quam Deus omnem mundi sapientiam confudit; Senensis autem, quam Christus tātopere in delicijs habuit, & tam admiranda operatus est eius interuentu. Occurrant deniq; tot aliarum virginum mores, qua se super aram gloriæ immolauerunt insigni vitæ sanctimonia & honorabili morte nobiles, quæ tam accuratè pudicitiam suam conseruarunt, & tanti virginitatem fecerunt, vt non dubitauerint vitam & sanguinem prodigere, quam florem illum vel in minimo contaminare. Sic virgo paret se, & conetur placere sponso suo, in ipsius bonitate confidens, quæ opus diuinis auspicijs inchoatum, perducet ad optatum finem ad maiorem gloriam & honorem diuinæ maiestatis; hæc faciens nihil est quod vspiam metuat aut reformidet.

CAP.

CAPVT VI.

Virgo ad verba parentum, & amicorum temporalium aures obstruere debet, qui obiecta rerum & commoditatum secularium penuria & defectu, laqueos virginitati tendunt.

DAemon hostis iuratus omnis honestatis, adeoq; virginitatis & continentiæ, nihil intentatũ relinquit, omnem quercum excutit, & ope Commissariorum suorum id vnicè spectat, vt in causa pudicitiæ fraudulentis calumnijs & cautelis triumphet. Mirum quantopere moliatur hoc castrum expugnare, sed tum est loco nimis arduo & inaccesso; dum semel illic Deus in præsidiis constitutus est, nullis machinis potest concuti. Desperabundus itaque aduersarius, vltimam irruptionem facturus, admouet arma commoditatum & deliciarum rei temporalis, quibus renunciare suo quidem iudicio, difficillimum videtur. At ensis huius, acies retundenda est, & alæ præsumptionis hostilis amputandæ sunt.

Vlti-

Vltimum hoc iaculum desumitur ex pharetra opinionis mundanæ, quæ Dæmonis quisquilias plurimi æstimat; Hæc igitur omnia, vana & caduca esse ostendam, licet ab asseclis vanitatum tanti fiant. Quænam verò illa sunt? puta diuitias amplas, monilia, vestes pretiosas, epulũ Sybariticum, cubile opiparum, molle & delicatum: magno in honore mulieres habentur, ob authoritatẽ viri sui; gloriantur in pompa famulorũ & ancillarum, vel in vno nutu parentium, qui in statu matrimonij præsto sunt & frequentes, cum è diuerso in statu virginali nihil tale reperiatur, virgo siquidem exiguã ducit familiam modestiæ & sanctorũ desideriorum duntaxat stipata comitatu.

Ioan. Chrysost. de virg. Hæc omnia tangit & explicat S. Chrysostomus in libro quem de virginitate inscripsit, ideoque ipsum consulere non abs re videtur; de diuitijs hoc modo loquitur: *Plurimi mirificè delectantur abundantia auri & argenti; sed quanto satius est oculos in altum erigere, & maiorem haurire lætitiam intuitu o-*

pum

pum cœlestium? quantum plumbea vel stannea massa cedit auro, tantum cedit aurum cœlo. Contemplatio diuitiarum æternarum libera est & exempta ab omnibus curis & molestiis temporalibus; sed auri & argenti possessionem semper sequitur timor eius intertubrandæ seu furto, seu rapina; tum perpetuo quispiam est sollicitus vt pecuniam suam œconomicè expendat, & accuratam nummorum rationem habeat, sicque pedetentim spiritu conturbatur.

De vestimentis & ornatu corporis fusè admodum scribit, sed illa quasi per indicem attingam. In primis itaque dicit, Matronas illas tanto luxu & opere vestium adornatas, ijs non frui citra damnum & egestatem maritorum suorum, qui domi habent rem valdè angustam & sæpe desperatam, quod delicatis estis coniugibus summo dolori est. Si verò ornamentis illis non affluant, tum maritis faciem rugosam, ingratam & illepidam porrigunt; atque ipsæ mirum in modum cruciantur, ob curtam suppellectilem, ornatum tenuem, comparatione aliarũ superioris vel infe-

inferioris ordinis. Adhæc accedit ſtimulus inuidiæ & æmulationis, dum alias forſan natalibus aut dignitate obſcuriores, intuentur delicatius incedere, & veſtiri ornatius. Addit etiam, eum qui veſtiũ ſplendore plus quam par eſt afficitur, nũquam ſua ſorte contẽtum fore, ſed in dies elegantiora optaturum; ſi viderit indumentum materiæ vel operis peregrini, id comparere debebit, quamuis ad inſitas redigeretur. Veſtes autem iſtæ opiparæ neſcio quam curarum trigam circũuehant, ne maculentur aut lacerentur, ſedere iacere, vix audẽt, fures, glires, & tineæ metuuntur. Si contingat veſtes huiuſmodi ex byſſo, murice, holoſerico confectas, furto ſubtrahi, vel olei pinguioris macula infici, tum ad inſaniam vſq; litigatur, tum planctus, fletus & quærimoniæ audiuntur.

Ex his quoquè veſtibus pretioſis, corpus & membra ſuum damnum ſentiunt; nam mulier ijs vtens, vel ſpecioſa eſt, vel deformis; ſi illud, tum veſtis elegans formæ corporeæ iniu-

iniuriam facit,totus enim ſplendor & pulchritudo veſtibus attribuitur; ſin autem deformis eſt,eo peius,nam vt aiunt Philoſophi,contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, & alterum alterius decore offuſcatur; Splendor autem Adamantum, carbunculorum, omnis fucus & ceruſſa, nihil aliud operatur cum deformi muliere; quam vt eam longe turpiorem efficiat, vt fieri ſolet in ſymia veſtitu eleganti compta. Hoc diſcrimen virgo nullatenus incurrit; virginitatis enim ornatus non corporalis eſt, ſed mentalis; vnde euenit, vt quæ corpore turpis eſt, emendet vultus ſui næuos forma ſpirituali & animæ venuſtate. Quæ vero formam præſtantem habet, & bonis moribus eſt imbuta,longè decentior apparet oculis aſpectantiũ ratione deuotionis& modeſtiæ ſuæ. Nam ornatus & elegantia mentis, non conſiſtit in gemmis, monilibus, murænulis, byſſo & huiuſmodi nugis futilibus; verum in orationibus, ieiunijs, vigilijs, contuſionibus, humilitate, deuotione, obedientia,

deterius. nam quot illæ sunt, totidem curis afficitur, singulis enim tũ ægrotãtibus, tum morientibus perturbari, atque angi necesse est. Sed hoc fortasse, & his etiam grauiora tolerabilia sunt, vt quotidianæ illæ, & vehementes contentiones, dum in ancillarum pigritiam inuehitur, dum fraude perfringit dum ingrati animi vitia tollit, dum reliquam omnino vitiositatem coercet.

At id omnium grauissimum est, quod in huiusmodi ancillarum turba maxime solet vsu venire: cum vna aliqua forte in illo grege famularum forma liberali, (id enim omnino in multitudine accidere necesse est: nam copiosi homines non id modo student, vt multas habeãt ancillas, sed vt æque formosas) cum igitur contingit vnam aliquam in illis forma reliquis antecellere, siue ea dominum specie, & venustate ad sui amorem attraxerit, siue nihil aliud potuerit, nisi quòd in sui admirationem adduxerit; victa domina pari in dolore versatur, si minus ob eam causam, quòd vir ancillæ cupidi-

cupiditate teneatur, certè ob eiuſdem corporis pulchritudiné, & admirationem. Cum igitur, quæ per ſe præclara videntur, & expetenda, tantas habeant ſollicitudines; quid de ijs dicas, quæ moleſta, & acerba ſunt? At nihil tale patitur virgo; nam ipſius domus ab omni perturbatione libera eſt. & omnis inde remotus clamor, ac velut in pleno trãquillitatis portu apud eam cuncta ſilentio continentur; ac ſilentio maior requies altera, qua præditus animus, tanquam nullam agens humani muneris partem, aſſidue cum Deo colloquitur, & illum intentius intuetur. Quare quis eam voluptaté, quanti eſt, queat æſtimare? aut cuius oratio eius animæ, quæ ſic affecta ſit, oblectationem poſſit exprimere? nullius vtique. at eius vim voluptatis tantum illi nouerunt qui ſe oblectant cum Domino; tantoque ipſam præſtare intelligunt; cum nulla alia iucunditate comparari poſſit. En quibus coloribus Doctor ille S. vanitatem & pomp[...] ſeculi depingat. Adhæc multa ex[...]

De quiete, ac trãquillitate, qui virginitati ineſt.

ge

gerat in detestationem epularum & conuiuiorum immoderatorum, quæ volens omitto, ne prolixior sim in rebus manifestissimis; assero duntaxat vitam Christianorum, quæ, vt ipse docet moderata est & temperata, euitare omnes incommoditates quæ proueniũt ex immoderata lautitie, siquidem temperantia non solum seruit interiori continentiæ & contemplationi, sed etiam corpus varijs modis refocillat. Cæterum hoc loco possent aduersarij congerere lenia quædam voluptatum dispendia, quibus tamen nullo negotio responderi posset; sed quia operæpretiũ non videtur, & instituto longior fierẽ; huic opusculo finem imponam tali clausula; videlicet, res omnes temporales quantumuis pulchritudine & valore polleant, quæ cateruatim obijciuntur virginibus vt à suo proposito desistant, non pluris æstimandas esse, quam flaccidos & emortuos flores, & nauci fabarum, siquidem parum hominis interest (cũ perituræ sint & fragiles) vtrum ijs affluat necne, nam

vt scitè & eleganter ait Solon;

Aurum mutatur, virtus immobilis hæret.

S. Chrysostomus hoc negotium disertè explicat, dum ait: *Sed quænam est rei summa? meum & non meum: quæ cum diligentius considero, verba tantum inania esse video, sunt enim multi, qui vel in vita deserentem se possessionem retinere non possunt; quòd si qui vsque ad mortem illa seruarint, ipsis tamen, velint, nolint, morte exturbabuntur; neq; modo in argento, & auro, sed in balneis, & in hortis, ædibusq; meum illud, & non meum, verba solum esse omnes intelligant: nam eorum vsus est communis omnium. qui vero rerum illarum domini videntur; plus inde, quàm qui non sunt, habent molestiarum: bonis enim modo fruuntur alij; hi vero cum summa earum rerum cura tantundem inde capiunt, quantum cæteri sine vlla solicitudine.* Hæc S. Chrysostomus.

Chrysost. libr, de virg. c. 68.

Porro si facultates temporales quæ virgini negotium facessere creduntur, nullo in pretio habendæ sunt non video quemadmodum illarum intuitu, à suo proposito vel latum vnguē deflectere possit; si enim bon[a] temporalia prorsus vana indica[n]tur, eo vanior erit ille, quo vanio[ribus]

su[...]

sint ea quibus cor suum applicat. Addo, quam curtum sit tempus huius vitæ, quæ necessitas vrgeat ineuitabilis, vt breui ex hoc mundo euocemur reddituri Deo exactissimã nostrorum operum rationem; nihil itaq; nos nuptię torqueãt, flocci faciamus delicias & voluptates quæ ex matrimonio prodire existimantur.

Nam ob tantas temporis vitalis angustias, & ob instantem mortis necessitatem, prudenter quisq; fecerit si animum suum ab amore creaturum auertat, diuinis obsequijs se mancipet, & in procinctu sit expectans horam, qua cum Creatore suo rationes accepti & expensi subducere debeat. Sed dicet fortasse quispiã, inquit S. Chrysostomus, Quid ista ad coniugium? *Immo vero ad ipsum maximè pertinent. si enim huius vitæ finibus terminatur matrimonium, & vbi è vita migrarint, neque nubent, neque vxorem ducent, & hoc tempus ad finem properat, & dies resurrectionis in limine adest, non est nuptiarum tempus, aut copiarum, sed inopiæ, & totius eius cogitationis, ac rationis, quæ nobis illic profutura sit. nam quemadmodũ virgo,*

Præsens hoc tempus non esse conrugij. Chrys. lib. de virg. cap. 73.

quàm diu domi eſt apud matrem, verſatur in magna cura rerum omnium puerilium, & arcula in cubiculo collocata, iiſq; obſignatis, quæ ſunt ibi recondita, clauem ſeruat ipſa, & omnem earum rerum poteſtatem habet, tantamque ſuſcipit parua illa, & vilia cuſtodiendi curam, quantam illi habere ſolent, qui maximas familias adminiſtrant: cum vero nubilis eſt, ac nupta iam è paterna domo cogitur diſcedere, tum ab illa tenuitate, & humilitate liberata, rerum, mancipiorumque multitudinis, viri curam, aliaq; his multo maiora ſuſcipere neceſſe habet: ſic nos etiam facere oportet; vt, cum ad perfectam vitam, & viro dignam perducti ſimus, relictis in terris ludis omnino omnibus puerilibus, de cælo, de cæleſtis illius conſuetudinis ſplendore, deque omni gloria cogitemus. deſponſi enim ſumus & nos viro, qui eo nos in ſe amore eſſe vult, vt non modo terrena, & parua hæc leuiaque relinquamus, ſed è vita etiam, ſi opus fuerit, eius cauſa diſcedamus. Quare cum illud reliquum ſit, vt eò nos venire oporteat, curarum leuitatē dimittamus: neq; enim ex tenui domo migraturi in Regiam, de teſtis, ac lignis, deq; ſupellectile, ac reliqua domeſtica tenuitate laborabimus. Ne igit

Similitudine ad virginitatem hortatur.

nos, ne inquam iam terrena curemus. dies enim iã nos vocat ad cœlũ, quemadmodũ Diuus Paulus scripsit ad Romanos. *Nunc enim proprior est nostra salus, quàm cum credidimus: nox præcessit, dies appropinquauit.* Rom. 13. & iterum is, 1. Cor. 7. *Tempus breue reliquum est, vt & qui habent vxores, sint tanquã non habentes.* Quid igitur ijs coniugio opus est, quibus frui nõ liceat? vel quos potius æquè affectos esse oporteat, atque eos, qui coniugia non attigerunt. *Coniugio non esse opus quã. do eo frui non licet.* Quid pecunia nobis? quid possessiones opus sunt? quid, quæ ad vitam pertinent, si in opportunus est, & intempestiuus earum rerum vsus? nam si, qui ad iudicium in terris sunt affuturi, vt suorum delictorum rationẽ reddant sub ipsam iudicio dictam diẽ, omni non solum vxoris, sed cibi, & potus cura dimissa, vnum illud cogitant, quo modo se tueri possint: *Iudicium Dei sæpius esse cogitandũ.* multo magis nos, qui non ad terrenum aliquod iudicium, sed ad cæleste tribunal affuturi sumus; vt singulorum dictorum, factorum, & cogitationum rationem reddamus, ab omni terrestrium rerum tum læ-

titia, tum tristitia abstinere oportet, & formidolosum illum diem modo cogitatione complecti. *Nam si quis, inquit, venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc & animam suam; non potest meus esse discipulus: & qui non tollit crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.* Tu mulierum libidinibus, risui, conuiuijs intemperanter indulges? at Dominus adest. Tu pecuniam curas, deque illa solicitus es? at cæleste regnum impendet. Tu de familia, de luxu, de alijs voluptatibus cogitas? at præterit figura mundi huius. Quid igitur est, quamobrē te conficias cura terrenarum rerum, quæ & inanes, neq; stabiles sunt; ea negligas, quę & sūt, & eorum est firma possessio? Non est postea coniugium, non dolores, aut voluptates, non corporum coniunctio, non pecuniæ copia, non cura possessionum, non commeatus, non vestes, non agricultura, neque nauigatio, non artes, neq; ædificia, non oppida, non domus; sed alia rerum conditio, aliud viuendi institutum.

Hæc

Hæc autem mox interibunt omnia. nam eam vim habet id, quod dictum est, *Præterit figura mundi huius.* Quid igitur, tanquam omnium hic sæculorum ætates victuri, studium omne præ nobis ferimus, eam rerũ curam suscipientes, quã ante vesperũ plerunq; deserimus? quid laboriosam vitam diligimus, si nos ad tranquillitatem Christus inuitat.

Hæc S. Chrysostomus. Cæterum adolescentes in Domino obtestor, vt nouissimorum perpetuo recordentur, mortem sibi ponant ob oculos, vt lugubrem huius vitæ clausulam, nisi in statu gratiæ contingat; vt huiusmodi consideratione, non laxent frenum suæ sensualitati, & thesaurum perdant tam pretiosum, qualis est corporis integritas & animæ puritas, aut optione temeraria quod pessimum est id eligant. Iuuentus nostra discat & sequatur doctrinam SS. Patrum & Doctorum Ecclesiæ; acquiescat consilijs Apostoli, & ipsius Saluatoris, imo sapientium quorundam Ethnicorum, & antiquorum Philosophorum, maxi-

me Theophrasti, quem S. Hierony
mus in libris suis cõtra Iouinianu
frequenter allegat, hi omnes & sin
guli matura deliberatione habita
suadent vt continentiam seruemu
omisso coniugio, quod quidẽ si am
plectamur, id prudenter & consu
to fiat. Vos autem ô virgines præ
clara Ecclesiæ Dei ornamenta, cœ
lestes Pyramides ruinis huius mũd
non euersæ, quid ad vestras laude
addam? vos Angeli terrestres est
corde cœlos inhabitantes; vo
in mundo Phœnices estis, aue
raræ & mirabiles, quæ more cæ
terarum speciem suam non con
seruant mixtione & coniunction
sexuum, sed modo singulari prors
& nobiliori, per ignem videlice
quo in cineres rediguntur, & è c
neribus posteritatem suscitant. Ec
dem modo generationem vestra
propagatis igne charitatis, in qu
cõsumptę estis & Deo cõsecratę, i
quo viuitis & æternitatẽ consequ
mini. Aues Paradisi (vt vulgus e
vocat) vos esse dixerim, quæ plum
habent auro & purpura fulgentes,
mir

miraculum pulchras, & eo nomine admirandas, quod ſemper in aere victitent, nec vnquam humi pedem deſigant; Sic vos omni corporum delectationi renunciaſtis, cogitationes ad cœlos tranſmiſiſtis, & opera veſtra inaurata zeloq; charitatis micantia, tanquam pennas aureas diuinis coloribus depictas. Aues iſtæ pedibus carent, ſic etiam vobis affectiones terreſtres ademptę ſunt, nihil cor veſtrum ad terram deprimere poteſt, nam conuerſatio veſtra eſt in cœlis. Præfatæ volucres dum nonnihil quieſcere volút, plumis duabus longioribus adhærent ramis arborum; idem vobiſcum fieri ſolet; dum in terris recreationem quæritis, adhæretis arbori vitæ, Ieſu Chriſto Saluatori noſtro; & geminis animę plumis oratione nimirum & meditatione quibus cœlos ipſos penetratis, iungimini trunco & ramis verbi diuini. Auis illa Paradyſiaca in Peru Americæ reperitur, ſic & ſtatus veſter extra Eccleſiam Catholicam nullibi colitur; raræ eſtis, admirandæ, laudibus euehen-

hendæ per vniuersum orbem. Deus in vobis mirabilia operatus est, & sũmo fauore vos persequutus. Quid iam vestræ vices exigunt, quid munus vestrũ postulat? videlicet vt assiduè Deũ laudetis ipsiq; benedicatis, qui vos in hoc mundo beauit, & æternæ tandẽ gloriæ præmio coronabit. *Laudate & superexultate Deum in secula*, qui omnes huius mundi procellas à ceruicibus vestris auertit, & ad portum deduxit tutissimum.

Daniel, 3.

Eorum insuper vices dolete, qui temerè mundi se vanitatibus implicant, turbine voluptatum inuoluunt ægrè admodum vela facientes; & infinitis occupationibus distracti, nutriuntur pane anxietatis & aqua tribulationis.

Id sedulo cauete ne sitis inter fatuas illas & improbas virgines, quæ mundi huius Labyrinthum inuestigant, & Christi vestigijs non insistunt, qui viuos & natiuos colore expressit status virginitatis, in lege veteri rudíter ante delineato: ne inquam illarum mores æmul[...] mini quæ muneris & officij sui ol[...]

li[...]

litæ, à Christo ad mundum desciscunt, in conuiuijs & coronis delectantur; & postquam aliquoties itum & reditum, dictum & auditum est, tandem impudenter & stolidè recalcitrant, & inuerecundè deuoluuntur in cœnum carnalium desideriorum quibus se abdicauerant, & iuratò bellum indixerant.

Obtestor vos in Christo, vt fœdus cum sponso vestro initum custodiatis, virginitatemque sartam tectam conseruetis, gemmam scilicet ex illustrioribus quas olympus ille sublimis continet, quâ in frontibus animarum vestrarum nulla relucet rutilantius: Maiori solertia, excubijsq; vigilantioribus thesaurum hunc immensum seruare par est, quam poma illa aurea horti fabulosi.

Hesperidum Draco peruigil obseruabat
Qui crista, linguisq; tribus præsignis, & uncis
Dentibus horrendus, custos erat arboris aureæ.

Huic consilio si acquieueritis, pre-

clarè vobiſcum agetur, & fœliciter pertingetis æternæ gloriæ ſcopum; illuceſcet vobis dies perpetuarum nuptiarum, vbi Chriſtus ſponſus erit, Promus & Condus immenſæ fœlicitatis.

Laus Deo Virginique Matri.



INDEX

A.

C.

E.

F.

Gord

S. Ia-

Matri-

Mulie-

tauro

Sacer-

Lector Beneuole, errata in hoc opere animaduertens, corrige vt hic sequitur, breui tàm Latinam, quàm Germanicam huius libri editionem multò correctiorem dabimus.

Pag. 16. linea 31. tunc, lege huic p. 23. l. 10. necessitate, pag. 25. l. 2. præeunt. l. 3. ante in p. 29. l. 4. polygamiam. l. 12. Monarchiæ. p. 30. l. 2. Diu. l. 5. beneficio adde. effugi p. 31. l. 2. accenditur. l. 6. accusant. l. ornatur. p. 32. l. 2. à fine Huic p. 38. l. 12. Otiū p. 78. l. 20. directa p. 81. l. 1. virginē. p. 85. l. penultima more. p. 94. l. 23. abiectis p. 103. l. 7. vel l. 9. suffunduntur. l. 14. At. p. 104.

104 13.malū,adde, vt.p.111.l.5. fornicatur l.11.ille ipse p.112,l.17. cui.p.117.l.3.à fine propatulo p 121.l.11, iucūditatis.p. 122,l.14.licitam.l 10.licet.p.124 l.à fine. Hunc reuisum p 125 2.a fine. immaculatus.l.13. dominiū. p 154 l. 75 saniora. p.155 l 3.à fine humanam fragilitatē p. 162.l.10 mediter l.12 asseclas.p 165 l.3.à fine.iactum l. statim.p.167.l.7 incontinentia. ib.peruersa.p 169 l 9. coniuges. p. 171. l. 10.elongāt. l.19 munus l.1,obseruantia, adde conantur l. 18. respectu habito.p175 l.4ānop.178.l 13.in primis. adde est quod,dele est p.179.l.3.Vrbē,p. 101.l.5 a fine, mulierem, p.187.l.6.mulieres,p.188 l.13.ære,p 188. l. 22. vllum. p. 190. 13 beneficia l.2.à fine. pretiū p. 197 l 21.Quod p 198 l 2.opposuerūt. l. 13 qui,l 3 à fine fructu.p.200. l 6 à fine Apostolū p 201.l.13.faciet p.205 l 17.infernus l 18 lampades eius ignis,p. 206.L vlt.reficia.n p.209 l. iura.p 217 l 11.Romana.p.218.l.21 primis p 219.l.3. similis est copulationi sponsi & sponsę sed modo longè diuerso p,221 l 4.à fine diē p. 222 l 4 viro,l. vlt.matrimonij. p. 223.L 5.demum p 229.l. 4 adhuc p 231.murænulas.p.234 l.17. Christiani & Catholici.p. 35.L.7 nominis p 240 l.4 à fine coniugum.242.l 6 ex.l 7.cur.l.8 viduas, p. 272.l,15. prægrandia,pag 297 linea,

ERRATA:

2 à fine. tubæ. pag. 308. lin 1. ſeruos, pag. 309. linia, 6. Cænei, p. 444. lin. 15. profeſſio pag. 11.

Pagin. 1. linea 11 omnem alium, &c. lege virginitati præ alijs fructuscenteſimus tribuitur poſteaquam, &c.

Pag 2 lin. 5. primum præcipua, ibid. in te mea fiducia &c. in te ſpes mea, in filio tuo fiducia mea.

Pag 55 lin. 4. lege peccata quæ inter coniuges aliquando committuntur, ibid lin. 13. tolle, fol. 4. pag. 57. Pythagoreorum lege B. Pauli.

Pag. 83. Caſſiani ſententia hęc Origeniſmu ſapit & ab Auctore ipſo improbatur, p 168. p 88 lin. 11. prima princeps pag. 114 lin. 17 lege comparet ſciolus quidā nouator qui Theologū affectat.

pag 116. lin. 11. interceſſerit l. tandem interceſſiſſet, pag. 121. lin. 20. iniuncta ſit l. aſſerit

Pag. 197. lin. 2. à fine. cum in ſua l. in ſua virginitate quam Deo conſecrarunt plurimum conf &c.

Pag. 203. l 9 multò, lege, perfectiores ſunt & digniores. pag. 236. lin. 16. poſt nuptijs l illud cæteris paribus tantum non eſt quantum in Virginibus. p. 237. l. 5. poſt propter l. ſeruitutem & fidem.

Pag 357. l 20. fide adde viua p. 359 l. 7. vix l. rarior.

FINIS.



